ACCADEMIA DI MEDICINA DI TORINO

VIDI VIDII
PHILOSOPHI ET MEDICI
PRAESTANTISS.
DE FEBRIBVS
LIBRI VII.

A mendis, quibus ſcatebant, repurgati. His ob argumenti ſimilitudinem addidimus.

LVDOVICI MERCATI HISPANI
de Febre Maligna, in qua puncticula apparent.

MATTHAEI CVRTII
De Febribus Compendium vtiliſſimum.



Patauii, Apud Paulum Meiettum 1591.

HANNIBALI BIMBIOLO PHILOSOPHO, AC MEDICO CLARISSIMO.

Paulus Meiettus Bibliopola. S. D.

INTER ea quæ in hoc mundi Theatro reperiuntur excellentiſsime vir illa pulcherrima, ac ſummè diuina eſſe exiſtimantur, quæ præ cæteris id vnum diuinitatis ſpecimen obtinent vt ſempiterna ſint: eſſe enim ſempiternū adeò ſublime eſt vt nil ſit in mundo quod hoc ſē-

per eſſe non deſideret, bruta licet cognitione careant, adeò tamen illud naturaliter appetunt, vt propterea cùm caduca exiſtant, propenſiſſima ſunt ad ſuum eſſe in poſteris conſeruandum: plantæ etiam non minori carēt deſiderio ſemper viuendi, immo & res ipſæ quoq; quæ ſolo eſſe gaudent uidentur eadē cupiditate flagrantes hoc eſſe ſempiternum quodāmodo appetere. vt clarè pateat quæcunq; in mundo clauduntur tàm viuentia, quàm non viuentia, hoc ſemper eſſe optare. propterea cùm iam viderem libros Vidi Vidii de febribus, tractatum Ludouici Mercati de febre maligna, & Matthæi Curtii opuſculum quod de omnibus febribus tractat eò perueniſſe vt fere eſſe amitterent, & extinguerentur niſi aliquo modo eorum ſuccurreretur vitæ Cupiens horum librorum cum famæ, tum vitæ conſulere curaui vt iterum typis traderentur, & diu viuerent: non.n. pati potui tantorum virorum vigilias, qui laborem proprium, ſtudiorum autem fructus communes eſſe voluerunt iis temporibus extinctos eſſe, & à ſtudioſis deſiderari. nephas enim

enim exiſtimaui extingui libros abſolutisſimos, quos ſcripſit Vidus Vidius de febribus tam copiosè,& tam præclarè, vt clara & facilis methodus reluceat omnibus ſtudioſis ad medicinam feliciter faciēdam idonea. Quid deinde dicam de eruditisſimo libello de febribus malignis cum peticulis à clarisſimo LVDOVICO MERCATO edito? in quo omni ingenio & diligentia antiquam methodum curandi febres has docet? ſcis tu excellentisſime vir quanto cum mortalium intertrimento hoc anno hæc febris uniuersā ferè Italiam occupauerit, ac quàm anxios aliquos medicos reddiderit in ea tractāda, quot conſultationes de ea in hoc almo gymnaſio à clarisſimis medicis Patauinis factæ fuerint, quot difficultates in ſe huius febris tractatio contineat:ut non iniuria à plurimis ſtudioſis rogatus ut quàm citisſimè curarem hunc librum iterum reuiuiſcere non potuerim illorum præcibus reſiſtere. Tandem ſi conſidero opuſculum abſolutisſimum de febribus quod nobis reliquit Celeberrimus MATTHAEVS CVRTIVS qui fuit in arte

medica præcipuus cùm medicinam in tot publicis gymnaſiis docuerit non poſſū non mirari quanto cum artificio hic uir doctiſſimus uniuerſam febrium doctrinam in tam paruo libello recluſerit, ut nil deſiderari poſſit, quod ad febrium cognitionem & curationem ſpectet. Illud de eo omnibus ſtudioſis ſatis eſſe poterit, hunc clariſſimum uirum extitiſſe præceptorem excellentiſſimorum uirorum qui noſtris temporibus florent, & in Patauino gymnaſio maxima cum eorum laude publicè profitentur, nempè BERNARDINI PATERNI Salodienſis, & ALEXANDRI MASSARIAE Vicētini qui ſunt duæ medicinæ rationalis columnæ. Itaq; curaui ut ii libri iterum in lucem prodirent ualde purgati, & perpetuò tantorū uirorum ægregia monumenta undiq; extarent. Hoc opus totum tibi do, dicoq; HANNIBAL eruditiſſime. Etenim cùm ſcirem hos libros ſummopere comendatos fuiſſe à Clariſſimo HIERONYMO CAPIVACCIO patruo tuo (uero medicinæ lumine) ac medicorum Corypheo, cenſui tibi quoq;

deberi

deberi hoc opus qui illius refers imaginem cui ſicut in fortunæ bonis ſucceſsiſti ita in animi dotibus non es inferior, haud enim me latet quanto cum ſtudioſorum dolore legendi munus à te derelictum fuerit, qui patruo tuo iam defuncto omnem in te locauerant ſpem, ſcientes te iiſdem uirtutibus donatum iiſdem patrui tui ueſtigiis incedentē illos ueram medendi methodum docturum. age itaq. quæſo, & ſtudioſorum deſiderio ſatisfacias, aut cito cura rurſus legendi munus ſuſcipere, aut ſcribendo fac illud quod docendo facere noluiſti, ſuſcipe tandem grato animo hoc munus quod tibi mitto, quod licet paruum ſit, non eſt tamen adeò minimum, ita ut tibi ſignificare nequeat quanta mea erga te ſit beneuolentia. Vale Deus Opt. Max. faciat ut omnia fœliciter iuxta tua uota tibi contingant & fœlicē in patriā reditū feſtinet.

Patauii die xii. Kal. Nouemb. M.D.XCI.

NICOLAVS RVSSVS MEDICVS

Candido Lectori, & Medicinæ ſtudioſo S. D.

Habes candidiſsime Lector celeberrimi Vidi Vidij locupleſtiſsimam febrium doctrinã, Habes Ludouici Mercati eruditiſsimam de Febribus cum peticulis tractationem nec non & Clariſſimi Matthæi Curtij opuſculum de febribus omnibus numeris abſolutum; Inuenies autem quàm elegantiſsima, & artifitioſa methodo ij viri præclariſsimi in hac re medica tractanda vſi fuerint, vt ſi hæc oculatius introſpexeris, ac repetitis vicibus legeris tu ipſe videbis, quàm tutò, citò, et iucundè hanc doctrinam in vſum

ponens

ponens mortales febricitātes tractare poteris, quàm opportunè febrem malignam cum periculis expellere ſcies. Quàm enim hæc febrium ſcientia medico neceſſaria ſit nemo eſt, quem hoc lateat, cùm febres frequentiſsime humana corpora inuadere ſoleant, & ita frequēter, vt nullus ferè morbus inueniatur, cui febris cōiuncta non ſit, eſt etiam febris morbus maximè vniuerſalis et communis, immo illud de febre dicunt nonnulli, quòd omnis qui moritur febre vel ſimplici, vel complicata moritur, & tandem febris eſt illa, quæ eſt in cauſa, vt homo diuturno tempore vitam traducere, nequeat. Quare cum febris adeò infeſtiſsima humano generi ſit, totq; calamitatibus ſociata illud inuadat, quis eſt qui negabit maximas deberi laudes medicis præſtantiſsimis, qui ſuas vigilias conſumpſerunt in inuenienda recta rōne curandi febres? Cui compertum non eſt quàm neceſſaria ſit febrium doctrina medicinam facere volentibus? propterea cùm iſti viri clariſsimi adeò luculenter, & eruditè de febribus ſcripſerint, ingentes ſanè gratias illis referre debemus, ſed haud paucæ Bibliopolis ſunt habendæ

gratiæ

gratiæ, cùm ipſi curent, in dies horum virorũ
ſcripta conſeruari, & typis mitti, vanus.n.v-
tiq; horum virorum labor extitiſſet, niſi libro-
rum copioſa exemplaria in manibus haberi po
tuiſſent, vnde cum Paulus Meiettus celeber
rimus Bibliopola Patauinus libros horum vi
rorum de febribus iam deſiderari videret, cõi
conſulens vtilitati curauit, vt iterum in lucem
exeant, omni prorſus errore carentes quibus
adiecit geminum indicem copioſiſſimum alte-
rum capitum alterum uerò rerum memorabi
lium, onus ſane maxima laude dignum: erat
.n. illi manifeſtiſſimum tantorum uirorum do
ctrinam nihil ſtudioſis noſtri temporis profice-
re poſſe ſi illis non liceret librorum exemplaria
videre. Propterea lector eruditiſſime ſcias hoc
in tui gratiam factum fuiſſe, euolue igitur hos
libros, quos ſi æquo, pacatoq́; animo legeris,
quantam utilitatem hauries, tu ipſe uideris.
Vale, & lege, & bonis auibus magno hoc labo
re fruere.

INDEX

INDEX EORVM

Quæ in Septem Libris

VIDI VIDII

De Febribus continentur.

LIBER PRIMVS.

Qui eſt de febribus in uniuerſum.

QVAE ſuperſint tractanda in opere de curōne generatim. cap. I. pagina. 1.
De nomine, & definitione febr. c. II. 2.
De cauſis febris in vniuerſum. c. III. 5.
De ſymptomatibus ſequentibus febrē in uniuerſum. cap. IV. 6.
De differentiis febrium in vniuerſum. cap. V. 8.
De ſignis ad febrem in uniuerſum attinentibus. c. VI. 10.
De operibus neceſſariis ad curandam febrem in vniuerſū. cap. VII. 13.
De inſtrumentis ad curandam febrem in vniuerſum attinentibus. cap. VIII. 17.
Diuiſio febris in uniuerſum in ſua genera. cap. IX. 21.

LIBER SECVNDVS.

Qui eſt de febribus diuerſis.

QVid ſit febris diaria, & quot ſpecies amplectatur. cap. I. 27.

De cau-

De cauſis febris diariæ. cap. II. 31.
De ſymptomatibus febris diariæ. cap. III. 35.
De differentiis diariæ febris. cap. IV. 36.
De ſignis diariæ febris. cap. V. 38.
De ſignis cauſarum diariæ. cap. VI. 42.
De prognoſtico diariæ febris. cap. VII. 45.
De curatione diariæ febris in uniuerſum. cap. VIII. 47.
De curatione diariæ ſynochæ. cap. IX. 52.
De curatione cauſarum diariam efficientium. cap. X. 53.
De curatione diariæ febris coniunctæ cum affectibus, quos præteritæ cauſæ reliquerunt. cap. XI. 56.

LIBER TERTIVS.

Qui eſt de his quæ in uniuerſum pertinent ad cognoſcendas febres in humoribus putribus reſidentes.

DEfinitio febris in humorum putredine conſiſtentis. cap. I. 59.
De putredine, & cauſis febris conſiſtentis in humoribus putribus. cap. II. 61.
De ſymptomatibus ſequentibus in uniuerſum febrem ab humorum putredine ortam. cap III. 67.
De differentiis febrium humorum putredinem ſequentiũ. cap. IV. 73.
De cauſis differentiarum febrium illarum, quæ ab humorum putredine oriuntur. cap. V. 79.
De recognoſcenda febre ex humorum putredine orta in uniuerſum cap. VI. 84.
De recognoſcendis cauſis, & ſymptomatibus febrium in humoribus putribus conſiſtentium. cap. VII. 87.
De recognoſcendis differentiis febrium in humorum putredine conſiſtentium. cap. VIII. 88.
De futuris præſagiendis in febre ab humorum putredine orta, & primum de euentu. cap. IX. 93.
De præcognoſcendis differentiis euentus temporis ſcilicet, modi, & ſtabilitatis in febre à putridis ſuccis profecta. cap. X. 105.

LIBER QVARTVS.

Qui eſt de rõne curandi febres ab humorum putredine ortas.

DE operibus, & inſtrumentis in vniuerſum requiſitis ad curandam febrem in humorum putredine conſiſtentem. cap. I. 116.

De conſeruatione virium, & ratione victus in febre ab humorum putredine orta. cap. II. 119.

De refrigerantibus, & madefacientibus ad febrem adhibendis. cap. III. 130.

De ſuccis ſemiputribus per coctionem curandis. c. IV. 133.

De putredine ex corpore educenda. cap. V. 136.

De curatione obſtructionis, & adſtrictionis prohibentis perſpiratum. cap. VI. 144.

De curatione ſymptomatum ſequentium febrem ortam ab humorum putredine. cap. VII. 146.

Quid in curõne poſtulent differentiæ febris humorum putredinem ſequentis. cap. VIII. 153.

LIBER QVINTVS.

In quo tractantur ſpecies febrium in humoribus putribus conſiſtentium.

QVot ſint ſpecies illarum febrium quæ ſequuntur humorum putredinem. cap. I. 157.

De febre orta à ſanguine putreſcente. cap. II. 159.

De febribus ortis à flaua bile putreſcente. cap. III. 165.

De febre tertiana intermittente. cap. IV. 168.

De febre ardente, & tertiana continua. cap. V. 173.

De febre orta ex pituita putreſcente, & primo de quotidiana. cap. VI. 180.

De febre Epiala. cap. VII. 187.

De febre ardente, quam excitat pituita ſalſa. cap. VII. 190.

De febre quartana. cap. IX. 192.

LIBER SEXTVS.

Qui eſt de febribus ſpuriјs, compoſitis, & peſtilentibus.

QVæ differentiæ febrium tractentur in hoc libro cap. I. 200.

De febribus ſpuriis. cap. II. 200.

De fe-

De febribus compoſitis. cap.III. 204.
De hæmitriteo.cap.IV. 206.
De febribus peſtilentibus,& de contagione.cap.V. 210.
De febribus non uerè peſtilentibus.cap.VI. 228.
De febribus quibus ſuperueniunt maculæ quædam cutis ueluti lentes.cap.VII. 227.
De febribus quibus morbilli & variolæ ſuperueniũt.c.viii. 234.

LIBER SEPTIMVS.

Qui eſt de febre Hæctica, & Tabe.

PRopoſitum huius libri,& quid ſit hæctica febris.c.I. 242.
Species ac differentiæ febris hæcticæ. cap.II. 245.
Cauſæ febris hæcticæ. cap.III. 248.
De ſymptomatibus febris hæcticæ. cap.IV. 251.
Signa & prognoſticum hæcticæ febris. cap. V. 253.
De curatione febris hæcticæ. cap.VI. 258.
Quid ſit maraſmus .i. Tabes,& quas ſpecies ac differentias habeat.cap.VII. 264.
Cauſæ Tabis.cap.VIII. 266.
Sympthomata Tabis. cap.IX. 269.
Signa Tabis. cap.X. 270.
De curatione Tabis.cap.XI. 276.

Finis indicis eorum quæ continentur in ſeptem libris Vidi Vidij de Febribus.

INDEX CAPITVM

Quæ continentur in Libro

Ludouici MERCATI Hiſpani

De Febre Maligna in qua maculę rubeſcentes apparent.

PRAEFATIO. 286.
De eſſentia febris malignæ. 288.
De cauſis febris malignæ. 303.
De ſignis febris malignæ. 321.
De ſignis ꝓgnoſticis febris malignæ. 335.
De recta febriū malignarum curōne. 343.
Prima curationis indicatio ab apparatu morboſo ſumpta. 346.
Quod cucurbitarum vſus ſit maxime neceſſarius. 350.
De Hirudinibus. 352.
De aliis humoribus qui morboſum apparatum efficiunt. 352.
De Humorum præparatione & caloris extinctione. 353.
De Purgatione. 354.
Quid aduerſus malam qualitatem agendum ſit. 358.
Confectio de Hyacintho. 365.
De ſymptomatum febrē malignā comitantiū correctione. 366.
Conſilium continens ſummam præſagationis, & curationis in eadem febre maligna. 378.

INDEX

INDEX CAPITVM

Quæ continentur in Libro

Matthæi CVRTII *Ticinenſis*

De Febribus curandis.

DE febre in genere. 386.
De febre ephemera, & eius curatione. 388.
De febribus putridis. 391.
De tertiana pura, & eius curõne. 392.
De cura tertianæ febris continuæ. 401.
De febre tertiana notha, & eius curatione. 401.
De febre ardente, & eius curatione. 405.
De cura febris ſanguineæ. 418.
De febre quotidiana pura, & eius curatione. 421.
De febre quotidiana continua quæ dicitur latica. 430.
De cura febris Epialæ, & Liparię. 431.
De febre ſyncopali humoroſa & ipſius curatione. 433.
De cura febris ſyncopalis minutæ. 437.
De febre diurna & nocturna. 438.
De cura febris quartanæ periodicæ. 439.
De cura febris quartanæ continuæ. 444.
De cura febris quintanæ, ſeptenæ, & nonanæ. 444.
De cura febris hæcticæ. 445.
De cura febris hecticæ ſenectutis. 454.
De cura febris peſtilentialis. 455.
De cura febrium compoſitarum. 463.
De cura hæmitrithæi. 465.

VIDI VIDII DE FEBRIBVS.

LIBER PRIMUS.

Qui eſt Febribus in Vniuerſum.

Quæ ſuperſint tractanda in opere de curatione generatim.

CAPVT I.

QVAECVMQVE ad id quod inſtitutum eſt referuntur, pertractari omnia coniuncte debent: ſi qua tamen pars adeò magna ac multiplex eſt, vt in ea explicanda multo longior ponenda ſit oratio, quam in reliquis omnibus, tantum attingi debet in perpetua tractatione cum cæteris, nè ſi contexta cum illis vberrime explicetur, verborum ac ſententiarum copia legentis mens adeò obruatur, ut nequeat in memoriã redire & reliquarũ partium, & eius ꝙ p̃cipue ꝓpoſitũ erat, ſed repetẽda eadẽ eſt deinde in ꝓprio opere, diutiusq; in ea cõmoradũ, ut ꝙ alibi inchoatũ erat abſoluatur: hoc tã ab hiſtoricis q̃ à philoſophis, & medicis obſeruatur. Qui hiſtoriam conſcribunt, quædã bella & ciuiles quaſdam coniurationes, in quibus uolunt mentẽ totam uerſari, & diutius inſiſtere, à ꝑpetua tractatione ſeiũgũt. Ariſtoteles cũ in opere de aĩa, ſenſum unà cũ alijs aĩæ facultatibus ꝓpoſuiſſet, ſeorſum deinde in uno libro quem de ſenſu compoſuit, omnia quæ ad ipſum pertinent colligauit. Cumq; ad rempublicam aliquomodo ſpectaret etiam res familiaris, hanc ſeorſum perſequi uoluit in libro quem oeconomicum inſcripſit. Galenus cum in libro de ſymptomatum differẽtiis horrorem &

tremorem vnà cum alijs ſymptomatibus propoſuiſſet, vtrumq; deinde dilatauit in vno libro quem de ipſis compoſuit. hoc idẽ & nobis faciendum eſt, nam cum chirurgiam conſcribemus cuius pars *a* eſt anathome, ſi hanc coniunctè cum alijs explicare quantum res poſtulat volemus, longior erit hæc ſola pars chirurgiæ quam reliquæ omnes, quamobrem vnà cum alijs, eatenus declaranda eſt, vt intelligatur quid ſit & quo pacto ad chirurgiam referatur, deinde ſeparatim in vno volumine vberrime explicanda. Nunc etiam cum in ſuperioribus *b* libris generatim morborum omnium ſpecies, differentias, cauſas, ſymptomata, ſigna, & curationem ſeorſum explicauerimus, quoniam nonnulli ſunt qui longiorem tractationem deſiderant, alios libros conſcribere opere præcium iudicauimus, in quibus illi latiſſime tradantur, & vnum ſub aſpectum ponantur quæ ad unum quemq; pertinent, atq; hoc pacto exerceatur ea methodus ſpeciatim quæ generatim tradita eſt: ſunt aũt morbi ad quos reuerti oportet, febris, tabes ſeu ſiccitas vniuerſi corporis, repugnantia totius ſubſtantiæ: tumor præternaturam: exitus articulorum à ſua ſede: ſolutio vnitatis: ordiemur à febre, quæ vt ſiquis alius morbus vulgaris eſt, & ſepe grauiſſima, adeo ut qui moriuntur niſi trucidẽtur, ferè oẽs febricitent: hinc vetus prouerbium in eos qui moleſti ſunt & iniurij, vis ſine febre mori? Quod ſi hæc à nobis vberrime tractata fuiſſet ſuo loco, videlicet ubi egimus de morbis ſimpliciũ partium, & proprie de immoderata temperatione calida, quæ (ſi eſt in toto *c* corpore) dicitur febris, mentem legentis adeò longitudine tractationis obruiſſemus, ut uix potuiſſet ad reliquas immoderatas temperationes deinde reuerti, earum oĩno oblitus: in febribus autem tractandis, ante quæ communia ſunt declarabimus, deinde ad *d* ſingulas ſpecies pergemus; primò aũt pro ut conſonum eſſe alibi diximus perſequemur cognitionem curandorum, deinde rationem curandi.

a *Vidus l. 14 de cur. gen. parte prima c. 4.*

b *Vidus in prima parte de curatione generat.*

c *Galen. l. de cauſ. morb. cap. 2.*

d *Vidus l. 3. inſtit. cap. 2.*

De nomine & definitione febris. Cap. II.

IN omnibus quæ ratione docentur ac uia, primo conſtituendũ eſt *e* quid illud ſit quod proponitur, quò ſpectat definitio, quà ut cuiuſq; alterius rei, ſic etiam febris nunc nobis propoſitæ notio explicatur: recte autem colligitur eius definitio ex nomine,

e *Plato in hippia.*

dicitur

dicitur enim latine febris à feruore, quaſi feruidus calor, græce *a* πυρετὸς ἀπὸ τοῦ πυρὸς, hoc eſt ab igne quaſi igneus: illa uerò febris quæ uehemens eſt, uocatur ab Hipp. *b* πῦρ hoc eſt ignis, ita ut ex ui nominis intelligere liceat febrem eſſe calorem feruentẽ ſeu igneum. Idem colligitur ex notione communi omnium, neq; .n. medici duntaxat, ſed ignari homines etiam, cum ingenti calore detinentur, dicunt ſe febricitare. Eſt igitur febris calor feruidus ſiue igneus. Conſtat autem calorem in animantibus non ſemper æqualem depræhendi, ſed ſepe moderatum & ſuauẽ interdum immoderatum & in ſuauem, ille innatus *c* eſt, hic aduentitius: innatus præterea *d* duplex eſt, inſitus & influens; inſitus calor impertitur partibus noſtris à ſemine & ſanguine mẽſtruo, ex quibus principijs *e* procreamur: influens ijſdem diſtribuitur per arterias & uenas à corde & iecinore, ineſt.n. in ſanguine & ſpiritu q funditur in uniuerſo corpore: ex inſito & influente uniuſcuiuſq; partis tertius quidam fit, qui ſimiliter *f* dicitur innatus, pertinet ad hunc calorem, primo uis gignendi *g* & procreandi, tum alendi, augendi, ac ſuſtinendi corpora noſtra: quamdiu .n. remanet in nobis, tam diu remanet ſenſus *h* & uita: refrigerato & extincto refrigeramur ipſi & extinguimur. Aduentitius calor quem diximus immoderatum eſſe & in ſuauem, non innaſcitur nobis, ſed ſuperuenit, præternaturam quidem ex illis cauſis quæ ignis modo calefaciunt corpora, nãliter autem ex alimẽto quod procedente ætate diutius ſumimus, atq; hoc plurimo redundant iuuenes, *i* ſicuti pueri innato. Qui præter naturam eſt, tantum abeſt ut uitalis ſit, ut quocumq; inuaſit omnia *k* conturbet ac diſſipet, ſitq; confector oĩum & conſumptor, id circoq; aduẽtitij caloris nomine hunc tantum deinceps ſignificabimus. Ille autem quem nãliter, aduenire diximus, licet quatenus ab eo qui ex ſemine & ſanguine emanauit diuerſus concipitur, aduẽtitius appellari queat, tamen quoniam innato ualde affinis eſt, & cum eo in unam quandam ſubſtantiam conflatus miſcetur, probeq; fungitur vitæ muneribus, ſub innati nomine abſolute cõtinetur. Calor igitur innatus & aduentitius ille præternaturã plurimũ uidentur inter sè diſtare: at nõ propterea ſunt diuerſæ ſpeciei, ſed ſub eadem ambo compræhenduntur, ſunt.n. primarum qualitatum quatuor imæ ſpecies, calor, frigus, humor, ſiccitas calori ſubijcitur tam innatus quam aduentitius, neq; .n. differt

a *Gale. 3. l. de fracturis. com.* 8.
b *Hipp. 3. 3. epidem. Tex.* 11.
c *Gal 4. 6. epid. com.* 25.
d *Vidus l. 6. de Tu. ual. membr. c. p.*
e *Gale. p. de tuen. ualet. cap.* 2.
f *Vidus l. 6. de tuen. ual. membrat. c. p.*
g *Gal. p. aph. com.* 15.
h *Ariſto. l. de reſp. cap.* 4.
i *Gal. p. aph. com.* 14. *& l. 2. de temper. cap.* 2.
k *Gale. l.* 11. *meth. cap.* 8.

vnus ab altero quatenus calor eſt, ſed quatenus vel moderatus, & ideo naturæ noſtræ ſimilis & amicus, vel igneus, & idcircò eidẽ diſsimilis atq; inimicus. Cum igneum dico non eſt quod intelligas ſimpliciter igneum, ſiquidem cum tali, vita ne momentum quidem temporis ſeruatur, ſed mixtum ac fractum, adeò tamen immoderatum, vt accedere ad naturam ignis videatur: huiuſmo
a Gal. 4. 6. epid. 25. di eſt ille quo febris *a* continetur, immoderatus videlicet & ad ignis naturam vergens, non tamen oĩno igneus, cum febricitantes ſub eo ſepe diutius uiuant, & cõpluribus vitæ muneribus fungãtur, interquæ illa interdum maxime euidentia ſunt quod concoquunt, aut expellunt putres & noxios ſuccos qui febrem accendũt: Nequeunt opera hæc proficiſci à calore penitus igneo, ſed ſequuntur remiſſum & medium quodammodo inter innatum & aduentitium, qualis eſt calor febrium præſertim ſalubrium, nam illæ quæ pernicioſæ ſunt, videntur igneo magis quam medio calore contineri, nec eſt quod ꝓpea dicas ut quibuſdam placet, in febricitate duos eſſe calores, vnum innatum, alterum aduentitiũ:
b Paulo ante. ſiquidem calor cũ ad vnam duntaxat ſpeciem referatur (vt *b* iam oſtendimus) non põt duplex eſſe in eadem materia: põt eadem accipere plures diuerſorum accidentium formas, ut figuræ, coloris, & primæ alicuius qualitatis, non tamen plures eiuſdem ſpe
c Gal. p. aph. com. 16. ciei, nam hæ multiplicantur tantum multiplicata materia, à quà diuerſa diſtinguuntur, & diuerſa numero fiunt: quamobrem in
d Auerr. l. 3. Collig. c. 3. febricitante vnus tantum calor adeſt, hic aũt eſt medius inter innatum & igneum, ſiue (vt tam Græci *c* quam Arabes *d* philoſo
e Auic. l. p. f. p. cap. de ſub iectis. phi ac medici clariſsimi voluerunt) innatus conuerſus in igneũ: ſolidæ. n. partes quibus propriæ *e* tribuitur morbus, & propterea febris immoderate caleſiunt, quod nimis accendatur inna-
f Gal. 11. me tho. cap. 8. tus earum calor, & vergat ad igneum, quo minus autem recedit ab innato ac moderato, eò magis perficit munera vitæ. Quò ma
g Galen. p. aph. com. 16. gis igneus fit, eò minus: adeo vt vbi talis redditur, omnia perturbet *f* & conficiat. Calor igitur in quò febris continetur, eſt in
h Gal. 2. aph. 47. com. et 5. ſimpl. cap. 6. & p. progn. com. ult. natus *g* conuerſus in igneum, ſicut & ópera *h* quæ ab ipſo efficiũtur media ſunt, non ſecus atq; in abſceſsibus ſuppuratio, quæ medium quoddam eſt inter alimentum & putredinem, & à medio calore proficiſcitur. Cum Galen. *i* febrem definiuit conuerſionem innati calidi in igneum, abuſus eſt nomine conuerſionis,
i Gal. p. aph. com. 16. ſignificare volens quod mutatum eſt & non mutationem, ſicuti

cum

cum *a* alibi tradidit febrem fieri ex conuerſione caloris innati in igneum, tunc.n. proprie vſus eſt conuerſionis vocabulo ad mutationem notandam ex quà oritur febris: quæ cũ ſit morbus, nõ eſt mutatio, ſed res mutata, eſt.n. qualitas, & ex numero permanentium, non ex his quæ fluunt ſicut motus, ſed gignitur per motũ, quemadmodum per conuerſionem innati caloris in igneũ. Nequeo ſatis mirari illos qui exiſtimant ideo febrem vere mutationem & conuerſionem eſſe ad igneam qualitatem, non formam & qualitatem iam acquiſitam, quod calor febricitantium non dum peruenerit ex toto ad formã ignis, quaſi non poſſit eſſe qualitas ignea iam inchoata & non dum abſoluta: hac igitur continetur febris & non conuerſione ad ipſam, eſtq; oĩno febris innatus calor vergens ad igneum. At non quouis modo vergat ad igneũ innatus calor febris eſt, ſed cum adeo igneus redditur, ut uitæ muneribus officiat: ille qui nondum eò peruenit ut actiones lædat, neq; febris cenſetur neq; morbus, *b* neq; .n. dicuntur febricitare qui ex labore, ex ira, ex æſtu concaleſcunt ante conſuetorum munerum vacationem: quare febricitantium calor eatenus neceſſe eſt ad igneũ vergat vt vitæ munera impediat. Põt quidem igneus calor febricitantium non ſolum lædere, ſed ẽt labefactare actiones noſtras oẽs, cum & in corde ac in vniuerſo corpore verſetur (vt paulo poſt docebimus) & efficaciſſimus ſit, præſertim vbi valde ad igneum accedit: non tamen neceſſe eſt oẽs lædat, ſepe.n. reſtituit ablatas, perficit imminutas, corrigit deprauatas: ſanat .n. ſuperueniens neruos *c* reſolutos & diſtentos: *d* ſanat torpentes & attonitos: ſuccurrit dolori *e* quemadmodum Hippocr. teſtatur, id quod febris efficit vbi actionum noxa vel ab immoderato frigore proficiſcatur cui opponitur igneus calor, vel à crudis & concretis ſuccis & à flatu, qui ab eodẽ concoquuntur ad diſſipantur. Scribit Plato *f* in Timeo affectus ac diſtentiones à flatu, ſuperueniente febre ſanari: nec mirum etiam videri debet ſi ob eandem cauſam hæbetem ſenſum excitat, aut motum imbecillum confirmat. Gaudent etiam actiones aliquæ calore magis quam frigore, ſicuti contra, aliquæ magis frigore quam calore labefactat: tamen maximus *g* cuiuslibet elementi exceſſus quamuis actionem, id quod potiſſimum facit calor igneus cum efficaciſſimus ſit, qualis eſt interdum ipſius febris, ſed ſemper lædit aliquam actionem licet non ita vehemens ſit ubi autem

a *Gal. p. acut. com. 18. & p. aph. com. 14.*

b *Gal. de diff. morborum c. 7. & l. artis medic. cap. 8.*

c *Hipp. 2. apho. 26.*

d *Hipp 5. apho. 5.*

e *Hipp. 7. aph. Tex. 52.*

f *Plato in Timeo.*

g *Gal. 2. aph. com. 22.*

actiones lædantur, neceſſe eſt aliqua ex parte mutari affectus & qualitates corporis, & aliquid detrudi aut retineri prætenaturã perpetuo itaq; febrem ſequuntur ſymptomata, non tamen neceſſario plurima aut maxima. Non eſſet aũt febris ut ante dictum eſt niſi innatus calor adeo in igneum verteretur, ut eiuſmodi offenſas afferret. Illud autem in dubium incertum quæ reuocatur quod febris non videtur ſub propoſito tantum genere comprehendi, ſub calore uidelicet igneo, ſed ẽt *a* ſub ſiccitate, nam cum duplici morbo contineatur, calore & ſiccitate, duplici quoque genere definienda eſt: quod autem non tantum ſit calor ſed etiam ſiccitas, pluribus argumentis conficitur, & primo quia ignis, non tantum *b* calore, ſed etiam ſiccitate præditus eſt, quare ubi eſt calor igneus quemadmodum in febre, debet etiam eſſe ſiccitas: deinde quod immoderatus calor humorem abſumit, & euidenter exſiccat corpus in quo uerſatur, & eo magis quò maior fuerit: ſi ſiccat ergo ẽt ſiccauit, neq; .n. fit momento temporis & vt præclare oſtenſum eſt ab Ariſt., *c* cum uerè dicitur moueri aliquid, vere etiam dicitur motum eſſe: ſi ergò igneus calor ſiccat, ſiccauit ẽt corpus febricitantis, ita ut ſiccitas in ipſo copuletur cum calore. Accedit ratio curandi per humida *d* præſidia, victus humidus inquit Hippo. *e* omnibus febricitantibus conuenit, quare ſi auxilium non modo frigidum eſſe debet ſed etiam humidum, neceſſe eſt febrem cui tanquam contrarium opponitur, non tantum calorem eſſe ſed etiam ſiccitatẽ. At res aliter ſe habet, cum conſtet quaſdam febres valde humidas eſſe, quales illæ ſunt quæ *f* τυφώδεις & ἑλώδεις græce nominantur, ſub quibus à primo ſtatim die ægrotantes largius ſudãt, nihilq; propterea aut certè quam minimum læuantur: contra, quaſdam ualde ſiccas, ita ut ingentem ſitim afferant, linguã ſcabram, *g* cutim corij inſtar duram, & corpus uniuerſum aridum efficiant: quamobrem tenendum eſt febrem perpetuò calorẽ eſſe, non tamen perpetuò ſiccitatem, diluendaq; argumenta ſunt quæ monſtrabant ſiccitatem cum calore neceſſario copulari. Quod igitur primo dicebatur igneum calorem eſſe ſiccum, cõcedendum eſt vbi valde igneus ſit & verſetur in corpore nõ valde humido, ſed minus ardens calor qualem præſefert febris lenta, & in corpore quod multis humoribus redundet, non neceſſario iungitur cum ſiccitate. Quod etiam adducebatur, igneus calor ſic

cat,

a *Gal. p. acutorum. com. 18.*
b *Ariſto. l. 2. de ortu, et in teritu. Tex. 16. & 23.*
c *Ariſtot. 6. phiſic. non lõge a principio.*
d *Gal. p. acu. com. 18.*
e *Hippocr. p. aph. Tex. 16.*
f *Gale. contra lycum. c. 2.*
g *Hipp. 4. acutorũ. Tex. 4. & 13.*

cat,ergò ſiccanit,concedendũ eſt,verum vbi corpus humidũ ſit,
ea ſiccitas non dum tanta eſt vt mediocritatem ſuperet,aut actio
nes lædat:quin per calorem eiuſmodi corpora potius ad medio-
critatem inter humorem & ſiccitatem perueniunt,q̃ ad nimium
ſiccitatis exceſſum.Poſtremum erat argumentũ ſumptum ab au-
xilijs non tantum frigidis,ſed ẽt humidis,quæ cum febricitãtibus
aptentur videntur indicare febrem non tantum calore,ſed ẽt ſic
citate contineri: diluitur aũt quod non valeat, aptantur ſemper
humida febri,ergo febris ſemper eſt ſicca,opponuntur.n.nõ tan
tum ſiccitati præſenti,ſed etiam futuræ: recte.n.traditum eſt ab
Hippocr. *a* quæ ſuquentia morbos ſanant,antegreſſa prohibent.
Præterea vt quæ ſiccant calorem acriorem reddunt,& ſiccitatem
non inepte *b* veteres dixerunt cotem caloris,ita quæ madefaciũt
vim eiuſdem frangunt ac remittunt,atq; hoc pacto aptantur hu-
mida febricitantibus vt retundentia calorem, & idcirco refrige-
rantia.Perducta igitur iam eſt ad exitum tota quæſtio de ſiccita-
te,patetq; febrem definiendam eſſe calorem duntaxat adeo igneũ
vt lædat actiones:hoc aũt totum eſt proximum genus quod cum
vno nomine vacet pluribus explicatur: ſumitur aũt à forma cum
definiuntur accidentia,ſicuti à materia cum definitur ſubſtãtia:
contra differentiam in definitione ſubſtãtiæ *c* ſuppeditat forma,
in definitione accidentis materia.Febris cum qualitas ſit & acci-
dens quoddam definienda eſt differentia ſumpta à materia, quæ
adijciatur generi quod eſſe diximus formam, & igneum calorẽ
lædentem actiones. Materia in qua uerſatur eiuſmodi calor , eſt
corpus *d* noſtrum vniuerſum : refertur .n. febris inter morbos
communes totius corporis & non inter proprios alicuius par-
tis: reſidet aũt per ſe in oĩbus partibus ſimplicibus,& per has in
multiformibus,earum.n.partium per ſe eſt temperatio *e* immo-
derata,quarum eſt moderata: hæ aũt ſunt ſimplices quæ ex qua-
tuor elementis componuntur,nam multiformes conſtant ex ſim
plicibus,ob quas ut moderata temperatione fruuntur , ita etiã
immoderata detinentur. Verſatur igitur febris per ſe in partibus
ſimplicibus omnibus totius corporis,& per has etiam in omni-
bus multiformibus. Huic ſententiæ illud aduerſatur quod non
nullæ partes febricitantium quorundam frigidæ ſentiuntur, ue-
luti extremæ initio *f* acceſſionum, quæ tunc inalgeſcunt quãuis
homo febricitet,veluci etiam externæ in febribus malis in qui-

a *Hippo.3.6. epid. Tex. 40.*

b *Auice. quæ de complexionibus.*

c *Ariſt.7.diuinorum.*

d *Galen. de cauſ.morb. c.2. & l.de curatione ꝑ uenæ ſectio. cap. 5.*

e *Vidus l. 4. de curatione gene. cap. 2. par. p.*

f *Gal.2. prognoſt.com.4.*

bus internæ vri *a* videntur. Præterea vbi ſit magna copia crudæ pi
tuitæ, tam internæ quam externæ eodē tempore & calidæ & fri-
gidæ ſentiuntur: in nulla ergo propoſitarum febrium calor occu
pat uniuerſum corpus, cū quædam partes euidenter frigidæ ſint.

Ad hæc dicendum eſt calorem febricitantium ſemper accendi
in thorace quemadmodum Hipp. *b* ſcripſit, hoc eſt in corde, &
inde per arterias in vniuerſum corpus diſtribui qūo & innatus
ille diſtribuitur, qui per eaſdem arterias à corde influit in vniuer
ſum corpus, quamobrem vbi homo febricitat, cum calor in cor
de igneus fiat, par eſt ſimilem reddi in vniuerſo corpore, niſi ſit
quod prohibeat: prohibet aūt initio acceſſionis concurſus ſpiri
tus & ſanguinis, & idcirco caloris ad medias partes: quò fit vt ex
tremæ à quibus recedit, non ſolum non calefiant, ſed ēt *c* aperte
refrigerentur; prohibet in malis febribus igneus calor uiſcerum
qui adeo vehemens eſt, vt cucurbitulæ modo alliciat ſpiritum &
ſanguinem, & idcirco calorem à partibus externis, quo fit vt re-
maneant frigidæ: prohibet idem & copia crudorum ſuccorum
qui diſtributi per vniuerſum corpus, non poſſunt æqualiter oēs
in caleſcere, ſed pars ipſorum quæ tenuior eſt prius calorē con
cipit, quæ craſſior tardius: quare eadem partes ſimul *d* calidæ &
frigidæ videntur. Materia igitur, quæ calorem igneum febris ac
cipit, eſt cor, & idcirco vniuerſum corpus niſi quid prohibeat,
neceſſario.n.accenditur in corde, alioquin *e* non eſſet febris, nō
tamen neceſſario incipit à corde cum poſſit in quouis febrium
genere primo accendi in *f* alia parte & inde ferri ad cor vnde po
ſtea in vniuerſum corpus diſtribuatur. Illud aūt obliuiſci non
oportet, quod cum triplex ſit genus ſubſtantiæ ut in reliquis par
tibus ita ēt in *g* corde, non neceſſe eſt quodlibet ubi homo fe-
bricitat inflammatum eſſe, ſed ſepe vnum inflammatum eſt,
reliqua duo inflammantur: quamobrem fit *h* aliquando pul-
ſus febricitantium inæqualis, quod non omnis ſubſtantia cor-
dis calefacta ſit, ſed aliqua duntaxat, dum reliqua quæ adhuc
friget incaleſcit. Sed longius labimur in exponenda febris de-
finitione: conſtituamus febrem eſſe calorem innatum *i* ad igneū
adeò vergentem vt lædat actiones, verſariq; ſemper in corde, ple
rumq; etiam in vniuerſo corpore.

a *Gal. l. de inæquali intemperie. ca. 8.*

b *Hipp. 4. acutorum 39 & Gal. p. acut. com. 18. et 10. meth. cap. 8.*

c *Gal. 2. prognoſt. com. 4. & Hipp. 4. acut. 39.*

d *Gal. de inæquali intemperie ca. 8.*

e *Galen. p. de differ. febr. cap. 3.*

f *Hipp 4. aphor. 55. & Galen. 10. meth. c. 8.*

g *Galen. p. de differ. febr. cap. p.*

h *Galen. 3. de præſagitione pulſuum. c 5*

i *Gale. p. acu. com. 18. & 2. meth. c. 7.*

De cauſis

De cauſis febris in vniuerſum. Cap. III.

ALterum præternaturam quod de febre in vniuerſum explicare oportet,cauſa eſt à quà proficiſcitur,effectrix videlicet,neq; .n.nunc materiam aut formam inquirimus quæ proxime expoſitæ ſunt in definitione.Cauſa igitur quæ febrem efficit eſt multiplex illa à quà ſupra *a* in libro de morborum cauſis generatim calidum morbum oriri demonſtrauimus,eandem nunc repetentes,oſtendemus quo pacto in vniuerſo corpore,& non in vna parte duntaxat accendere calorẽ poſſit & febrem excitare . Diximus augeri calorem in corpore noſtro ab illis cauſis à quibus augetur in rebus *b* externis,à motu videlicet,putredine,retẽtione calidæ expirõnis.ab eo quò quaſi pabulo nutritur,à vicinia rerum calidarum. Eadem oĩa accendere febrem poſſunt ſi ualida ſint in quouis homine,ſi minus valeant,in eo tantum qui febri eſt opportunus,hoc eſt qui nãliter calidus eſt,ſi quidẽ conſtituimus *c* febrem fieri ex innato calore conuerſo in igneum:quo aũt maior fuerit,eò magis accenditur & fit igneus,propterea ſenibus(teſte Hippocr.)febres *d* non ſimiliter acutæ fiunt frigidũ .n.corpus habent:quare aut non incidunt in febrem,aut non in acutam,aut non niſi à maxima *e* cauſa,obquam in ſummo periculo verſantur. Contra qui plurimum habent innati calidi,leui ẽt de cauſa ſæpe incidunt in febrem, eamq; *f* in acutam. Vbi nãliter calor non ſolum plurimus ſit,ſed ẽt acris qualis eſt in iuuenibus,à quibus acriores fuligines exhalant , eiuſmodi homines maxime febribus etiam ardentibus exponuntur,& ob quamuis cauſam febricitant. Ex temperationibus, *g* illa quæ calida & ſicca eſt, maxime obnoxia eſt febri, deinde illa quæ calida & humida, tum quæ calida tantum , poſt hanc quæ media in calore ac frigore, dein illa quæ tantum excedit in humore,poſtremo illa inquà ſuperat frigus ſiue cum humore, ſiue cum ſiccitate, ſiue cum mediocritate inter hæc iungatur . Cauſæ autem à quibus diximus calorem in nobis augeri , ſi debent febrem accendere, neceſſe eſt calefaciant cor adeò vt vitæ *h* munera offendantur, nam vbi hæc ſecundum naturam ſeruentur, non dũ ægrotat homo:tum vbi calor in alia parte augeatur & non in corde, poterit quidem eſſe morbus calidus,non tamen febris. Motus vt

a *Libro 2.de curatione generat.c.x. par.p.*

b *Gal.lib.de cauſ. morb. cap.2.*

c *In cap.antecedenti.*

d *Hipp.p. aphor. 14.*

e *Gal.in eo comento .*

f *Gal.ibidem.*

g *Gal. 8. meth.c.7.& 8.*

h *Gal 2.meth.cap.7.*

tus vt ab hoc ordiamur, non ſolum exercitationem corporis cõ plectitur, ſed perturbationẽ quoque animi, ubi diutius ac uehementer moueamur caleſiunt præcipue muſculi & articuli, ſed ſimul etiam arteriæ quæ iuxta ſunt, per has calor impertitur cordi, in quò ſi adeò augeatur ut reſpirationem maiorẽ, celeriorẽ

a *Gale. 2. de tuen. val. cap. 2.* & magis crebram deſideret, eiuſmodi motus tunc primum *a* exercitatio appellatur: quæ ſi perſeueret degenerabit in laborẽ, ob quem ita corde augetur aliquando calor, ut actiones lædat & ſit febris. In animi perturbationibus mouetur ſubſtantia cali

b *Galen. 4. de cauſis pulſum à principio.* di innati *b* uel ab externis partibus ad internas, ut in metu & ægretitudine, uel ab internis ad externas, ut in ſpe & gaudio: quãto autem maiores fuerint animi perturbationes, tãto magis mouetur & efferueſcit, præſertim in corde ad quod illæ potiſsimũ attinent, & maxime ira, quæ feruor ſanguinis eſt in corde: eiuſmodi ergo motus, ubi ualidior fuerit febrem concitat. Putredo ut in rebus externis, *c* quemadmodum inſtercore calorem

c *Galen. de cauſ. morb. cap. 2.* excitat, ita etiam in nobis, id quod uel ex ſuppuratione perſpicuum eſt, euidẽter. n. incaleſcit pars illa in qua uertitur aliquid in pus: quod ſi ſuppuratio uel magna fuerit, uel prope *d* arte-

d *Hippoc. & Gale. 4 aphoriſmorum Tex. com. 55.* rias grandiores, tantum calorem cordi impertit ut febrem afferat. Calida exſpiratio quæ ex corpore naturaliter exhalare ſolet, interdũ retinetur, quod uel adſtringantur uel obſtruantur, aut parua foramina *e* cutis, aut interni canales. Prohibita autem eſ fluere, calorem auget in loco ubi retinetur, præſertim ſi fuligi

e *Gal. 8. meth. cap. 2.* nis modo acris fuerit, inde per arterias fertur ad cor, cuius calo

f *Gal. 9. meth. cap. 3.* rẽ *f* igneum efficit, & excitat febrem, in corpore adſtricto uel obſtructo relinquitur uapor excitatus ab humoribus feruentibus qui febrem prius accenſam fouet, non ſolum per ſe quatenus manet, ſed etiam quatenus adurit quæ proxima ſunt. Non poteſt aũt obſtructio excitare febrẽ niſi ꝙ trãſpirat copioſũ ſit & calidum: ad eiuſmodi retentionem refertur ſatietas, ocium, cruditas, ſub quib. tãta fit obſtructio, ut nõ poſſit calida expiratio exhalare, ſed retẽta febrẽ efficiat. Pabulum noſtri caloris ſuppeditant eſculenta & poculẽtia multa, nõ tñ adeo ut ipſum ſtrangulent, nã ſic extinguitur calor inquit Hippocrates, *g* perinde

g *Hippoc. p. aphoriſ. 14.* atq; à lignorum multitudine ignis exiguus, qui tamen augetur ubi illa proportione ipſius adiiciantur. ¶ Eadem ratio eſt noſtri caloris quem auget cibus & potio ſi moderate ſumantur, ſuf-

focat

focat ſi immoderate, ut ebriis aliquando accidit: at dicet quis ab eſculentis & poculentis reddi calorem noſtum plurimum quod attinet ad ſubſtantiam, ſed non propterea igneum & in febrem conuerti; cui reſpondebimus eſculenta & poculenta calidiora ĩterdum ſumi, vt aromata & vinum vehemens vetus, à quib. nõ tm̃ augetur ſubſtantia calidi innati, ſed qualitas etiam adeo redditur ignea, vt vertatur in febrem, vbi autem dẽtur moderate calida nequeunt tanquam pabulum conuertere innatum calorem in igneum, ſed ſolum vbi multa ſint obſtruendo & retinẽdo calidam expirationem. Vicinia reſtat rerum calidarum, vt aeris *a* a ſole vel ab igne calefacti, penetrat hic ad cor, cum attrahitur partim a pulmone, partim ab externis arteriis: idem facit calor medicamentorum quæ extrinſecus imponuntur, penetrat. n. per arterias ſimiliter ad cor & febrem accendit. His quinq; cauſis a quibus augeri calorem in externis rebus monſtrauimus, accedit ſexta, inedia *b* nimirum, ſub quà propriè ĩ animalis corpore calor accenditur, ad nullam autem propoſitarum videtur poſſe referri cum non motus, non putredo, non retentio calidæ expirationis, non pabulum ſit aut vicinia rerum calidarum. Conſtat autem ob inediam efferueſcere bilem *c* & mordere os uentriculi, tum uſq; adeo incaleſcere corpus noſtrum ut incidat in febrem, præſertim ſi bilioſum fuerit: huiuſmodi ergò ſunt cauſæ quæ nos calefaciunt, & in febrem compellunt. Vertitur aũt in dubium quò pacto quæ calida non ſuntvim habeant calefaciendi, cum non modo ſubſtantia, ſed etiam quod ſubſtantiæ accidit (ut à philoſophis *d* demonſtratum eſt) ab aliquo ſimili procreetur. Debet igitur calor fieri à calore: ex cauſis autem quas commem orauimus ſola uicinia rerum calidarum calore, calorem auget, augeturq; calor per contactum rei calidæ: quomodo igitur reliqua poſſunt calorẽ augere? Reſpondendum eſt, per ſe *e* & proxime calorẽ augeri tãtum a reb. calidis, à quib. materia ſimilem accipit formam, ab aliis uerò nõ proxime ſed aliquò medio interiecto: q̃q̃ alia quoq; ad rem calidam referuntur, quicquid. n. efficit non proxime, neceſſe eſt ad aliquod redigatur ꝙ proxime efficiat: rediguntur itaq; cuncta illa quæ calorem augent non proxime, ad rem calidam, tanquam ad proximam cauſam nã retentio calidæ expirationis per materiam retentam quæ calida eſt, calorẽ auget: pabulum propterea quod cõuertit in rẽ

calidam:

a *Gal. p. l. de different. febrium. c. 4.*

b *Gal. 8. methodi. ca. 2.*

c *Gal. de vena ſectione contra Eraſiſtratum. cap. 4.*

d *Ariſt. l. 7. diuinorum Teſt. 30.*

e *Supra l. 2. de curatione gener. c. x. par. p.*

calidam: putredo & motus aliquomodo ad pabulum caloris ſpectat, ſiquidem in putredine circunfuſus calor internæ rei quæ putreſit, vna cum calore humorem euocat quò paſcitur, & tanquã à re iam effecta calida augetur: motus verò atterit atq; extenuat materiam ex quà calor nutritur, vt idonea ſit quæ facile ipſi alimentum ſuppeditet: inedia quamquam minus videtur, tamen ipſa quoq; redigitur ad rem calidam, & eatenus nos calefacit atq; excitat febrem, id quod facile intelligetur ſi in memoriam reuocemus quod præclare dictum fuit à veteribus *a* ſiccitatem eſſe quaſi cotem caloris: ob inediam exſiccatur corpus, & calor deſtituitur illo humore quem ſuppeditabant eſculenta & poculenta, & à quò retundebatur, cumq; non retundatur amplius, acrior redditur & in calefaciendo efficacior, ita vt afficiat quæ proxima ſunt, à quibus calefactis tanquam à re calida tandem augetur. Quicquid *b* igitur calorem & febrem excitat, aut calidum eſt, aut aliquo pacto ad rem calidam refertur.

a *Auic. qua de complexionibus.*

b *Supra l. 2. de curatione gener. c. x. par. p.*

De Symptomatibus ſequentibus febrem in uniuerſum. Cap. IIII.

SEquitur ſymptoma, quod eſt tertium præternaturam in vniuerſum pertinens ad febrem, quæ cum morbus ſit, neceſſe eſt *c* actiones lædat, mutetq; tam affectus & qualitates corporis, quã quæ ſecundũ naturam retineri ſolent aut detrudi, ita ut à febre tria ſymptomatum genera oriantur. Primo quidem ab ea lædi actiones dicimus, quamuis non hæ, ſed *d* facultates proxime lædantur, quibus offenſis neceſſe eſt deinde offendantur actiones quæ ab ipſis proficiſcuntur: ſed cum facultates ſenſum lateant, pro ipſis attenduntur à medico actiones læſæ à quibus pateſiũt. Reliqua duo ſymptomatum genera quæ conſiſtunt in affectibus & qualitatibus corporis mutatis & in his quæ præternaturã detruduntur aut retinentur, aliquo pacto ad actionum læſionẽ referuntur, neq; .n. ſuperueniunt niſi hæc adſit, & cum adeſt neceſſe eſt aliqua ex parte ſuperueniant: exempli cauſa cum læditur coctio & ſanguinis procreatio non remanet color corporis qui prius erat, neq; vrina redditur qualis naturaliter reddebatur. Sed iam tempus eſt ſymptomata illa enarrare, quæ ſuperuenire febricitantibus ſolent. Placuit Auerroi *e* à febre lædi quamlibet actionem noſtri corporis, ea autem ratione ducebatur, quod

c *Gal. de arte med. c. 8. & 2. meth. c. 7.*

d *Gal. l. de differẽtiis morborum c. 2.*

e *Auerr. l. 3. collig. c. 3.*

cor in

cor in quo Ariſt. *a* animæ domicilium eſſe uoluit, diſtribuat per arterias uitalem ſpiritum per quem ſingulæ partes ſuis muneribus funhuntur: febricitantibus innatus cordis calor *b* uertitur in igneum, quò fit ut lædatur eius facultas, nec poſſit ſpiritus æquæ bonus impartiri ſingulis particulis ut ante, quamobrem deſunt officio ſuo & muneri: huc accedit quod non tantum in corde, ſed plerumq; ēt in *c* vniuerſo corpore febricitantibus innatus calor conuertitur in igneum, & propterea officit ſingularũ partiũ actionibus, quibus (læſis, vt diximus) neceſſe eſt de nãli ſtatu deturbari affectus & qualitates corporis, & quæ naturaliter detrudi aut retineri debent: videmus tamen febricitantibus non oĩa hæc mala ſuperuenire, ſed quædam non mutari, nonnullas actiones ſeruari integras, nonnullas tantum abeſſe vt offendantur, vt ēt reſtituantur cum *d* ablatæ ſunt, perficiantur cum imminutæ, corrigantur cum deprauatæ: hanc quæſtionem *e* ſupra ſoluimus cum explicaremus definitionem febris quæ eſt, innatus calor adeò ad igneum vergens ut lædantur *f* actiones: diximus aũt vbi adeo immoderatus ſit ut penè igneus fiat, oẽs actiones ab ipſo labefactari: ſed cum minus à naturali moderatione recedit, non neceſſario omnes ab eo lædi, idq; duplici de cauſa, vna quia licet omnes actiones à moderato calore perficiantur, quædam tamen gaudent ēt immoderato, quemadmodum ſenſus & motus: altera, quia homo qui in febrem incidit, interdum prius exceſſu frigoris & humoris laborabat, ob quem minus belle quibuſdã muneribus fungebatur, ſed ſuperueniente febre temperatur frigus & humor, & illa ad naturalem ſtatum reuertuntur. Quod autem dicitur de qualibet parte, ualet etiam in corde, cuius facultates & munera ob iam dictas cauſas non ſemper omnino labefactantur, ſed ſpiritus qui diſtribuuntur in uniuerſum corpus adhuc uitalem facultatem ſingulis partibus impertiunt, ob quã poſſunt ſuum officium facere. Multa igitur ſymptomata non tamen omnia febrem ſequuntur, quæ uerò magna ex parte ſequi ſoleant febrem, intelligemus ſi vim ignei caloris quo continetur intueamur. Cum ab uno quatenus unum eſt, proxime *g* vnum tãtum effectum idq; ſimile proficiſcatur, à calore qui unũ quoddam eſt, vnum quoq; ac ſimile expectabimus, nempe calorem, quem cõcipiunt partes quas proxime attingit, ſed dum calefacit paſcitur humido, & ideo neceſſe eſt quod ab ipſo calefit ſimul

etiam

a *Ariſt. l. 3. de part. anim. cap. 4.*

b *Supra c. 2.*

c *Galen. l. de cauſ. morb. cap. 2.*

d *Supra c. 2.*

e *Supra c. 2.*

f *Gale. 2. meth. cap. 7.*

g *Ariſto. l. 7. diuinorum Tex. 30.*

etiam ſiccetur: calor igitur primum calefacit deinde etiã ſiccat; ſed cum ita natura cõparatum ſit, vt quæ frigore concreſcunt liquentur calore, quæ tenuia ſunt cum à calore cõcoquũtur exhalantibus partibus aquoſis reddantur craſsiora, relaxat etiam calor ac liquat quæ denſa & concreta ſunt, & propterea uidetur madefacere, cogit item quæ tenuia & adſtringit quæ laxa, & eatenus uidetur craſsitudinem ac ſiccitatem afferre: recte autem traditum eſt ab Ariſtotele *a* calorẽ ꝑinde ac uinũ in alijs hominib. alia præſtare: madefit & humidius redditur à calore corpꝰ illud in quo humores cõcreti liqueſcunt, relaxatur cutis quæ *b* nimium à frigore adſtricta erat: quod laxum & humidum eſt corpus magis exſiccatur & cogitur. Ex his igitur effectis quæ vel proxime, uel aliquo interiecto medio in variis hominib. à calore proficiſcuntur, non difficile eſt colligere quæ ſymptomata cuiuſque generis ſuperuenire febricitantibus ſoleant. Ex actionibꝰ, à febre quatenus eſt calor auctus in corde præternaturã, primũ læditur pulſus & reſpiratio, neque.n. ſeruari poteſt ſecundum naturam cum cor maiori ægeat perſpiratu, quamobrem augeri tã pulſum ꝗ reſpirationem oportet, & primo *c* fieri maiorem, deinde etiam celeriorẽ, poſtremo frequẽtiorem quoque. Quod ſi febris nanciſcatur hominem ſicciorem, cum à calore ſupra modum ſiccetur, uigilia & ſitis accedit. Mutantur à febre affectus & qualitates corporis, humoribus.n. calefactis, color ex ſub rubro fit ruber, ex pallido flauus, ex flauo fuſcus: cutis à calore ex ſiccata fit dura magis & denſa ex molli & laxa: contra uerò quæ abſtricta & dura ob præcedens frigus erat, laxior fit & mollior à febre: quod attinet ad retenta & depulſa in corpore naturaliter ſicco, aucta ob febrem ſiccitate, parciora effluunt & plura retinẽtur ꝗ ſecundum nãm ſoleãt, ex cõtrario, ſi humores in corpore cõcreti fuerint, ſuperueniẽte febre, ꝑ urinã, deiectionẽ, ſudorẽ, redduntur longe plura, & retinentur longe pauciora quam ante, quod fit etiam *d* cum liquantur à calore partes humidiores ut caro & adeps, in febribus ardentib.: in hæcticis verò cum tabe liquantur partes ſolidæ ac ſiccæ & duræ: quare parum eſt qđ effluit vt a carnib. ſicciorib. cum allantur, & id parum nõ apparet cum vertatur ĩ vapores. huiõi igitur ſunt ſymptomata quæ a febre, quatenus febris eſt proficiſcũtur, plura ãt & grauiora propriè id genus febris ſequũtur qđ orit ab humorum

a *Ari. 3. proble. 16. & 17.*
b *Gal. contra lycum. c. 6.*
c *Gal. p. de cauſis pulſuum. cap. 5.*
d *Gal. x. meth. cap. xi.*

rum putredine, ſed ſuo loco oĩa exponentur, nunc.n. ſolummodo ea tractamus quæ pertinent ad febrem in vniuerſum.

De differentijs febris in vniuerſum. Cap. V.

FEBRES perinde atq; alij morbi, cõpluribus differentijs diſtinguuntur, quas tractare operæ pretium iudicauimus poſtquam perſecuti ſumus cauſas & ſymptomata, a quib. ipſarum nonnullæ depronuntur, in vniuerſum igitur ex differentiis rerum (vt recte traditum eſt a Porphirio) *a* quædã faciunt ἄλλο quædam *allion*, quæ faciunt *allo* ideſt aliud, conſtituunt ſpeciẽ, diciturq; tunc fieri *allo*. cum aliquid gignitur: quæ faciunt *allion* aliquo pacto immutant rem conſtitutam, manentem tamen, Thelephus apud Homerum patrem ſuum à Minerua in moribus immutatum uocat *allion*, non tamen *allon*. Differentiæ quas & in aliis morbis, & in febribus animaduertimus, aliæ *b* faciunt aliud aliæ aliquo pacto immutant quod factum eſt, quæ faciũt aliud conſtituunt diuerſas ſpecies febris, ſumunturque ab ipſa natura rei hoc eſt, à forma ignei caloris, qui prout diuerſus eſt, diuerſas efficit febrium ſpecies, eſt autem diuerſus pro diuerſa materia in quà uerſatur, ut infra oſtendemus, ubi expoſitis qnæ ad febres in uniuerſum pertinebant, ad earum diuiſionem pergemus: nunc autẽ agemus de his quæ iã cõſtitutas ſpecies immutãt, *c* hæ ſi nõ cõtinẽt in ſe formã, aliquo nomine tamẽ ad ipſam referuntur, nã quæ omnino aduentitiæ ſunt, cum nihil penitus ad curationẽ ſpectent, penitus à medico omittuntur, ueluti quod febris ſit in homine nobili uel ignobili, docto uel indocto, quæcumq; autem aliquo nomine ad curationem attinent à medico attenduntur, eatenus autem referuntur ad formã, quatenus uel ſumuntur à ſubiecto corpore inquo uerſatur febris, uel a modo quò ipſum informatum eſt, uel ab his quæ formam in ſubiecto corpore conſequuntur, ut à magnitudine, numero, loco, motu, tempore: uel à cauſis, ob quas eiuſmodi formam accepta eſt in eodẽ ſubiecto corpore, uel ab effectis quæ profert: neq; .n. ibi ocioſa manet. Eiuſmodi differentias oẽs ſigillatim ꝓpẽdere nũc oportet, exordiemur ab his q̃ ſumuntur à ſubiecto, *d* qđ potiſſimum differt tẽperamẽto, ætate, ſexu: tẽperamẽtum bilioſum ſãguineum, pituitoſum aut melancolicum

a *Porphirius in prædicabilibus ca. de differ.*

b *Vidus l. 4. de curatione generat. cap. p. par. p.*

c *Vidus ibidem.*

d *Vidus ibidem.*

cum eſt, huiuſmodi etiã ſunt febres, quãquã hæ differentiæ magis ad cauſam ſpectant quam ad ſubiectum: ætas ut pueritia, iuuentus, ſenectus, ſuppeditat febrium differentias ſimiles, nã aliæ ſunt pueriles, in quib. calor potius multus eſt quam acris, aliæ iuueniles, in quib. & multus eſt & acris, aliæ ſeniles in quib. acris eſt ſed nõ multus: à ſexu ducunt febrium differentiæ quod aliæ uiriles ſunt & ſicciores, aliæ muliebres & humidiores. Modus quò ſubiectum corpus febre informatur, uarius eſt, cum æqualiter, uel inæqualiter, perfecte uel imperfecte, primario uel ſecundario informetur, quib. nominibus, febres ẽt inter ſè differunt, cum aliæ æquales ſint, ſicut illæ quæ *a* occupant ſolidas partes, aliæ inæquales uelut illæ quæ uerſantur in ſpiritibus aut putribus ſuccis, aliæ rurſus perfecte contractũ calorem habẽt, aliæ imperfecte, hoc eſt aliæ habitum contraxerunt & ſtabiles *b* ſunt, aliæ inſtabiles & non dum inhærent, in quibus calor facile recedit: idem uſuuenit lignis ad ignem admotis, quædam.n. adeo ipſum conceperunt ut etiam cum remouentur incenſa maneant, quædam adeo parum calefacta ſunt, ut remota ab igne, paulo poſt frigeſcant. Interdum febris eſt primarius affectus, itaut nullum alium *c* ſequatur inſignem morbum, interdum ſecundarius eſt, & ab alio proficiſcitur, ut ab *d* inflammatione: has febres ſecundarias ueteres *e* appellarunt ſymptomata, ut quæ ſymptomatum modo alterius morbi ſint effecta, illas quæ primariæ ſunt, neq; ab alio inſigni morbo oriuntur, dixerunt morbos. Ex differentiis ſumptis ab his quæ formam conſequũtur in ſubiecto, primum ſe ſè offerũt illæ quæ pertinent ad quãtitatem, complectitur hæc magnitudinem & multitudinem, abutimur nomine magnitudinis ad qualitatem ſignificandam, *f* dicimus enim calorem plurimum, & hominem magis aut minus febricitare, tum febres magnas uel paruas eſſe: comparamus autem calorem igneum cum innato qui prius aderat, magis uel minus in igneum conuerſo: quamquam interdum magnam & paruam febrem dicimus reſpicientes ad uires hominis ualidas uel imbecillas, & interdum tribuimus magnitudinem prauitati, appellamuſq; *g* magnas illas febres quæ prauæ ſunt, ſicuti paruas illas quæ mites: ſed prauitas refertur magis ad cauſas quam ad magnitudinem, & eſt differentia potius illarum febrium quæ ab humorum putredine proficiſcuntur, quam totius generis.

a Galen. l. de inæquali intẽperie c.7.
b Gal. 8. meth. c.p.
c Galen. 4. aphoriſm. com. 73.
d Galen. p. ad Glauc. cap. 3. & 4.
e. Galen 4. aphoriſ. 73
f Gal. contra lycum. c.7.
g Supra l.4 de curatione gener. c. 3. par. p. & Gal. 4. methodica. 6.

Multitudo

Multitudo eas nobis ſuppeditat differentias, qđ aliæ febres ſimplices ſunt, aliæ multiplices & cõpoſitæ: componuntur aũt cum cauſis, cum ſymptomatibus, & cum alijs morbis præſertim cũ alijs febribus, ſiue alterius, ſiue eiuſdẽ generis ac ſpeciei. Conſeqtur ẽt formam in ſubiecto, locus, motus, & tempus, à quibus plures nobis ſuppetunt febrium differentiæ. Loco differunt morbi quod alij occupent vniuerſum corpus, & dicuntur *a* cões, alij vnã partem, & appellantur proprij, febres cum *b* verſentur in vniuerſo corpore cões ſunt duntaxat, neq; differunt loco quod aliæ ſint propriæ alicuius partis, niſi dicas non occupari ab oĩbus vniuerſum corpus, ſed cor, & idcirco differre quod in quibuſdam calor non verſetur in omnibus partibus, quod extremæ inalgeſcant: omnes tamen dicendæ ſunt cões quod niſi quid prohibeat occupent vniuerſum corpus, quemadmodum docuimus *c* cum febris definitionem explicaremus. In motu attenditur qualitas & modus, qualitas ad celeritatem & tarditatem ſpectat, differũt aũt febres quod aliæ celeres ſunt aliæ tardæ. Modus conſiſtit in circuitibus & aſſiduitate vel intermiſſione: quædam febres *d* habent circuitus, quædam circuitibus carent: quæ circuitus habẽt quotidianæ ſunt, aut tertianæ, aut quartanæ, atq; oẽs poſſunt vel aſſiduæ eſſe vel intermittere. Pertinent aũt eiuſmodi differentiæ motus propriæ ad febrem ex humorum putredine ortam. A tempore ſuppetunt differentiæ quatenus vel multum, vel exiguum interceſſit, ex quò febris hominem præhendit, tum quatenus incipit, augetur, viget, remittitur, aliæ.n.febres recentes ſunt, aliæ uetuſtæ, præterea aliæ in principio, aliæ in incremento, aliæ in uigore, aliæ in remiſſione, quæ differentiæ ſolummodo ſunt febriũ continentem cauſam habentium, cuiuſmodi ſunt illæ quas concitat humorum putredo. Sumuntur & quædam differentiæ à cauſis, ob externas.n.cauſas differunt febres, quod aliæ uulgares sũt & cões multorum aliæ propriæ & diuerſæ in diuerſis hominibus, tum quod aliæ uernæ, aliæ *e* æſtiuæ, aliæ autumnales, aliæ hyemales. Ob internas uerò, quod aliæ exquiſitæ *f* aliæ ſpuriæ, aliæ mites, aliæ prauæ, aliæ coctæ, aliæ crudæ, aliæ humidæ, aliæ ſiccæ, prout & humor putris à quò proficiſcuntur, nam ad has propriæ pertinent propoſitæ differentiæ & non ad omnes. Super sũt effecta hoc eſt ſymptomata, quæ ut grauiora uel leuiora ſunt, ita ẽt febres quas ſequuntur grauitate & leuitate inter ſè differunt.

a *Supra.l.4. de curat. gener.cap.3. part.p.*
b *Galen.l.de cauſ.morb. cap. 2.*
c *Supra c.2. huius libri.*
d *Galen.2.de diff.febr.c. 11.*
e *Hippoc. & Gal.2.l.aphor.25.*
f *Galen.p.ad Glauc.c.8.*

runt. Ex differentijs febrium in uniuerſum quas enarrauimus, colliguntur ēt differentiæ cauſarum & ſymptomatum, differunt n. hæc inter ſè non ſecus quam morbi, ſed qui horum differentias norit, facile ēt percipiet eas quibus illa diſtinguuntur. Oriuntur febris differentiæ ab ijſdem cauſis à quibus oritur febris, cauſæ. n. quæ aliquod efficiunt cum differentia id efficiunt ſimili illi quà præditæ ſunt, ſiue ſimilitudo implicita ſit & abſcondita, ſiue aperta & expedita, quemadmodum in ſuperioribus *a* libris demonſtrauimus cum perſecuti ſumus cauſas differentiarū generatim, quibus morbi inter ſè differunt.

a Vidus l. 4. de curat. gener.. cap. 3. part. p.

De ſignis ad febrem in uniuerſum attinentibus. Cap. VI.

QVę abſolutæ cognoſcenda erant de febre in uniuerſum uberrime iam expoſuimus, ſed non ſatis eſt ad curandum abſolute cognouiſſe quæ præternaturam ſunt & remoueri debent cum oporteat quoq; in ægrotante eadem recognoſcere, conijcere quæ præterierunt, & præſagire quæ futura *b* ſūt: quo pacto autem hoc in febricitante aſſequi poſſimus, tempus eſt enarrare. Veniant primo in medium præterita, huiuſmodi potiſſimum ſunt cauſæ quæ præterierunt, ſunt autem intelligendæ ut denuncient quæ præſentia ſunt; intelligentur *c* ſi referentur ab ęgrotante uel à familiaribus, quod cum penitus artificio careat, præſtat ut auctoritas arti comparetur *d* & ob id æger magis obſequatur, eas ex quibuſdam ſignis conijcere, ſumūtur hæc non à cauſis, quia ſi latent præteritæ cauſæ, multo magis latent cauſæ à quibus profectæ ſunt: non ab his quæ pro ſunt aut obſunt, cum ei quod fuit nihil queat prodeſſe aut obeſſe, ſed ab effectis duntaxat quæ ab ipſis relicta ſunt in corpore ægrotantis, quemadmodum oſtendimus in ſuperioribus *e* libris cum de cognoſcendis praeteritis ageremus: ſunt autem præteritæ cauſæ ueluti labor, animi perturbatio, æbrietas, ſatietas, inedia, æſtus, frigus aeris circumfuſi, à quibus potiſſimum oritur febris illa quæ uerſatur in ſpiritibus: hanc cum perſequemur, effecta declarabimus, à quibus ſigillatim eiuſmodi cauſæ indicantur. Præſentia quæ in ægrotante cognoſcere oportet, ſunt morbus, cauſa, & ſymptomata unà cum differentiis de quorum cognitione abſoluta iam egimus. Morbus ideſt febris, cum ſit calor *f* ad i-

b Gal. p. acut. com. 3. & Hipp. p. progn. ab initio.

c Gal. p. progn. com. 8.

d Vidus l. 5. de cura. gen. c. 2. part. p. & eodē lib. cap. 4.

e Supra l. 5. de cura. gen. c. 2. part. p.

f Supra ca. 2. huius libri.

gneum vergens, ſenſu depræhenditur, calor.n.& frigus *a* ſenſu iu dicantur, & proprie tactu, cum ſint ex qualitatibus quæ tractan tur ut inquit Ariſt.: *b* iudicat tactus ignem eſſe calidum niuem frigidam: idem percipit calorem ad igneum uergentem in uni- uerſo corpore: ſenſu ēt percipitur actionum offenſa ab eiuſmo di calore atq; idcirco febris, adeo ut ſuperuacanea uideantur ſi gna quæ febrem in uniuerſum demonſtrant, ex quibus tamen poterit medicus eamdem coniicere ubi uolet, ducet aūt ipſa *c* à cauſis, à iuuantibus & lædentibus, ab effectis: cum cauſis nume rare oportet habilitatem corporis ægrotantis, quod ubi calidū fuerit, magis par eſt in ſimilem morbum & idcirco in febrem compulſum eſſe quam ſi frigidum fuiſſet: cauſæ calefacientes à quibus ſupra *d* monſtrauimus febrem accendi, ut motus, putre do, obſtructio, uicinia rerum calidarum, pabulum caloris, ſi ad- fuerint, coniicere præſentem febrem conuenit: hanc coniecturā augent iuuantia & lædentia, cum.ſ. ægrotantem iuuant quæ sūt contraria febri, lædunt quæ ſimilia. Ergo ſi hominem iuuent frigida, lædant calida, indicant febrem, quamquam iuuant febri- citantem ēt *e* madefacientia, & lædunt ſiccantia, cum febre.n. aut ſiccitas iuncta eſt, aut non multo poſt iungetur: proſunt ergo hu mida præſidia quod præſentem ſiccitatem tollant, imminentē propulſent: ergo ubi frigida & humida proſint, noceant calida & ſicca, denunciant febrem adeſſe, id quod faciunt etiā effecta hoc eſt ſymptomata, vt actiones leſæ, qualitates corporis muta- tæ, retenta & expulſa præternaturam, ſi fuerint qualia ſupra *f* fe- brem ſequi demonſtrauimus, veluti ſi augeatur reſpiratio, ita vt maior, aut celerior, aut etiam frequentior fiat, ſimiliter & pulſus, *g* qui vel oībus, vel aliquibus ex his modo augeri febricitantibus ſolet, ferè aūt celerior apparet: ſi accedat ſitis, vigilia, ſi color ex albo ruber, ex pallido flauus reddatur, ſi cutis durior fiat, ſi deie ctio, vrina, ſudor, largius reddantur quam ſoleant, vel ſupprimā tur, aut exeant acriora & magis colorata: monſtratur .n. ex his effectis omnibus febris. Alterum praeter naturam ex praeſenti bus recognoſcendum, eſt cauſa ipſa febris, haec aūt eſt putredo, quae cum proprie ſpectet ad eas febres quæ reſident in humo- ribus, differenda eſt, tunc.n. eius ſigna tractabimus, cum pro- prie febrem perſequemur ab humorum putredine ortam. Sym- ptoma verò quod erat tertium praeternām in febricitante agno

a *Gale. 2. de temper. c. 2.*
b *Ariſt. l. 2. de anima. Text. 117.*
c *Supra l. 5. de cur. gen. c. 3. part. p.*
d *Supra c. 3. huius libri.*
e *Hippo. p. apho. 16. & Gal. p. acut. com. 18.*
f *Supra ca. 4. huius lib.*
g *Galen. 3. de præſag. pulſuum. c. 3.*

ſcendum, ſenſu percipitur, ſiue ad actiones laeſas, ſiue ad qualitates corporis mutatas, ſiue ad expulſa & retenta praeternãm referatur. Sub ſenſum ẽt cadunt differentiae ipſae febris in uniuerſum, quas *a* ſupra monſtrauimus depromi à ſubiecto corpore, à modo quo informatur, ab his quae formam in ſubiecto conſequuntur, vt à magnitudine, multitudine loco, motu, tempore: tũ à cauſis & ab effectis, ita ut non opus ſit ſignis per quae dignoſcantur. Futura quae praeſagire in febricitante non ſecus atq; in aliis aegrotantibus oportet, ſunt *b* euentus futurus, tempus, & uia ipſius: triplex *c* aũt in morbis eſſe euentus poteſt, cum aegri aut ſanentur, aut decedant, aut ſine inſigni mutatione diu uiuãt, ita ut morbus uideatur in eodem ſtatu permanere: id quod nõ euenit febri, quae neceſſe eſt aut remoueatur, aut hominem interimat, ita ut alterutrum euentum praeſagire in febricitante oporteat: colligetur aũt ex cauſis, ex *d* robore videlicet naturae & morbi, quae praeſentes ſunt & iam effectionem aliquam praeſeferunt: pugnant .n. interſe natura & morbus: ſi naturae robur maius uideatur ſuperabit morbum & ſequetur ſalus, ſi maius ſit robur morbi ſuperabit nãm & homo interibit. Intelligetur naturae robur *e* ex cauſa, vt ex moderata quantitate & qualitate ſpirituum, humorum, & partium ſolidarum, quò ſpectat bonus habitus, aetas adoleſcentiae aut iuuentutis, temperatio moderata: colligetur idem naturae robur ex iuuantibus & laedentibus, nã ſi ea quae parum iuuare hominem ſolent multum iuuent, ſi ea quae multum laedere parum laedant, indicabunt nãm eſſe ualidam, id quod facient ẽt effecta, ut actiones, affectus & qualitates corporis, quae expelluntur ac retinentur ubi parum à nãli ſtatu mutata ſint, neq; enim poſſunt omnino eſſe ſecundum naturam in homine aegrotante. Morbi robur ex differentiis colligitur, praeterea ex cauſis, ex iuuantibus & laedentibus, ex effectis. Ex differentiis illae quae ſumuntur a ſubiectò demõſtrant morbi robur, ſi non ſimpliciter, ſaltim rõne habita corporis: febres in ſenibus magis periculoſae ſunt quam in iuuenibus, quod non niſi à uehementi *f* cauſa proficiſcantur: vbi uerò aut flatus, *g* aut humor frigidus & humidus ante fuerit in corpore, ſuper ueniente febre ſuperatur, ita ut ſalubris magis quam periculoſa exiſtimari debeat. Sed intueri oportet & differentias magnitudinis ſimpliciter, vt quod calor parum, vel multum conuerſus ſit

a *Supra c.2. huius lib.*

b *Galen.4.de præſag. ex pulſib.c.11.*

c *Supra l.9. de curat.gene.c.2.& 3 part.p.*

d *Gal.l. de cõſtit. art. ca. 18. & 4 de præſag. ex pulſib. c.xi. et uidus. l.9 de curõne gener.c.3.parte p.*

e *Supra l. x. de curõne gener.c.3.parte p.*

f *Gal.p.apho. com. 14.*

g *Supra c. 2. huius libri & Plato in Timeo.*

in igneũ

in igneum, ſiquidem vbi parum, febris robur imbecillũ eſt, vbi multum cenſeri validum debet. Ex cauſa colligitur morbi robur, quæ vbi valida fuerit, notat magnum, vbi imbecilla paruum: loquimur aũt nunc de cauſa quæ præterijt, nam illa quæ præſens eſt non pertinet ad febrem in uniuerſum, ſed (vt iam diximus) ad illam proprie quam concitat humorum putredo: quod attinet ad ea quæ proſunt aut obſunt, ſiquidem parũ proſint quæ multum prodeſſe conſueuerunt, aut multum obſint quæ parum obeſſe, indicant morbum eſſe validum: idem faciunt effecta, hoc eſt ſymptomata, quæ quò *a* grauiora & plura fuerint, eò maius morbi robur denunciant, quò pauciora & leuiora eò minus: conferre igitur oportet inter ſe ſigna à quibus diximus monſtrari vtriuſq; robur, videreq; vtra plura *b* & maiora ſint, ea quæ naturæ, an ea quæ morbi vires validiores demonſtrant, & inde colligere euentum futurum. Tempus quò expectare vtrumuis euentum oportet, & longum eſſe põt, & breue: vtrumuis eſſe debeat demonſtrabit *c* exuperantia roboris magna aut parua, nam vbi magna ſit celeriter vincet aut natura morbum, aut morbus naturã, & breui ſequetur ſalus vel interitus: vbi parua, tarde & non niſi poſt longum tempus interibit homo, aut ſeruabitur. Illud aũt ſcire licet quod tempus quò refrigeratur qđ calefactum eſt, breue eſt, celeriter.n. refrigerantia præſidia immoderatum calorem temperant, quod non euenit vbi humidis tẽperatur ſiccitas, neq; .n. madefacere licet quod exſiccatum eſt, niſi poſt longum temporis ſpacium. Via ſanationis pertinet ad artem duntaxat, quæ refrigerantibus auxilijs igneo calori medetur, neq; .n. temperari põt à natura, niſi vbi concoquit, aut expellit humorem qui putreſcit, & eſt cauſa febris: ſimpliciter igitur febris ſeu igneus calor curatur ab arte. Via interitus in ui caloris cõſiſtit, qui interdum adeo igneus redditur, ut uitalem cordis facultatem labefactet ac tandem pænitus corrumpat.

a *Gal. 4. meth. c. 6. & l. de cõſtitutione artis ca. 18.*

b *Supra l. 9. de curatione gen c. 3. parte p.*

c *Supra Vidus ibidem & Gale. de conſtitutione artis. ca. 18.*

De operibus neceſſarijs ad curandam febrem in uniuerſum. Cap. vij.

HIs ita conſtitutis de cognoſcendis tam abſolute, q̃ in homine rebus præternaturam in uniuerſum ad febrem pertinẽtibus, proximum eſt ut ad alterum caput pergamus, hoc eſt ad rõnem curandi, duo.n. in ſuperioribus libris neceſſaria eſſe ad cu

randum monſtrauimus, *a* cognitionem curandorum, & rõnem
curandi: unum ergò cũ de febribus in uniuerſum abſoluerimus
nunc alterũ ſupereſt, nempe ratio curandi, quæ continetur *b* ope
ribus & inſtrumentis, *c* perſequemur primũ opera, deinde inſtru
menta. Venatur rõnalis medicina quam profitemur, opera ꝑ in-
dicationem: eſt aũt indicatio; compræhenſio *d* iuuantis ſimul cũ
compræhenſione nocentis, atq; ut in rõcinationibus percepta
propoſitione & aſſumptione, percipimus id qđ conſequitur, ita,
in indicatione cognitis rebus quæ curandæ ſunt cognoſcuntur
opera efficiẽda: debent aũt curari res præternãm, morbus *e* uide
licet, cauſa, & ſymptoma: ſed ut ſimul conſeruentur quæ ſecun-
dum nãm ſunt, harum quoq; *f* habenda ratio eſt, reſpicere.n.o-
portet temperõnem corporis, ætatem, ſexum, habitum, conſuetu
dinem, uires. Sunt ẽt quædam res mediæ *g* internãles & eas quæ
præternãm ſunt, ut tempus anni, regio, præſens tempeſtas, quæ
ad unum aerem referuntur, hic aũt animaduertendus eſt, quia
ſi prodeſt, ſecundum naturam eſt, ſi obeſt, præternaturam, & ha
bet uim cauſæ: prodeſt quidem cum contrarius eſt morbo & ſi
milis naturæ, obeſt cum huic contrarius eſt, & morbo ſimilis:
quod ſecũdum naturam eſt opere ſimili conſeruari debet, quod
præternãm contrario remoueri: aer autem cum morbo contra
rius eſt, iuuat naturam ad reſiſtendum, & idcirco reddit morbũ
leuiorem, qui deinde leuius opus contrarium deſiderat: cum ſi-
milis eſt morbo, eius uires auget ita ut ualidius opus ad curõnem
requiratur. Attenduntur differentiæ vt in morbo, ita ẽt in opere
quod efficiendum eſt: debent autem eſſe ſimiles, *h* ſiue implicitè
& abſconditè, ſiue apertè & expeditè: hæc quæ cõiter obſeruan
da ſunt in eligendis operibus ad curõnem pertinentibus, pro-
priè etiam animaduerti debent in curatione febris in uniuer-
ſum, in quà ſpectabimus primum quod opus requiratur à mor
bo, quod à cauſa, quod à ſymptomate, & ſimul etiam differentias
animaduertemus. Morbus, hoc eſt febris cum ſit calor immode
ratus & in igneum vergens, poſtulat vt *i* refrigeremus, quod eſt
contrarium opus: quod unum videtur ſatis eſſe ad curationem,
ſiquidem & febris vnum quoddam eſt : ab vno aũt quatenus v-
num eſt, non requiritur *k* niſi vnum: ſola igitur refrigeratio à fe
bre deſideratur. Verum experimento compertũ eſt madefacien-
dos eſſe illos qui febricitant, docuitq; Hipp. *l* victum humidum
omni-

a *Supra l. de curat. gene. c. 2. parte p.*
b *Supra l. 12 de cur. gen. c. 1. part. p.*
c *Ratio curãdi inuenitur per indicatione.*
d *Gal. l. de optima ſecta. c. 11.*
e *Vidus l. 3. inſtitutionũ medicina. c. 2. & Gal. 9. meth. c. 14.*
f *Gal. ibidem*
g *Gal. ibidẽ.*
h *Supra l. 13 de curatio. gen. c. 4. parte p.*
i *Gal. x. meth. ca. x.*
k *Gal. de optim. ſecta. cap. 4.*
l *Hipp. p. aph. 16. & p. acut. 18.*

oĩbus febricitantibus conuenire: rõnem ſupra reddidimus cum febris definitionem *a* explicaremus, diximus. n. maxima ex parte in febre calorem cum ſiccitate coniungi, ſiquidem ad igneũ vergit, ignis át non ſolum calidus eſt, ſed ẽt ſiccus: ſi quando verò in febricitante magis ſit humoris q̃ ſiccitatis exuperantia illa proceſſu temporis à calore exſiccatur: quare aut præſens eſt ſiccitas, aut imminet: quæ præſens eſt, requirit contrarium opus, nimirũ vt corpus madeſiat, idem poſtulat quæ imminet, nam teſte Hipp. *b* quæ ſubſequentia morbũ ſanant, antecedentia prohibent. Ergò quod aſſumebatur febrem vnum eſſe, falſum eſt, cum ſiccitas ei aut acceſſerit, aut accedat, quamobrem opus quod requiritur duplex eſt, cum refrigerare febricitantem oporteat & ſimul ẽt madefacere: quod aũt additur à veteribus medicis relaxandum eſſe corpus febricitantis vt comparetur perſpiratus, non eſt tertium opus ſeparatum ab illis duobus, ſed ad refrigerationem ſpectat, quam per ſe efficiunt quæ frigida ſunt, per aliud quæ comparant perſpiratum, & calidæ expirationis exitum. Refrigerare igitur dumtaxat & madefacere febricitantem oportet; quæ madefaciunt imbecilliora ſunt quam quæ refrigerant, *c* & idcirco minus ſubito ſuam vim imprimunt, adeo ut periculũ non ſit ne nimis madeſiat febricitans, ſicuti periculum eſt ne nimis refrigeretur: maius ẽt periculum impendet in refrigerando quod calefactum eſt, q̃ in calefaciendo quod refrigeratum: non quod calor non ſit efficaciſſimus, ſed quod frigus magis alienum ſit à natura noſtra, quæ (vt rectè demonſtratum *d* eſt à medicis & philoſophis) calida eſt & humida; huc accedit quod immoderatũ frigus cum ſtupefaciat ſenſum, non percipitur ab ægrotante, qui cum ſentit immoderatum calorem, conquæritur, & non permittit vt adhibeantur quæ vlterius calefaciant: eatenus aũt refrigerare febricitantem conuenit, quatenus innatus calor ipſius à nãli moderatione receſſit verſus igneum, cum redigendus ſit ad priſtinum ſtatum, & non ſimpliciter ad mediam temperationem. Ex hoc videtur poſſe colligi magis refrigerandos eſſe febricitantes illos qui nãliter frigidiores ſunt, veluti ſenes, quam qui calidiores vt iuuenes, cum in his calor minus videatur à nãli receſſiſſe, quàm in illis, qui frigidi naturaliter ſunt. Conſtat tamen cũ iuuenes febricitãt requiri & tolerari validius refrigerãtia quàm cum ſenes, hi ſiquidem & à leuioribus ſanantur & à validiori-

a *Supra c. 2. huius lib.*

b *Hipp. 3. 6. epid. 40.*

c *Supra c. antecedenti et Gal. x. meth. c. 7.*

d *Gale. 2. de temper. c. p. & Ariſt. l. de Reſpirat. cap. 4.*

bus offenduntur. Diluetur quæſtio hæc ſi ſtatuamus id quod ab Hipp. *a* traditum fuit, ſenes non incidere in febres ardentes ita vt iuuenes, ſiquidem innatus calor ubi paruus eſt, non poteſt in multum igneum conuerti, quamobrem ſenes non egent vehementer refrigerantibus, cum non vehementer febricitent, neq; ēt poſſint ea citra noxam perferre, extinguitur .n. debilis calor à multo frigore. Quod ſi in æquæ febres ardentes inciderent, quoniam maior eſſet receſſus à ſtatu naturali, magis ēt refrigerantia poſtularent quam iuuenes æquali febre laborantes, ita ut nulla relinquatur amplius dubitatio. Abunde igitur iam explicata ſunt opera quæ requiruntur à morbo. Aer ſimul *b* attendendus eſt cum natura & ætate, poſtulat aūt ſi moderatus eſt, ſimilia, ſi immoderatus, contraria. Cauſa aut iam *c* præterijt, aut adhuc manet, quæ iam præterijt nihil amplius poſtulat, tantūq; inquiritur à medico vt indicet quid effecerit: quæ adhuc manet, & efficienter manet, contrario *d* opere tollenda eſt. Poſtulat ſuccorum copia detractionem, quò opere finitur ſimul & morbus & cauſa, hoc tamen tantum vſuuenit illis febribus quæ à putredine ortæ in humoribus verſantur, nam illæ quæ occupant ſpiritus duntaxat, plereq; non habent amplius *e* cauſam; cum iam receſſerit, ſicut & ab illis oībus quæ occupant ſolidas partes, quò aūt opere auferri præſens cauſas debeat, tunc docebimus, cum illas febres perſequemur quæ oriuntur à putribus ſuccis, nunc.n. tractamus febrem in vniuerſum. Symptomata reſtant ex rebus præternām, quæ varia ſequi febrem monſtrauimus, *f* & non ſolū actiones læſas ſed ēt qualitates mutatas, & retenta atq; expulſa præternām: tolluntur autem omnia ſublata febre, ſi quæ tamen aut quòd valde moleſta ſint, *g* aut quòd vires conuellant non ſinant expectari dum curetur morbus, ſed propriam curationem deſiderent, hæc quoq; aliquo pacto contrariū *h* opus poſtulāt, veluti ſi ſitis, vigilia, aut aluus adſtricta hominem torqueant danda ſunt quæ ſitim extinguant, quæ ſomnum faciant, quæ aluum ſoluant; & ita contrarium opus opponendum eſt vnicuiq; ſed cum oīa hæc ſequautur ſiccitatem immoderatam, madefacere oportet, in ſiti per potionem, in vigilia per capitis perfuſionē, in aluo adſtricta per ea quæ in inteſtina perclyſtere immittuntur: ſed cum in operibus neceſſariæ ſint certæ differentiæ, has ſimiles eſſe oportet differentiis rerum à quibus requiri opera monſtrauimus:

a Hipp.p.apho. 14.
b Gal.8. meth.c.9.
c Gal.4. methodi. c.3.
d Gale.l.11. meth. c.12. et l. de opti. ſect. c.25.
e Gal.xi. meth.cap.2.
f Supra ca.4. huius libri primi.
g Gal.12 metho.cap.p.
h Gal.l.xi meth. c.12.

uimus:ſimilitudo *a* autem ut paulo ſupradiximus,aut aperta ſit aut certe implicita,eſt autē aperta in differentiis quæ ſumuntur à magnitudine febris, ſi quidem magna febris magnum opus deſiderat,parua,paruum:latet & implicita eſt in multis aliis differentiis,ueluti in illis quæ ſummuntur à corpore ſubiecto,ut quod aliæ febres ſeniles ſint,aliæ iuueniles,poſtulant. enim ſeniles febres non apertè ſenilia remedia, ſed implicitè, hoc eſt quæ ad ſenes accomodentur,ſicuti iuueniles iuuenilia, hoc eſt quæ aptentur iuuenibus.

a *Supra l. 13 de curatione gener. c. 4. parte.p.*

De Inſtrumentis ad curandam Febrem in uniuerſum attinentibus. Cap. VIII.

OPera quæ ad febrem in uniuerſum curandam propoſuimus ſine inſtrumentis perfici nō poſſunt,per hæc. n.tam à natura *b* quam ab arte cuncta proficiſcuntur. Opera quæ ſpectant ad ſymptomata, cum ſub illis cōpræhendantur quæ referūtur ad morbū, ut ſupra monſtrauimus, ommittentur unà cū inſtrumentis à quibus perficiuntur: omittentur ēt opera & inſtrumenta quæ attinent ad cauſā, nā hæc proprie ſpectāt ad febres *c* ex humorū putredine ortas, tantum igitur agemus de inſtrumentis ad refrigerādū & malefaciendū attinentib., quæ duo opera poſtulari *d* oſtendimus à morbo hoc eſt à febre. Inde aūt ordiemur quod quæcūq; ad refrigerandū uel madefaciēdū adhibentur,aut proxime,aut aliquo interieſto *e* medio ſuum opus efficiunt:proxime refrigerant quæ frigida ſunt, proxime madefaciunt quæ humida, cæterum frigida dicuntur illa quæ aut tactu frigida ſentiuntur, aut quamuis nullum frigus præſeferant, habent uim refrigerandi : aqua exempligratia frigida tactu ſentitur,lactuca autē quāuis non ſentiatur *f* frigida cum tractatur, habet tñ uim refrigerādi.Madefacientia per ſe ac proxime humida ſunt ſimiliter aut actu, aut facultate: actu humida ſentiuntur quæcumq; liquida ſunt, facultate aūt illa quæ habēt uim madefaciendi: uerum non oīa quæ actu humida apparēt, hoc eſt quæ liquida ſunt, ad madefaciendum accomodantur, cum quædam etiam ſiccent ueluti *g* muria & acetum: *h* illis ergò utimur ad madefaciendum, quae non tantum liquida ſunt, ſed etiam habent uim humidam,ut aqua & uinum lene, quāuis

b *Ariſt. l.4. de generat. anim.ca.p.*

c *Gale.l. xi. meth. ca.2.*

d *In capite antecedenti*

e *Gal.p.ſimplic. cap.2.*

f *Gal.l.3. de temperam. cap.2.& p. ſimplic.c.2.*

g *Ga.2.de natur.fac.ca.9*

h *Gal.l.x.methodi cap.9*

aqua *a* cum non reſtituat humidam ſubſtantiam partibus noſtris magis irrigat quàm madefacit: uinũ aũt & humida eſculẽta cum ſubſtantiam humidã in nobis reficiant proprie nos madefaciunt, quamuis aliquomodo ẽt alia quae non habent uim alendi. At ualent ẽt ad refrigerãdũ & madefaciendum illa quae non proxime, ſed alio interiecto medio noſtrum corpus refrigerat, aut madefaciunt: hoc pacto refrigeramur ab his quae calidam ſubſtantiam ex noſtris *b* corporibus exhauriunt, tum à uacatione eorum quae uim habent calefaciendi quemadmodum corporis motus, & animi perturbatio: ſic etiam madefiunt corpora noſtra, cum educuntur quae ſiccandi uim habent, ut ſucci acres & biliosi, & cũ omittuntur ea à quibus ſolemus exſiccari, ut labores, uigiliae. Quomodocumq; aũt quae adhibẽtur nos refrigerent aut madefaciant, ad aliquod ex tribus *c* inſtrumentis medicinae referuntur, ad rationẽ uictus, ad medicamẽta, ad chirurgiã: chirurgia tãtũ utimur, cũ ad mittendum ſanguinem uenam ſecamus, quod inſtrumentum alio interiecto medio refrigerat, *d* educendo uidelicet ſanguinem ac ſpiritum calidum, ſed propriè ſpectat ad illas febres quae uerſantur in putribus ſuccis, nõ cõmuniter ad oẽs, quamobrẽ eo praetermiſſo in aliis duobus inſiſtemus. Ratio uictus ſex *e* rebus non naturalibus cõtinetur, quae oẽs ita accõmodari debent, ut refrigerare ac madefacere poſſint uel per ſè, uel alio interiecto medio. Aer eligendus eſt frigidus & humidus, atq; ubi non detur talis, parari debet *f* arte in ima aedium parte, aut ẽt in loco ſubterraneo, qui irrigetur, aut per fundatur aqua frigida, & haerbis ſternatur frigidis & humidis, ut lactuca, lente paluſtri, ſemperuiuio, umbilico ueneris, nimphea papauere: maxime aũt accõmodatur ad refrigerandum & madefaciendum febricitantes aer, cum & ad *g* totũ corpus ſpectet & potiſſimum ad cor, quemadmodũ & eorũ calor: attingit aer circunfuſus uniuerſum corpus, & ubi frigidus ſit & humidus, extrinſecus ipſum refrigerat ac madefacit: attrahitur ẽt ab externis arteriis, & idcirco ſimiliter afficit partes internas, maxime aũt pulmonẽ & cor, cum reſpirantibus hauritur: aliae res aliis partibus potiſſimum aptantur. Cibus & potio magis afficit uentrem adquẽ proxime peruenit, & ob eandẽ cauſã aer magis thoracem; quamquam oẽs res in quibus conſiſtit ratio uictus, ad oẽs partes corporis accõmodantur; cibus ad refrigerandum

a *Galen. l. de marcore. c. 7. & 4. aphoriſmorum. com. 13.*

b *Gale. 3. de Temperam. cap. 5.*

c *Vidus l. 3. inſtitutionum medi. cap. 8.*

d *Gal. x. methodi ca. x.*

e *Prouidentia in vi. rebus non naturalibus. Gal. de Tuen. ual. ad Tranſybulum ca. 35.*

f *Gal. x. meth. cap. 8.*

g *Gal. x. meth. c. 7. & 8.*

gerandũ & madefaciendum, debet eſſe debilis,facultate,& frigi a *Gal.4 6. e-*
dus & humidus qualitate: debilis *a* facultas eſt illius cibi qui & *pi.d. com.*
nõ multus ſumitur,& exiguam habet nutriendi uim: qui mul- *18.*
tus eſt,cũ nimis augeat ſanguinem , auget calorem non ſecus b *Hippoc. 7.*
quam ignem ligna, quamobrem docet Hippocrates *b* ſi quis fe *aphoriſmo-*
bricitanti cibum dederit,ut ſano robur, ſic laboranti morbum *rum.62.*
augeri. At neq; ualet etiam ciborum multitudo ad madefacien- c *Gal. 7.me-*
dum,cum non facile *c* concoquatur , quod autem non conco- *thodi. ca.6.*
quitur neq; alere corpus poteſt,neq; madefacere . Conuenit e- d *Hippoc.&*
tiam ſebricitanti,cibus paruam nutriendi uim habens, ob ean- *Gal.p.acu.*
dem cauſam , ne multum ſcilicet gignat ſanguinem & calorem *18.*
augeat. Qualitas cibi ſit frigida & humida, qualem habet panis † *Galen. 4.6*
ex aqua incoctus, aut madefactus : cremor *d* ptiſſanæ, aut aue- *epid. com.*
næ,cucurbita,lactuca, piſces ſaxatiles. Potio ſimiliter ad refrige *15.*
rãdũ& madefaciẽdũ debet eſſe qualitate frigida&humida,&quã e *Gal.9. me-*
titate copioſa: maxime idonea eſt † aqua, illis præſertim qui eã *thodi. ca.5.*
potare cõſueuerũt,&ubi nullus ſit affectus corporis *e* à quò pro f *Hippoc.4.*
hibeatur, ueluti cruditas et obſtructio : ualet & uinum natura- *acut. Tex.*
liter aquoſum et ualde dilutum,hoc.n. ſimiliter refrigerat;ualet *71.*
& poſca ſimiliter plurimum diluta. Refert Hippocrates *f* quar- g *Hippoc.&*
to libro de morbis acutis aquam hordei idoneam eſſe ad ſitim *Galen.5.a-*
extinguendam: utuntur ea nunc medici huius ſeculi,dant enim *phoriſm.*
potui aquam in qua hordeum bullierit , egregie aũt refrigerat *Tex.cõ.64.*
et madefacit febricitantes,quãquã non nihil etiã detergit , itaut h. *Gal.x.me-*
maxime idonea ſit præterquam in illis corporibus in quibus *th.cap.11.*
flatum mouet. Lactis potio cum refrigeret ac madefaciat uide- i *Gal. de arte*
tur febricitãtib. cõuenire,aliena *g* tamen eſt quia corrumpitur *medic. cap.*
et in nidorem conuertitur ubi calor immoderatus ſit , quamo- *69.&7.me*
brem aut uitari omnino debet, aut iis dari quibus exiguus ad- *th.c.6. &4*
modum ſentitur febris calor, quemadmodum *h* tabeſcentibus. *6.epid.com.*
Somni autem et uigiliæ hæc ratio eſt,quod ad madefaciendum *20.*
magis aptatur ſomnus, ſiquidem uigilia *i* ſiccandi uim habet : K *Supra l.2.*
ſed quod attinet ad refrigerãdũ,ſomnus refrigerat K partes exter *de curat.*
nas,uigilia internas,quare uiciſſim utẽdũ eſt 2. conſuetudinẽ et *Gener.c.xi.*
hac et illo,cũ calor quem febricitantes cõceperũt,et in internis *par. p. &*
partib. et in externis uerſetur , conferet tamen ſomnus paulo *Hippoc.ac*
longior quã ſoleat ad madefaciendum: exſiccat uigilia abſumen *Gal.4. 6.e-*
do humorem, madefacit ſomnus et retinendo, et cõcoquendo *pid.14.*

alimentum

alimentum, ex quo conficitur humida ſubſtantia noſtrarum partium. alio igitur interiecto medio corpus à ſomno madefit, à uigilia exſiccatur: alio ſimiliter interiecto medio calefiunt partes internæ à ſomno & refrigerantur externæ, contra à uigilia calefiunt externæ refrigerantur internæ, quatenus ſcilicet calidum innatum influens quod in ſpiritu et ſanguine conſiſtit, in ſomno relinquit *a* partes externas & fertur ad internas. Motus quo nomine calefaciat ſupra *b* monſtrauimus cum cauſas febris in uniuerſum tractaremus: idem exſiccat corpus abſumendo humorem quo nutritur calor qui ex motu augetur, quamobrem quies refrigerandi uim habet & madefaciendi non proximè, ſed quatenus omittitur motus qui calefacit et exſiccat. Repræhendit Hippocrates *c* Prodicum qui motu, curſu, paleſtra, febricitantes præcipitabat, quibus aptatur quies: eadem ratio eſt tranquillitatis animi, quæ ſimiliter refrigerat et madefacit alio interiecto medio, quatenus ſcilicet ommittuntur perturbationes quæ corpus calefaciunt et exſiccant, mouetur enim per illas calidum innatum, et eatenus accenditur, quo magis accenſo, magis etiam abſumitur humida ſubſtantia et ſiccatur corpus. ita autem ex animi perturbationibus maxime inimica *d* eſt febricitantibus, cum magis calefaciat cor et exſiccet. Docet Hippocrates *e* hanc alienam eſſe calidis naturis, ex quò colligere potes quanto magis aliena ſit febricitantibus, quibus potiſſimum conuenit tranquillitas. Quæ detruduntur ac retinentur, ipſa quoq; non proxime, ſed aliquo interiecto medio pertinent ad refrigerandos ac madefaciendos febricitantes, primo enim ſi retineantur quæ frigida ſunt et humida, ueluti ſucci pituitoſi, detrudantur quæ calida et ſicca, ueluti bilioſi, refrigeratur ac madefit corpus, deinde ea quæ naturaliter expelli ſolent, ut urina deiectio ſudor, ſi expellantur, non includitur in corpore calida expiratio, ſed magis exitum habet, quo fit ut corpus relinquatur frigidius: quare danda opera eſt ut febricitantibus hæc quæ naturaliter ſuperant educantur. Præter uictum plurimum ualent ad refrigerandos et madefaciendos febricitantes medicamenta frigida et humida, ſiue intus dentur, ſiue extrinſecus imponantur: proxime autem et nullo interiecto medio opus ſuum efficiunt, ſiue tactu ſentiantur frigida et humida, ſiue facultate duntaxat talia ſint ex internis medicamentis quæ tactu frigida

& humida

a *Gale. 3. de cauſ. pulſ. c. 9. & 4. 6. epid. 14.*
b *Supra cap. 3. huius lib.*
c *Hipp. 3. 6. epid. 31.*
d *Gal. 5. 6. epid. com. 9.*
e *Hippo. 4. 6 epid. 15.*

& humida ſunt, efficaciſſima eſt aqua *a* frigida, quæ ubi large & præter conſuetudinem bibatur uim habet medicamenti, cō uenitq; febricitantibus omnibus niſi cum febre iungatur alius affectus ipſam reiiciens, ut uentriculi *b* imbecillitas, humorum cruditas, obſtructio, ac tumor aliquis uiſcerum: non conuenit autem omnibus febricitantibus eodem modo, nam ubi parum ſanguinis eſt, pauca danda eſt, & modice frigida. Dantur etiam intus medicamenta uim frigidam & humidam habentia, ut potiones illæ quæ ſyrupi uocantur, quemadmodum roſatus, uiolatus, acetoſus, de endiuia, ex cicorio; aqua itē inqua decoctæ fuerint frigidiores herbæ, ut lactuca, intibum, uiola, endiuia. Idem præſtant & confectiones ex uiola, ex roſa, ex ſemine papaueris & ſaccaro. Extrinſecus adhibentur ad refrigerandum olea frigidioribus herbis condita, aut ſucci earundem herbarum, aut cataplaſmata quæ ex ipſis fiunt. Valet inunctio ex cærato *c* refrigerante ipſius Galeni, ex unguento roſato, ex ſandalino ipſius Meſues. Valet & balneum *d* aquæ frigidæ niſi obſtet aut imbecillitas innari calidi, aut alius affectus, ut uiſcerum tumor, & ſuccorum cruditas. quamobrem non temere tentandum eſt, ſed tantum ubi ab ardente calore requiratur, neq; repudietur ab altero affectu. Balneum aquæ dulcis moderate calidum plurimum ualet ad madefaciendum, id quod ſentiunt qui oblongum *e* iter ſole ſub ardente defatigati atq; exhauſti eo utuntur, celeriter .n. uindicantur à ſiti: at refrigerantur etiam, habet enim aqua calida primo uim calefaciendi, ſed proceſſu temporis exhalantibus calidis uaporibus deponit calorem omnem, & ad naturam ſuam reuerſa corpus refrigerat, quamobrem eiuſmodi balneum conuenit febricitantibus omnibus, niſi ſit affectus aliquis *f* prohibens, ut multitudo humorum, quæ cum à calore balnei funditur, magis interdum fluit ad partes præſtantiores, & magnam ac periculoſam ſepe obſtructionem affert.

a *Gal. l. xi. meth. ca. ix.*

b *Gal. ix. meth. cap v.*

c *Gal. x. meth. cap. 9.*

d *Gal. vii. meth. c. 7. & x.*

e *Gal. de marcore. cap. 7.*

f *Gal. xi. methodi. ca. ix.*

Diuiſio Febris in uniuerſum in ſua genera. Cap. IX.

QVæ de Febre cognoſcenda & curanda in uniuerſum expoſuimus, ſpeciatim quoque perpendenda ſunt, quod fieri non poteſt niſi prius ſubiectas illi ſpecies omnes inueſtigemus; commode autem ipſas uenabimur, ſi febrem ſum

mum genus in quædam inferiora genera, atque hæc rurſus in ſpecies recte partiamur, id quod aſſequemur ſi teneamus partiendi præcepta illa tria quæ tradita ſunt à Platone, *a* primum eſt ut adiiciamus generi differentias ſumptas à natura rei quæ diuiditur, alterum ut nihil praetermittatur aut redundet, tertium ut cum à ſummo genere ad imam ſpeciem peruenerimus *b* diuidendi finem faciamus, neq; deſcendamus ad ſingula, quæ cum infinita ſint & intereant, ſub artem minime cadunt; haec ſi firma & ſtabilia ſint nullum in diuiſione uitium erit, contra *c* ſi utamur in diuidendo differentiis communibus non ductis à natura rei, ſed à rebus aduentitiis, id erit magis frangere quam diuidere: erit etiam uitioſa diuiſio, ſi aliquid aut praetermittamus proprium, aut adſciſcamus alienum, tum ſi praeteruehamur imam ſpeciem nō poterimus ſic certa genera ac ſpecies ſtatuere ipſius febris; à propoſitis igitur praeceptis minime diſcedentes aggrediemur ad diuidendam febrem in prima genera, quae cum ſeorſum deinde tractabuntur in ſuas ſpecies partiemur. Diifferentiae quas febri tanquam ſummo generi adiiciemus, non petentur à rebus ad uentitiis *d* quae nihil prorſus ad artem pertinent: at neque ſolum ſpectabunt ad naturam rei, ſed magis ipſa continebuntur; ex differentiis. n. ad rei naturam ſpectātibus, aliae in ipſa conſiſtunt, & hae ut inquit *e* Porphirius faciunt aliud, hoc eſt conſtituunt ſpeciem, aliae ad ipſam aliquò nomine referuntur, atque hae mutant aliquo pacto ſpeciem cōſtitutam, quas ſupra *f* explicauimus, cum differentias febrium in uniuerſum perſequeremur. Nunc ut in veſtigemus prima genera febris, illas differentias adiungemus quae proprie conſiſtunt in natura eius quam diximus *g* eſſe immoderatum calorem: quod ſi aliunde differentias ſumeremus, quamuis aliquo pacto ad rei naturam pertineret, nō aſſequeremur genera quae nunc inquirimus, & in eodem errore uerſaremur, in quo Chryſippus & *h* Eraſiſtratus, qui differentiis à pulſu ductis diuidendam eſſe febrem in ſua genera crediderunt. Apparet quidem alius pulſus in aliis febribus, non tamen conſtituit ipſarū genera ac ſpecies. Defertur in ſimilem errorem Praxagoras, qui febres diſtribuit in ſimplices & compoſitas: differunt quidem febres inter ſè ex eo quod iungantur uel non iungantur cum aliis, non tamen propterea ſunt alterius generis, cum ſub eodem

& ſimplices

a Plato in Philebo, & in Sophiſta, & in Politico.

b Porphirius ex Platone in prædicabilibus. cap. de differentia.

c. Gal. p. l. de differ. febr. cap. p.

d Galen. ibidem.

e Porphirius cap. de diff.

f Supra cap. v. huius lib.

g Supra ca. 2. huius lib.

h Galen. p. 6. epid. com. xxviv.

et ſimplices compraehendi poſsint et compoſitae . At neque re-
cte facta eſt diſtinctio febrium à ueteribus *a* in morbos et ſym
ptomata,nam *b*. licet aliquæ ſymptomatum modo ab aliis mor
bis oriantur , aliæ nullum ſequantur inſignem morbum , non
propterea diuerſi generis ſunt, ſed eidem ſæpè ſubiiciuntur,ne
que conſiſtunt eiuſmodi differentiæ in calore ſicuti neq; illæ
quas cõmemorat Hippocrates *c* in ſexto libro de morbis uulga-
ribus,ubi ſcribit,alias febres flauas eſſe, alias rubras , alias liui-
das; ſumuntur .n. à calore qui in aliis febricitantibus alius con-
ſpicitur,non tamen efficit diuerſa genera ac ſpecies febrium , cũ
non conſiſtant in calore , ſicut illæ quas Hippocrates ibidem *d*
proponit, diuidens febrem differentiis ab ipſo ductis qui aut le
nis eſt,aut acris : quo fit ut dentur duo prima genera febrium ,
unum lene,alterum acre: in hoc caloris qualitas à naturali plu-
rimum receſsit & ualde mutata eſt,in illo magis aucta copia ui-
detur quam mutata qualitas,cum adhuc lenis ſit,quanquam ali
quo pacto etiam ipſa mutata eſt , neq; enim ita lenis calor eſt
hominis febricitantis quouis genere febris, ſicuti eiuſdem na-
turaliter affecti.Cæterum calor acris,aut uapores multos ædit,
aut ſquallidus eſt, utraque differentia ad eius naturam attinet
& idcirco quoddam genus febris conſtituit, adeo ut genus fe-
bris quod acre eſſe diximus , in duo diſtribuatur, *e* in id quod
uapores multos aedit, & id quod ſquallidum eſt . Poteſt etiam
primo diuidi febris in tria genera,in lene,in acre cum uaporum
copia,& acre ſquallidum,ſic eadem membra ſunt utriuſque di
uiſionis, ſed paulo ſecius partita ac diſtributa . Vtrouis modo
fiat,nec fortuito,nec temere,ſed recte facta dicetur:Sed cum ca
lor ſit quaedam forma,non poteſt per ſe augeri uel minui , aut
aliquas differentias accipere , ſed quatenus uerſatur in materia
ſubſtrata, id quod Ariſtoteles *f* tradidit de iuſtitia , de ſanitate,
de uoluptate, de aliis formis. Quamobrem differentiae quibus
calor ac febris diſtinguitur à ſubſtrata *g* materia uaria, hoc eſt
à diuerſis partibus noſtri corporis proficiſcuntur. Poſuit Plato
in Timeo tres ſpecies ignis,lucem,flammam,& carbonem , pro
uaria materia *h* ut craſſa, tenui, ac media inter utranq; . Partes
noſtri corporis diducuntur ab Ariſtotele *i* in ſolidas,& humo-
res,quibus Hippocrates adiecit ſpiritus tanquam tertium genus
partis,cum ſexto k libro de morbis uulgaribus cõmemorauit ,

continentia,

a *Gal. 4. aphoriſm. com. 73.*
b *Supra cap. 5. huius lib.*
c *Hippo. p. 6. epid. 29.*
d *Hippo. ibidem.*
e *Galen. p. de different. febr. cap. 7.*
f *Ariſtot. l. x Aeticorum cap. 3.*
g *Galen. p. de diff. febrium. cap. p.*
h *Plato in Timeo.*
i *Ariſtot. l. 2. de partib. anim. ca. 2.*
k *Hippo. l. 6. epid. 7. & Gal. l. p. de differentiis febrium: c. 1*

continentia, contenta, & impetum facientia: continentia enim intelligit partes ſolidas, contenta humores, impetum facientia ſpiritus. Reſpondent hæc tribus initiis ex quibus conſtamus, ſanguini, ſpiritui, ac ſemini: calor igitur quò febris continetur, diuerſus eſt pro diuerſo genere partium in quibus reſidet, ut lenis in ſpiritibus, acris cum uaporum copia in humoribus, acris ſquallidus in partibus ſolidis: qualis igitur eſt ſubſtrata materia, talis eſt calor, cumq; illa triplex *a* ſit, triplex quoq; genus caloris præternaturam ac febris poteſt in corpore noſtro uerſari: illa quae in ſpiritibus reſidet leni calore continetur, neq; .n. poteſt ita acris fieri in materia tenui ut in craſſa, uocaturq; à graecis *b* ἐφήμερα quod eodem die finiatur, à latinis diaria. Ea uerò febris quae acri calore continetur, nullum commune nomen inuenit quod utrumque eius genus ſignificet, id ſcilicet qđ reſidet in humoribus, acre cum uaporum copia, & id quod in partibus ſolidis acre & ſquallidum; ſed hoc proprie à graecis nominatur ἕτικον ἀπὸ τῆς ἕξεως, hoc eſt ab habitu: duo. n. notat *c* habitus, uidelicet partes ſolidas noſtri corporis, & diſpoſitionem confirmatam, ab utraq; ſignificatione dicta eſt febris haectica. Alterum uerò genus quod reſidere diximus in humoribus, acre cum uaporum copia, à medicis circunſcribitur, dicunt .n. febrem à putredine ortam, neq; enim accenditur eiuſmodi calor in humoribus niſi putreſcant, *d* neque poſſunt ſola copia febrem excitare, cum in multis ſaepe redundent qui non propterea febricitant, ſed quomodocunq; nominentur ſtatuere oportet tria genera febrium, unum lene in ſpiritibus, alterum acre cum humorum copia in humoribus, tertium acre ſqualli dum in partibus ſolidis, quae ſeorſum tractabimus, ubi duo quae ad propoſitam diuiſionem ſpectantia in dubium uertuntur diſſoluerimus. Primum igitur dubium accidit quò pacto poſſint pro triplici genere partiũ noſtri corporis conſtitui tria genera febris, cum ad ſolidas tantum referendae omnes febres uideantur, ſi quidem illis partibus tribuendae ſunt, quarum laedunt actiones: ergò tantum *e* ſolidis, quandoquidem actiones his tantum, non humoribus, non ſpiritibus, tribuuntur, ex quò ſequitur unum tantum ponendum eſſe genus febris, idq; in partibus ſolidis, non tria. Huic dubitationi occurit *f* Alexander Aphrodiſeus in libello illo aureolo quem de febribus inſcripſit:

a *Gal. p. l. de diff. feb. c. p.*

b *Gal. x. meth. cap. 2.*

c *Gale. p. de diff. feb. c. 7.*

d *Galen. ibidem.*

e *Auic. l. p. f. p. t. p. cap. de ſubiect.*

f *Alex. l. de febribus & Gal. l. p. de diff. fe. c. p.*

concedit

concedit autem ſemper in partibus ſolidis quarum ſunt munera quæ læduntur, febricitantium calorem verſari, nō tamen eodem modo, ſed addit has interdum calefactas eſſe, interdum calefieri: calefactas dicit cum igneus calor inhæret, & quodammodo infixus eſt earum ſubſtantiæ: calefieri cum reſidet in humoribus aut ſpiritibus, quos illæ continent: vt autem ad perfectionem actionum requiritur non modo inſitus calor, ſed ſimul etiam influens ſecundum naturam, ita ad læſionem ſatis eſt ſi alteruter immoderatus ſit, vel illæ qui inſitus eſt in ſolidis, vel illæ qui influit per ſpiritum & ſanguinem: concedit igitur Alexander, febricitantium calorem ſemper verſari in partibus ſolidis quarũ munera offendit, ſed vult aliquando eum reſidere in ipſis per ſe, quemadmodum vbi eſt hæctica febris, aliquãdo per humores ac ſpiritus, veluti cum adeſt aut ephimera, aut illa quæ ſequitur humorum putredinem: ſemper igitur partes ſolidæ calorem immoderatum aut contrahunt, aut contraxerunt. Quæ res magis dilucida redditur exemplo *a* balnei, in quò ſimiliter attendi poſſunt tria genera partium, aer, labrum aquæ & paries: pôt calorem cõcepiſſe aer dumtaxat à quo & aqua & parietes calefiant: poteſt & aqua iam eſſe calefacta, & calefacere aerem ac parietem: poteſt deniq; paries calorem contraxiſſe ob quem & aer & aqua incaleſcant: idem vſuuenit partibus noſtris quarum aliquæ calefactæ interdum ſunt præternãm, & reliquas calefaciunt: Vbi calefacti ſint ſpiritus & calefaciant humores & ſolidas partes, febris *b* erit diaria: Vbi humores prius incaluerint & calefaciant ſpiritus & partes ſolidas, dicetur febris ab humorum putredine orta: Vbi ante calefactæ ſint partes ſolidæ deinde incaleſcãt ſpiritus & humores, erit hæctica febris: itaut quælibet trium poſſit ſine alijs duabus verſari in corpore noſtro. Sed prima dubitatione præciſa, ſequitur altera: reuocatur .n. in dubiũ poſſit nè quælibet febris cuiuſuis generis per ſe incipere non antecedente altera: non .n. videtur poſſe fieri hæctica, niſi prius fiat & diaria, & illa quæ humorum putredinem ſequitur: neq; videtur etiam poſſe fieri hæc ſine diaria, ſiquidem par eſt vbi craſſiores partes calorem conceperunt, calefactas prius fuiſſe tenuiores *c* veluti ſpiritus ante humores, & humores ac ſpiritus ante ſolidas partes: ſiquidem quod tenuius eſt, minus renititur & afficitur celerius quam quod craſſius, quod non ſolum ſenſu atq; auctoritate

a *Galen. p. de diff. feb. c. p.*

b *Gal. ibid.*

c *Ariſt. l. 23. proble. particula 7. & Gal. de inæquali intemperie c. 4.*

a *Ariſt. loco citato.*

ctoritate philoſophorum *a* comprobatur, ſed ratione etiã, quandoquidem vis effectrix facilius per tenuiorem ſubſtantiam peruadit, quam per craſsiorem, quare nunquam incipit hæctica febris quin & diaria præceſſerit, & illa quæ conſiſtit in humoribus putribus, & nunquam hæc ſine diaria, non poterit ergò incipere, per ſe quæuis febris cuiuſuis generis, ſed neceſſario illam quæ reſidet in partibus craſsioribus, ãtecedet alia quæ in tenuioribus: Verum non perpetuũ eſt quod aſſumpſimus, id quod tenuius eſt ſeu minus craſſum celerius affici atq; incaleſcere, cum ex natura, vel efficientis, vel accipientis ſequi oppoſitum poſſit, vt prius ſcilicet afficiatur atq; incaleſcat quod craſsius eſt: poteſt natura efficientis cauſæ magis idonea eſſe ad vnum genus partium celerius quam ad alterum caleſaciendum, veluti putredo quam poſuimus in cauſis caloris ac febris, calefacit .n. hæc prius humores in quibus excitatur, deinde ſpiritus: poteſt & ex natura accipientis euenire vt quod craſsius eſt celerius incaleſcat quàm quod tenuius, cum ad effectionis celeritatem non tãtum conferat tenuitas, ſed etiam qualitatis ſimilitudo. Quod calidius eſt, quamuis craſsius, poteſt celerius accendi quàm quod minus craſſum & frigidum: ſi inſolidis partibus noſtri corporis immoderate calidis verſentur frigidi humores, prius accendentur ſolidæ ob ſimilitudinem qualitatis quàm humores ob tenuitatem ſubſtantiæ. Quibus ita conſtitutis magnum pondus acceſsit ad propoſitam dubitationem tollendam: prius poſſunt calefieri humores quàm ſpiritus vbi putredo ſit cauſa caloris, quoniam humores ſunt illi qui proprie putreſcũt, quamobrem incipere febris in humoribus poteſt antequam incipiat in ſpiritibus. Solidæ item partes vbi calidiores ſunt, prius accendi poſſunt quam humores frigidi, & ita prius incipiet hæctica febris quam illa quæ oritur ab humorum putredine. At non ita conſtat an ſolidæ partes poſſint calorem concipere ante ſpiritus, & ita an poſſit incipere hæctica ante diariam: quandoquidem ſpirituum tenuitas tanta eſt, vt ſi conferatur cum partibus ſolidis, nulla uideatur proportio, & propterea celerrime afficiuntur atq; incaleſcunt: neq; .n. frigidi ſunt vt remitti poſſint calefacientibus cauſis: quamobrem incaleſcent ſemper *b* ante ſolidas partes, neq; poterit vnquam per ſe incipere hæctica febris: ſi quando aũt in medicorum libris legimus, ipſam aliquando *c* incipere

b *Galen. 2. de criſib. c. 13.*
c *Gal. ibid.*

cipere aliquando, ſequi alteram *a* febrem, intelligemus hæcticam tunc ſequi alteram, cum illis ſuccedit quæ oritur ab humorũ putredine: tunc incipere, cum ſuccedit diariæ, quæ adeo breuis eſt vt vix animaduerti a medico poſſit: quo fit vt videatur tunc hæctica incipere, quamuis ante accendantur ſpiritus, & antecedat diaria. Statuamus igitur ſolutis dubitationibus, tria genera febriũ diſtincta reperiri poſſe, pro *b* triplici genere partium noſtri corporis, & agamus vt polliciti ſumus de vnoquoq; ſeparatim.

a *Galen.3.de præſag. ex pulſib.c.7.*

b *Gal.p.l.de diff. feb.c.p.*

Finis primi libri de Febribus.

VIDI VIDII DE FEBRIBVS.

LIBER SECVNDVS.

Qui eſt de Febribus diarijs.

Quid ſit febris Diaria, & quot ſpecies amplectatur. Cap. I.

CVm pertractandæ ſunt ſpecies vni generi ſubiectæ, nihil referre videtur à quà ordiaris, ſiquidem illud amplectitur æqualiter omnes: præſtat tamen, eodem ordine ipſas perſequi quò fuerunt inuentæ, veluti nunc febres quas pro partibus noſtri corporis in quibus verſantur, & primo pro ſpiritibus qui tenuiſſimi ſunt, deinde pro humoribus qui mediocres, demum pro ſolida ſubſtantia, quæ admodum craſſa, in tres ſpecies diſtribuimus: *c* quamobrem eas primo tractabimus quæ in ſpiritibus, deinde eas quæ in humoribus, poſtremo eas quæ reſident in ſubſtantia ſolida. Eadem autem duo capita in ſingulis perſequemur, quæ ſupra tractata ſunt de febre in vniuerſum, cognitionem videlicet curandorum, & rationem curandi. Illa igitur febris quæ occupat ſpiritus (vt in ſuperioribus *d* oſten-

c *Loco antecedenti c.ult.*

d *Vidus ibid.*

ſum eſt) vocatur à latinis Diaria, ab Hippocrate ἐφήμερα: appellatur.n. diaria latinæ, græce ἐφήμερα, opera unius diei. Nominat Ariſtoteles ἐφήμερον quoddam animal, quod eodem quò naſcitur die decedit. Colchicum herba ἐφήμερον dicta eſt, quia eodem die quò ſumitur hominem conficit: nomine diei ſignificatur ſpacium *b* xxiiij. horarum, itaut compræhendatur etiam nox febris autem quæ in ſpiritibus hæret, maxima ex parte eſt vnius diei, raro alterius, rarius *c* plurium. Ergo etiam ſi aliqua ex parte claudicet, tamen ex multo maiori parte obtinere debuit nomen diariæ: ita autem natura comparatum eſt, vt quæ tenuia ſunt celerrime his aut illis qualitatibus afficiantur. Spiritus in quibus reſidet propoſita febris, vt *d* cito incaleſcunt, ita & cito ad naturalem temperationem reuertuntur, facile enim qualitates accipit *e* materiæ tenuitas, neq; renititur quemadmodum craſſitudo; adde quod qui calidiores effecti ſunt, exhalant & noui gignuntur moderate calidi à ſubſtantia cordis, quæ nondum febrem contraxit, quare mirum non eſt ſi illa manet vnum diem duntaxat; ſi quando autem vlterius perſeuerat, id fit, quia fouetur ab aliqua cauſa quæ non permittit calefactos *f* præternaturam ſpiritus refrigerari, & ad priſtinum ſtatum reuerti. Spiritus autem qui in diaria febre accenduntur, vitales ſunt qui in corde habitant & arterijs, cum quibus neceſſe eſt ſimul & animales accendi, & naturales, ad quos procreandos aſſidue vitales concurrunt. His ita conſtitutis de natura & nomine propoſitæ febris proximum eſt vt ad definitionē pergamus, quæ eadem eſſe debet quam de febre in vniuerſum tradidimus, ſed contracta per propriam differentiam: definiuimus *g* febrem calorem innatum in corde mutatum in igneum adeo vt lædat actiones: huiuſmodi calori ſi lenitatem adieceris, diariam febrem definieris, quæ non aliud eſt quam calor innatus in corde mutatus in igneum adeo vt lædat actiones, retinens *h* lenitatem. Si roges quo pacto lenis eſſe poſſit ille calor, cum vbi conuertitur in igneum continuo ſit acris, reſpondebimus concedentes fieri acriorem quam ante, poſſe tamen aliquid lenitatis retinere ob ſubſtantiæ in qua nititur tenuitatem: quare calor qui in ſpiritibus verſatur, vbi præternaturam augetur, licet aliquid lenitatis amittat, aliquid tamen retinet, ita vt lenis dici adhuc poſſit, quod nō euenit vbi uerſatur in ſubſtantia craſſiore humorum, aut partium

a *Hippo. l.4. apho. Text. 55.*

b *Ariſto l.5. de hiſtor. anim. c. 19.*

c *Dioſcorides l.4. ſimpl. c. 79. & 80.*

d *Gal. x. l. meth. ca. 2.*

e *Ariſto. l. 8. problem.*

f *Gal. x. meth. c. 2.*

g *Libro antecedenti 2.*

h *Gale. p. l. de diff. feb. c. 7.*

tium ſolidarum, tunc.n.ſi augeatur & vertatur in igneum, redditur *a* acris, quo.n.materia quæ incenditur craſſior eſt & denſior, eo calorem concipit acriorem. Ligna ſalicis vbi vruntur, quoniã minus denſa ſunt, minus acrem calorem præſeferunt quam ligna ilicis, aut quercus: multitudo lignorum accenſa, calorem ædit multum: craſſitudo & denſitas, acrem. Eadem eſt ratio partium noſtri corporis, quae cum inceduntur, maiorem vel minorem calorem praeſeferunt pro multitudine & paucitate: acriorem vel leniorem prò craſſitudine & tenuitate: calor igitur qui in ſpiritibus praeternaturam accenditur, põt eſſe *b* multus, non tamen acris, in humoribus verò & partibus ſolidis vbi in igneũ conuertitur neceſſe eſt acris *c* reddatur. Dubium autem controuerſumq; eſt an diaria febris quam definiuimus, diſtribuatur in alias ſpecies, videtur.n.quaeuis ſub vna tantum contineri, cum materia in quà verſatur, vna ſit, vitalis.ſ.ſpiritus duntaxat, diuerſae autem ſpecies caloris à diuerſa ſpecie partium proficiſcuntur, quemadmodum in proximo *d* libro monſtrauimus, cum febrem quaſi ſummum genus in ſuas ſpecies diſtribuimus. Spiritus igitur qui in diaria febre accenduntur, cum ſub vna ſpecie contineantur, vnam tantum efficiunt diariae febris ſpeciem, Galenus *e* tamen duas eſſe voluit, vnam in ſpiritibus, alteram in ſanguine calefacto & nondum putri: mouetur autem lenitate caloris quae percipitur cum ſine putredine ſanguis praeternaturam incaleſcit perinde atque vbi accenduntur ſpiritus, ita vt diaria febris quae leni calore continetur, duas ſpecies amplectatur. unam quae reſidet in ſpiritibus, alteram quae in ſanguine calefacto, appellauit autem utramque, ἐφήμεραν hoc eſt diariam, quod ex maiori parte eiuſmodi calor auctus praeternaturam, lenitatem adhuc retinens, maneat vnum diem, quamuis cum reſidet in ſanguine calefacto (quod rarò euenit) plures dies perſeueret: maluit tamen Galenus *f* ab uti nomine vſitato, quam nouum fingere, & ad vnam ſpeciem redigere omnes illas febres quae leni calore continentur, quam ad duas, & ita conſtituere tres tãtum primas ſpecies febrium: vnam quae continetur calore leni ſiue in ſpiritibus, ſiue in ſanguine calefacto verſetur: alteram quae acri cum vaporum multitudine in humoribus reſidentem: tertiam quae ſimiliter acri ſed ſquallido in partibus ſolidis: uerum vt à calore acri pro praeſentia vel abſentia vaporum

a *Galen.ibid.*

b *Trallianus l.12. capite p.*

c *Gale.l.p.de diff.feb.c.7.*

d *Libro antecedenti c.9. & Gal.p.de diff.feb.c.p.*

e *Gale.9.meth.c.2.et 2. de diff.febr. cap.9.*

f *Gal.l.9.meth.c.p. et 2.*

duas ſpecies febrium duxit, ita potuit duas ducere à calore leni ſimiliter pro præſentia vel abſentia vaporum: lenis calor qui in ſanguine præternaturam calefacto verſatur, ingentem ædit uaporum copiam, ille qui in ſpiritibus potius ædit tenues quaſdam exhalationes, quam vaporum copiam, ita vt eodem modo liceat habita ratione vaporum, vt caloris acris, ita etiam lenis, duas ſpecies ſtatuere diuerſas, & ita facere non tres, ſed quatuor primas ſpecies: differentia igitur qua conſtituitur illa diaria quæ verſatur in ſanguine calefacto ſpectat ad *a* multitudinem vaporum quæ cum caloris lenitate coniungitur: differt ẽt multitudine caloris hæc febris ab illa quæ occupat ſpiritus, quoniam longe copioſior ſentitur calor inflammato ſanguine quam ſpiritibus: verum differentia quæ ſumitur à copia, non ita conſtituit ſpeciem ſicut illa quæ à qualitate diuerſa caloris, quod ſi ſanguis non tantum calefiat ſed ẽt putreſcat, calor non retinebit lenitatẽ, ſed acris efficietur, minus tamẽ quam ſi *b* putreſcat alius humor, quamobrem febris quæ accenditur à ſanguine putri, non continetur amplius calore leni, & idcirco non eſt ſpecies diariæ, ſicut illa in qua ſanguis incaleſcit duntaxat: reliqui tres ſucci nõ poſſunt febrem excitare niſi *c* putreſcant, nam pituita & humor melancholicus cum frigidi ſint numquam accenduntur niſi cũ putreſcunt: flauabilis licet calida ſit, nunquam tamen adeo redundat vt poſſit ſine putredine febrem accendere, quamobrem pleriq; ex his quorum cutis hac ſuffunditur, febre vacant, tantũ vbi adſtricta *d* cute retineatur acris fuligo accenditur febris etiã ſi humor non putreſcat: ergo ſanguis tantum poteſt calefactus ſine putredine febrem accendere: ſed ſiue putreſcat, ſiue inflammetur duntaxat, febris quam excitat cum aſſidua ſit & vna acceſſione contineatur, σύνοχος *e* græce nominatur, perſeuerat autem interdum à principio ad finem ſimilis & vocatur græce *f* ὁμότονος, interdum ſemper increſcit & dicitur ἀκμάστικος, ſiue ἐπακμάστικος, interdum ſemper decreſcit & vocatur παρακμάστικος, ſed qualiſcumq; ſit tota vnico circuitu continetur, neque repetit, neque acceſſiones habet quotidianas, tertianas, aut quartanas, quemadmodum febres quæ oriuntur à putredine pituitæ, humoris melancholici aut flauæ bilis: illa etiam diaria quæ in ſpiritibus reſidet non repetit, ſed ſine circuitibus eſt & unam *g* tantum acceſſionem habet

a *Gal. 9. meth. c. 2. et 3.*

b *Gale. 2. de diff. feb. c. 9.*

c *Galen. 2. de diff. feb. c. 5.*

d *Gale. 8. meth. ca. 2.*

e *Gal. 9. meth. c. 2. et 3.*

f *Gal. 9. meth. c. 3. & l. 2. de diff. febr. c. 2.*

g *Gale. 9. meth. c. 9.*

quod materia non ſit partita ſed tota *a* ſimul, neq; confluat ad aliquem locum ex certis interuallis ſicuti pituita, & flaua aut atra bilis cum putreſcunt: ſi quando autem diaria repetere videtur quod a nonnullis *b* obſeruatum eſt, in ea quam cruditas affert, tunc non eſt eadem febris quæ repetit, ſed noua excitatur ex noua cruditate, quod rurſus accendantur ſpiritus perſpiratu deſtituti: liquet igitur diariam quamlibet carere circuitibus atq; acceſſionibus, ſed iam tempus eſt eius cauſas perſequi.

a *Gal e.2. de diff. feb. c. ult.*
b *Auic. l. 4. f. p. Tr. p. c. 34.*

De cauſis febris Diariæ. *Cap. II.*

QVicquid oritur, qualecunque eſt, ex aliqua cauſa oritur, quare & diariam febrem cum oriatur, ex aliqua cauſa gigni neceſſe eſt: cũ *c* verò legimus diariæ cum hæctica hoc conuenire quod cauſam non habet, ita intelligere oportet, ut non habeat cauſam continentem cum iam facta ſit: in diaria .n. calefacti ſunt ſpiritus, in hæctica partes ſolidæ. Tamdiu autem manet vtraque febris, quam diù manet calor quem ſpiritus aut ſolidæ partes conceperunt, adeò ut non neceſſaria ſit cauſa continens à qua ſeruetur, quemadmodum illa quæ reſidet in humoribus: habet enim putredinem tanquam cauſam continentem, quà ſublata ceſſat: at diaria *d* & hæctica febris citra cauſam continentem manet donec ea quæ præternaturam calefacta ſunt, ſpiritus videlicet aut partes ſolidæ, ad priſtinam temperationem reuertantur: poteſt tamen cum hæctica febre coniungi *e* humorum putredo, cum diaria *f* adſtrictio uel obſtructio, aut inflammatio glandularum, quæ cauſæ calefaciendi vim habent & fouere poſſunt calorem quem aut ſpiritus aut partes ſolidæ præternaturam contraxerunt, non tamen neceſſariæ ſunt, cum & ſine ipſis perſeuerent eiuſmodi febres, dum reſtituatur priſtina temperatio: ex quò intelligi poteſt diariam & hæcticam febrem non habere cauſam continentem. Illud tamen reuocare in memoriam oportet, quod in proximo g libro expoſitum fuit, febrem diariam cũ ſit morbus, & propterea lædat actiones, quæ propriæ ſunt partium ſolidarum, neceſſario verſari in partibus ſolidis, quæ tamen non dum calefactæ ſunt, ſed à ſpiritibus calefactis in quibus uerſatur diaria, caleſiunt *h* tanquam à cauſa continente, quam non requirit calor prærernaturam in ſpiritibus

c *Gale. 8. meth. ca. 9. & l. xi. meth. ca. 2.*
d *Gale. ibid.*
e *Galen. p. de diff. febr. c. x. & 3. pri. epid. com. 9.*
f *Gal. 2. de criſi. c. 1. & 8. meth. 3. 2. 4 5. & 6.*
g *Libro antecedenti c. 9.*
h *Galen. p. de diff. febr. c. p*

bus contractus vt conſeruetur,quamuis poſſit adeſſe & calorem conſeruare,vt adſtrictio, obſtructio, vel inflammatio glandularum,quæ vltra 24. horas febrem retineat, ſed plerumq; abeſt, & tunc diaria *a* febris eſt vuius diei duntaxat: ſemper autem, ſiue maneant, ſiue non maneant, *b* antegrediuntur cauſæ, quæ quales ſint,iam inquirendum eſt. Fuit antiquũ dogma Athenei *c* & eius ſectæ,quamlibet febrem fieri ex putredine,quod magna ex parte,non tamen omnino,verum eſt,cum non *d* nullæ febres ſine vlla putredine oriantur ex labore, vigilia, ira, ſollicitudine, ſatietate, inedia,æbrietate,æſtu,frigore,aliaue ſimili rè, quemadmodum diariæ,quarum paucæ admodum,atq; illæ dũtaxat quas affert inflammatio glandularum à putredine oriuntur.Sed cum multæ *e* ſint ac variæ cauſæ quæ diarias febres faciunt, præſtat omnes ad certam viam & rationem dirigere,& ex certis locis quaſi ex fontibus haurire. Ergò *f* quæcumq; corpus noſtrum afficiunt, aut ad ipſum pertinent, ſiue fluant, veluti labor corporis,animi perturbatio, vigilia: ſiue maneant, vt inflammatio,obſtructio,adſtrictio: aut omnino externa ſunt, veluti quæ offerũtur,vt cibi,potiones,& quæ extrinſecus incidunt,vt appulſus caloris aut frigoris vehementis,aut rei adſtringentis: quæcumque cauſæ corpus noſtrum in morbum compellunt, aut ad externa referuntur,aut ad ea quæ attinent ad corpus noſtrum,quare & illæ etiam quæ faciunt febrem diariam,aut enim omnino externæ ſunt quas *g* procatarcticas, aut pertinent ad corpus noſtrũ, quas proigumenas *h* græci nominant. Voluit Galenus *i* omnem diariam gigni à cauſa procatarctica: quod non totum, ſed magna ex parte vere dicitur, nam ſi procatarcticam cauſam tantum externam intelligamus, quemadmodum ipſe aliquando intelligit, poterit quis obijcere animi perturbationes, à quibus ſæpe diariam k febrem fieri ſcribit: quod ſi has ſub procatarcticis atque externis complecti velimus,ſicut & ipſe aliquãdo complexus eſt, adhuc obijciet quis inflammationem glandularum, *l* quæ neq; externa eſt,neq; procatarctica, & tamen excitat diariam.Quod ſi hanc quoq; cauſam,ſub externa & procatarctica,quia euidens eſt, compræhendi aſſeueremus,afferre quis poterit adſtrictionem *m* & obſtructionem,à quibus fieri interdum febrem diariam conſtat: Sed cum lateant, nullo modo redigi poſſunt ad euidentes, & idcirco ad procatarcticas, niſi dicas

fieri

a *Gal.x.meth. ca.2.*
b *Gal. p. de diff. feb.c.7.*
c *Gale.p.de diff.feb.c.5.*
d *Gal. ibid.*
e *Gale.per totum 8. librum de meth.& 2. de criſibus ca. 13.*
f *Vidus l. 2. de cur.gen. c.p.par.p.et Galen.l.de cauſ. mor.c. 2. in fine.*
g *Gal. ibid.*
h *Gal. ibid.*
i *Gal.l.p. de diff.febr.7.*
k *Gal.8. meth.c.3.& 2. de criſ.c.13.*
l *Gale.8.meth.c.6. et p. ad Glauc.c. 2.*
m *Gal.8.meth. c.2 et l. 2. de criſ.c. 13.et p. ad Glauc.c. 2.*

fieri illas à cauſa manifeſta recenti , ueluti à frigore, ab ardore ſolis,ita ut ſemper diariam antegrediatur cauſa procatarctica, externa recens atq; euidens: at neq; hoc perpetuum eſt, cum idem ſcribat, naſci diariam febrem aliquando ab obſtructione, *a* quæ ab humoribus ex cibo paulatim & latenter contractis , multis,craſſis,glutinoſis proficiſcitur,quod tamen rarum eſt,plerumq; .n. ex eiuſmodi obſtructione , oritur putredo in humoribus, & aliud genus febris , ex quò colligitur diariam febrem non ſemper , ſed maxima ex parte oriri à cauſa procatarctica , hoc eſt euidente,ſiue externa ſit,quod plerumque accidit , ſiue ad corpus noſtrum pertineat, ſed quæcumq; illa ſit, ſupereſt ut uideamus quo pacto poſſit cordis ſpiritus calefacere ac diariã afferre,& in quò potiſſimum corpore.Res omnes quæ calefaciunt,& febrem accendunt(ut declarauimus *b* cum perſecuti ſumus cauſas febris in uniuerſum)aut calidæ ſunt,aut rediguntur ad calidas, quatenus uel non ſinunt exhalare calidam expirationem, uel ſuppeditant ac parant quaſi pabulum calori , ex rebus externis,quæ extrinſecus incidunt,ſi calidæ ſint ueluti ardor ſolis,tanquã res calidæ calefaciunt eas partes noſtri corporis quas attingunt, atq; hæ rurſus proximas , donec incaleſcant ſpiritus cordis& accendatur febris diaria:ſi refrigerent *c* uel adſtringãt, claudunt foramina cutis,neq; ſinunt calidos uapores exhalare, qui retenti,tandem calefaciunt ſpiritus cordis & diariam febrẽ afferunt:quæ offeruntur, ut eſculenta & poculenta,ſi calida fuerint efficiuntur *d* tanquam pabulum caloris,ſi multa craſſa glutinoſa,obſtruendo, ſi adſtringentia cogendo retinent calidam expirationem & calefaciunt ſpiritus in corde ac diariam efficiunt: excitatur etiam febris ex cibis corruptis,quando in inferiorem uentrem fuerint depulſi,intellige corruptos à calore, qui nidorem ædunt & tanquam pabulum calorem augent.Abſtinẽtia uero,idem præſtat,quatenus calor cum non retundatur humore cibi & potionis , acuitur & acrior redditur, potiſſimum in ſpiritibus qui facillime accenduntur.Ex cauſis ad corpus noſtrum attinentibus, quæ fluunt, ut labor et animi perturbatio ad motum refertur,qui parando *e* pabulum,calorem auget.Ad motum ſimiliter refertur dolor , ſiquidem dolenti mouentur ſpiritus & accenduntur:animi defectio *f* ob metum, aliquando diariã febrem affert,quãuis primo corpus refrigeret: ſomnus&

uigilia

a *Gal.l.8. meth.c.4.et cap.5.*

b *Libro antecedenti 5.*

c *Vidus ibid.*

d *Vidus ibid,*

e *Vidus ibid.*

f *Auic.l.4.f. p.Trac. p. cap.29.*

uigilia; faciunt diariam ob contrariam rationem, quod ex ſomno contrahantur ſpiritus & ſanguis, unde nimis accenditur calor, in unum contractus in corde, quaſi aucto pabulo: uigilia quatenus calor deſtituitur humore à quo remittebatur, uim habet calefaciendi, abſumit.n. humorem ac ſiccat. Quæ permanent, ſunt inflammationes glandularum, adſtrictio & obſtructio: appellat Hippocrates *a* inflammationes glandularum, ſiue ad inguina ſint ſiue ad alas, ſiue ad ceruices γαγγλίας, in his putreſcit ſanguis, & calidior redditus, calefacit proximas partes, atq; hæ rurſus alias, donec calor impertiatur ſpiritibus cordis: quod ſi non tantum calor, ſed etiam fuligo putris à glandularũ inflammatione ad cor pertineat, putreſcent in eo humores & nõ excitabitur amplius *b* diaria, ſed alterum genus febris: adſtrictio uerò & obſtructio retinendo calidam expirationem diariam efficiunt, ſequuntur autem maxima ex parte (ut ſupra *c* oſtenſum eſt) cauſas externas recentes ac manifeſtas, ut uehementem frigoris, uel caloris appulſum, aquas adſtringentes, ciborum & potionum multitudinem, craſsitudinem, calorem. Cauſæ quas enarrauimus, illam diariam febrem efficiunt, quæ reſidet in ſpiritibus: altera quæ in ſanguine calefacto & non dum putri uerſatur, & quam diximus *d* ſynocham nominari, oritur à cauſa interna, à copia *e* uidelicet carnis & ſanguinis, multa caro comprimit canales, multitudo ſanguinis eoſdem obſtruit, itaut utroq; nomine claudantur, neq; ſinant exhalare calidam expirationem, quæ retenta, ſanguinẽ præternaturam calefacit, & hoc pacto excitat diariam ſynocham, quæ unica *f* acceſsione continetur cum inflammatus ſit ſanguis uniuerſus, neq; nouus per certos circuitus inflammetur: manet autem dum refrigeretur & ad priſtinam temperationem reuertatur, Quod ſi calidi *g* uapores pariter exhalent ac gignantur, perſeuerat ſimilis à principio uſque ad finem: ſi plures gignantur, quam exhalent, uidetur aſsidue augeri, contra ſi plures exhalent quam gignantur, aſsidue minui. Non ſunt autem opportuni æque omnes homines diariæ *h* febri, ſed alii magis alii minus: neq; item oẽs æqualiter obnoxii ſunt utrique ſpeciei diariæ, ſed alii magis uni, alii magis alteri: at neque omnes pariter ab iiſdem cauſis in diariam febrem compelluntur, ſed alii magis ab hac, alii ab illa. In diariam ſynocham incidunt tantùm adoleſcentes bono *i* habitu,

a *Hippoc. 4. aphoriſm. 55. & Gal. 13. meth. cap. 5.*

b *Gale. p. de diff. febr. c. v*

c *In hoc codẽ cap.*

d *Supra. in cap. antec.*

e *Gal. 9. meth. cap. 3. & cap. 4.*

f *Gale. 2. de dif. febr. c. 2*

g *Gale. ibidem. & l. 9. meth. c. p.*

h *Gal. 8. meth. cap.*

i *Gal. 9. method. cap. 3. & 4.*

bitu,ac multo & calido ſanguine redundantes , non ſenes qui
frigidiores ſunt,non pueri à quibus multum eſt quod expirat,
quiue multum abſumūt ſanguinis in incremento. Alteri diariæ
quæ uerſatur in ſpiritibus,exponuntur primum corpora calida a *Gal. 8. me-*
a & ſicca , proxime calida & humida,tum calida tantum , dein *th.cap 8.*
ſicca tantum,poſthæc quæ media ſunt inter calida & frigida, in
ter humida & ſicca: in aliis uerò corporibus in quibus natura
liter aliæ qualitates exuperant,non facile accenduntur ſpiritus, b *Gal.p.l.de*
aut fit diaria febris. Ab inflammatione *b* ac putredine glandu *differ. feb.*
larum accenduntur ſpiritus cordis potiſſimum in corporibus *cap. 5.*
calidis & *c* humidis,in quibus facile ſanguis putreſcit. Ex crudi c *Gal.8.me-*
tate febricitant illi qui quæ ſumunt non bene concoqunt, ſed *th. cap. 7.*
aut acida reddunt,aut etiam uitioſa *d* & cum nidore: utraque d *Gale. l.8.*
autem obſtruunt & retinent calidam expirationem,ſed quæ ni *meth. c.5.*
dorem ædunt,præbent etiam pabulum calori. Poſtremo à cau
ſis claudentibus,ſiue cogant,ſiue obſtruant parua foramina cu-
tis excitatur diaria febris , maxime in illis hominibus qui mul- e *Gal.8.me-*
tam fuliginem contrahunt.hæc.n. retenta, *e* facile accendit ſpiri *th. cap. 2.*
tus in corde : colligitur multa fuligo in corporibus calidis & *f* f *Gale.8.me-*
ſiccis: ſunt autem hæc nigra, gracilia, hirſuta, cum calore mor- *th.cap.2.*
daci atq; urina acri : colligunt autem multam fuliginem, præſer
tim poſt ortum caniculæ,poſt inediam,*g* uigilias , labores, ſtu- g *Gal. ibid.*
dia,cibos & potiones acres,ac mali ſucci: quæ omnia ſi contra
rio modo ſe habeant, nequit obſtructio uel adſtrictio diariam
febrem afferre.

De Symptomatibus Diariæ Febris. Cap. III.

EXpoſitis cauſis diariæ febris , proximum eſt ut ad effecta
pergamus,hoc eſt ad ſymptomata:nulla autem uidentur
ipſam ſequi cum ſimpliciſſima *h* ſit & mitiſſima,attamen aliqua h *Gale.p.ad*
neceſſe eſt ſequantur cum morbus ſit & idcirco actiones offen *Glauc. c.2.*
dat,actionum.n. offenſæ ſymptomata ſunt, cum quibus etiam
iunguntur retenta & expulſa præternaturam,& quædam ex his
quæ in corpore noſtro ſenſibus percipiuntur mutata : in hac
controuerſia ſtatuendum eſt diariam febrem non carere omni
no ſymptomatibus,cum ſit morbus,ſed cum ſimpliciſſima ſit&
mitiſſima,illis uacare quæ propriam curationem poſtulant, aut

a *Gale.2.de criſib.ca.13*

b *Galen.p. prognoſt. 6. 7.& 8. Textib. & Lucre.l.6.qua de peſte.*

grauia ſunt qualia *a* tractantur ab Hipocrate, in libris prognoſticorum, neque enim copulatur diaria febris cum delirio, cũ neruorum diſtentione, cum difficultate reſpirationis, cum frigore externarum partium & ardore internarum, cum facie illa quam ex *b* Hipp. Lucretius his uerbis expreſſit. Naſi primoris acumen tenue, cauati oculi, caua tempora, frigida pellis, duraque: at neque iungitur etiam cum fætore aut nigritie eorum quæ expelluntur. Nullum ergo ex eiuſmodi ſymptomatibus periculoſis diariæ febri ſuperuenit, neque mirum eſt, cum ſpiritus duntaxat in corde conceperint calorem præternaturam atque hunc lenem, ſolidæ uerò partes, neque calefactæ ſint, neque etiã uehementer calefiant, modo nihil in curatione erretur, neq; praua aliqua qualitate afficiantur, ſicuti ſolent in febribus ab humorum putredine ortis, in quibus impertitur cordis putris *c* fuligo. Retinent igitur ſolidæ partes cordis ſuum robur, & uitalem uim impertiunt reliquis partibus, ita ut non poſſint ualde lædi actiones, neque acedere ſymptomata grauiſſima: illa autem leuia quæ ſuperueniunt, partim ab ipſa febre emanant, partim à cauſis: à febre hoc eſt calore aucto in ſpiritibus cordis, augetur pulſus *d* et reſpiratio, fit enim potiſſimum pulſus maior, celerior, et interdum etiam frequentior, ſed cum lenis ſit eiuſmodi calor, non liquat quæ concreta ſunt, neque nimis exſiccat humorem, et ideo neque adſtringit, neque reſoluit aluum. Cauſæ quæ adhuc manent, nonnulla ſymptomata afferunt, ueluti glandularum inflammatio, dolorem cũ pulſu: quæ recedũt etiam *e* ſæpe aliquem affectum relinquunt, et cum eo ſymptoma, ut ardor ſolis dolorem atque æſtum capitis, frigus deſtillationem, labor laſſitudinem, uigilia, difficultatem dormiendi, cibus multus craſſus durus, cruditatem.

c *Gale.p.de diff. feb.c.5*

d *Gal.2.de Cryſib.c.13*

e *Gal.p. ad Glauc.c.2.*

De differentiis Diariæ Febris. Cap. IV.

PRæter morbum cauſas et ſymptomata, attendere etiam in diaria febre oportet differentias, quarum aliæ conſtituunt ſpeciem, quales ſunt quæ ſumuntur à forma caloris lenis, qui ſi non iungatur cum multis uaporibus, conſtituit eam diariæ ſpeciem quæ reſidet in ſpiritibus calefactis: ſi cum uaporum copia copuletur, ſynocham *f* diariam quæ uerſatur in ſanguine calefacto

f *Gal.9. methodi. c.2.*

facto et non dum putri. Aliæ mutationem quandam afferunt ſpeciei iam conſtitutæ, atq; hæ non ſunt omnino aduentitiæ, ſed aliquo pacto ſpectant ad formam, ſumuntur *a* enim uel à ſubiecto corpore, uel à modo quò forma in eo uerſatur, uel ab his quæ formam in ipſo conſequuntur, ut à magnitudine, multitudine, loco, motu, tẽpore, uel à cauſis, uel ab effectis. Intueamur quo pacto eiuſmodi differentiis diſtinguantur inter ſe febres diariæ. Diſtinguuntur primum ſubiecto corpore, cum aliæ fiãt in eo quod multo ſanguine *b* redundat, & boni habitus eſt, ueluti ſynocha, aliæ in eo quod multam *c* fuliginem contrahit, ueluti ille in quo ob parua foramina cutis clauſa, ſpiritus accenduntur, aliæ in eo quod calidum eſt & humidum, quemadmodum illæ quæ ſequuntur putredinem, *d* atq; inflammationem glandularum. Modo quò forma reſidet in ſubiecto corpore, nõ differunt inter ſe febres diariæ, cum idem in omnibus ſit neq; enim hæret calor ualde ſpiritus, aut habitum contraxit, ſed facile remouetur, & eſt ut Gcæci dicunt κατασχέσιν *e* non καθέξιν Magnitudo eadem uidetur in eſſe omnibus diariis, cum omnes leni calore continentur: differunt tamen quod multo plus caloris ſentitur in ſynocha, quam in aliis: at cum ſimpliciſſimæ *f* ſint, non diſtant inter ſe multitudine ſuperuenientium ſymptomatum, niſi ſiquæ ſequantur cauſas aliquas, hæc .n. tantum in illis apparent quæ ab eiuſmodi cauſis oriuntur, paulo autem g ſupra à nobis expoſita ſunt: loco nõ diſtinguuntur diariæ febres quemadmodum illæ quæ uerſantur in humoribus putribus uarias partes corporis occupantibus: Sed accenduntur ſpiritus in corde, aut in eodem incaleſcit ſanguis, itaut locus idem ſit ſemper Quod ſpectat ad motum, omnes *h* diariæ uno circuitu, atque una acceſſione continentur, omnes item celeriter mouentur: proprie tamen ſynochæ aliquæ *i* à principio ad finem manent ſimiles, aliquæ ſemper augentur, aliquæ ſemper minuuntur: tẽpore diſtinguuntur diariæ, quod quamuis pleræq; unum K tantum diem maneãt, aliquæ tamen ſunt plurium dierum, uelut illæ quæ fiunt ex inflammatione glandularum, aut ex foraminibus adſtrictis uel obſtructis. Cauſæ uerò differentias afferunt quatenus uel adhuc manent, uel iã receſſerunt: manent in his quæ fiunt ab inflammatione glandularum, ab adſtrictione uel obſtructione. Quæ receſſerunt, aut nullum reliquerunt affectum præ

a *Sup. libro antec. ca. 5.*

b *Gal. 9. meth. cap. 3.*

c *Gal 8. methodi. c. 2. & cap. 7.*

d *Gal. 8. methodi. c. 7.*

e *Gal 8. meth. cap. 9. & cap. p. eiuſdem lib.*

f *Gal. p. ad Glauc. c. 2.*

g *Sup. in cap. antec.*

h *Gal. 9. meth. ca. p. & l. x. meth. c. 2.*

i *Gal. 9. met. cap. 3. & l. 2 de diff. feb. cap. 2.*

K *Gal. x. l. de methodo meden. c. 2.*

ter febrem, quemadmodum plerumque animi perturbationes, aut reliquerunt aliquem, ueluti ſolis ardor capitis æſtum, frigus deſtillationem, uigilia difficultatem *a* dormiendi, labor laſſitudinem, cibus cruditatem. Effectis deniq; hoc eſt ſymptomatibus diſtinguuntur diariæ, quod aliquibus accedant leuia illa ſymptomata duntaxat quæ ſequuntur morbum, aliquibus illa etiam quae afferuntur à cauſa, ut à labore, uigilia, cibo, æſtu, frigore, inflammatione. Porrò cauſae à quibus propoſitae differentiae oriuntur, eædem ſunt atque illae quae febrem diariam afferũt, tantum aſſumunt ſimilem differentiam, ſiue ſimilitudo implicita ſit & abdita, ſiue aperta & expedita, quemadmodum declarauimus *b* cum cauſas differentiarum febris in uniuerſum in ſuperiori libro perſequuti ſumus.

a *Gal. p. ad Glauc. c. 2.*

b *Supra l. antec. cap. 5.*

De Signis Diariæ Febris. Cap. V.

QVæ abſolute intelligenda erant de diaria febre, iam expoſita ſunt: proximum eſt ut ad ea pergamus quæ cognoſcere in homine oportet, ſiue præſentia ſint, ueluti morbus, cauſæ quæ adhuc remanent, ac ſymptomata: ſiue præterita, ut cauſæ antegreſſæ: ſiue futura, ut euentus unà cum tempore ac uia. Ordiemur à præſentibus ex quibus ſymptomata quæcumq; illa ſunt ſeu morbum ſequantur, ut reſpiratio & pulſus præternaturam: ſeu cauſam, ut ardor capitis, diſtillatio, difficultas dormiendi, laſſitudo, ſub ſenſum cadunt, neq; egent ſignis à quibus indicentur, agemus itaq; tantum de re cognitione morbi & cauſarum. Morbus, hoc eſt diaria febris, ſtatim internoſci debet & diſtingui ab aliis febribus, plurimum enim hoc intereſt, partim ad ægrotantis moleſtiam pellendam, partim ad periculum propulſandum: duo autem moleſtiam afferunt laboranti, unum eſt, quod animi pendet, metuitquè ne morbus ingraueſcat: alterum eſt curatio, nam ubi medicus incertus eſt quæ febris ſit, imperat *c* inediam, interdicit refrigerantibus: ceſſat utraque moleſtiam, cum intelligens eſſe diariam, oſtẽdit laboranti morbum eſſe leuiſſimum & unius diei, non utitur inedia, non prohibet refrigerantia. Periculum quod imminet, ſimiliter duplex eſt, unum, ne ſi diaria ſit, & non internoſcatur,

c *Gal. 8. meth. cap. 2.*

homo

homo qui alioquin calidus, ſiccus ac bilioſus eſt, compellatur *a* a Galen ix. met. cap. p.
in hæcticam: alterum ne ſi febris quæ in putribus humoribus
uerſatur exiſtimetur diaria, permittatur homo uiuere quemad-
modum maxime iuuat, & ex leui, malum fiat grauiſſimum. Expe-
dit igitur primo die intelligere quæ febris ſit, & num diaria, quod
non ita *b* difficile eſt ut nonnulli exiſtimarunt, qui diariam fe- b Gal. 8. meth. cap. 3.
brem facile curari, difficulter cognoſci uoluerunt, cum poſsit
partim ſenſu, partim mente, clariſsime depræhendi; ſentitur ab
ægrotante, cum ſit inæqualis immoderatio caloris, ſentitur & à
medico: proxime autem cadit ſub ſenſum tactus calor quò dia-
ria continetur, nam licet uerſetur in corde, quod neq; attingi po
teſt, neq; tractari, impertitur tamen ac funditur in uniuerſo cor
pore, & idcirco in partibus externis, in quibus poteſt tactu per
cipi eius qualitas quantitas, tempus, ac motus: ſi quis enim antea
cognouerit cuiuſmodi eſſe hæc debeant in diaria, ſtatim atq; ho
minem tanget, ſentiet diaria laborare. Eſt autem (ut in ſuperio
ribus oſtenſum eſt) eius calor qualitate lenis & ſimilis naturali,
non acris, ut in aliis febribus: edit præterea uapores *c* ſuaues, c Gal. 2. de criſib. c. 3.
non mordentes, quemadmodum in illis: quantitate uerò mul-
to copioſior eſt quam naturaliter eſſe ſoleat, quippe qui officiat
uitæ muneribus: refert autem illum quem irati, ebrii, aut exer
citati præſeferunt. Tempus quo manet *d* eſt, 24. horarum, ple-
rũq; nõ porrigitur ultra unũ diẽ, neque. n. manet plures, niſi aut d Gal. x. meth. c. 2.
quid erretur, aut adſit inflammatio glandularũ, obſtructio, & ad
ſtrictio, à quibus cauſis retinetur, alioquin ita primo die fini
tur, ut nullum eius ueſtigium relinquatur: mouetur etiam æqua
liter, ſtatimque ſe oſtendit atq; augetur, neque intus includitur,
ſed emergit, quæ omnia ſi quis diligenter animaduertat, tactu
deprahendet, & unà diariam quae in eiuſmodi calore conſiſtit.
At mente etiam coniici diaria febris poteſt ex cauſis, unà cum ha
bilitate corporis aegrotantis, ex his quae proſunt aut obſunt, ex
effectis. Quod ſpectat ad cauſas, commune exiſtimatur cuiuſli
bet diariae oriri ex externa aliqua recenti ac manifeſta, quod ut e In hoc libro cap. 2.
paulo *e* ſupra monſtrauimus cum cauſas perſequeremur, non
omnino, ſed maxima ex parte uerum eſt; Oritur enim plerum- f Gal. 2. de criſib. cap. 13 & p. ad Glauc. ca. 2.
que *f* ab aeſtu, frigore, appulſu adſtringentium, cibo, potione,
labore, dolore, perturbatione animi, inflammatione glandularũ.
Illam uerò quae proficiſcitur à foraminibus clauſis, plerumq;

antegreditur aliqua eiuſmodi cauſa recens ac manifeſta: raro.n. ſine hac fit obſtructio paulatim, à quà oriatur diaria febris. Incipere igitur ex cauſa recenti & manifeſta, ferè commune eſt cuiuslibet diariæ, non tamen ita proprium ut non poſsit aliis quoque febribus accidere: illae enim quae reſident in humoribus putribus, aliquando ab eiuſmodi cauſa incipiunt. Fit etiam coniectura diariae febris, ex habilitate corporis aegrotantis, quod ubi tale eſt, ut facile in diariam incidat, uerisimile eſt cum febricitat in eam incidiſſe: maxime autem huic febri expoſita eſſe *a* monſtrauimus corpora calida & ſicca, deinde illa in quibus calor & *b* ſiccitas excedit: quaedam autem temperatio corporis magis obnoxia eſt uni ſpeciei quam alteri, & ab his cauſis magis quam ab illis in diariam compellitur, ut in ſequentibus apparebit. Iuuantium & lædentium haec ratio eſt, quod praeter ea quae proſunt aut obſunt communiter omnibus febricitantibus, proprie diaria febre laborantibus, primo die prodeſt *c* uſus balnei, neque inde ſequitur horror, prodeſt & cibus & potio, ſed obeſt abſtinentia quò ſigno utimur tantum poſt xxiiii. horas, cum calor iam exhalauit, confirmat *d* enim praeteritam acceſsionẽ fuiſſe diariam, ſicuti utilitas quae citra noxam ex purgatione ſequitur, confirmat catharcticum *e* fuiſſe recte datum. Poſtremò effecta, hoc eſt ſymptomata magnam fidem faciunt diariae febris, abſunt .n. grauia illa quae commemorantur *f* ab Hippocrate *g* in libris prognoſticorum: quae uerò ſuperueniunt diariae, leuia admodum ſunt, niſi cauſam ſequuntur; ſequuntur autem febrem ex actionibus primo reſpiratio *h* aucta, monſtrat .n. hæc qualis ſit calor cordis, cuius cauſa fuit à natura *i* inſtituta. Aucto igitur calore fit haec, maior, celerior, & frequentior, ut maiorem habeat perſpiratum: uerum ut calor in diaria febre parum accenditur, ita etiam parum augetur reſpiratio, quod contra accidit febribus ex humornm putredine ortis, in quibus & ualde accenditur calor, & idcirco ualde etiam augetur reſpiratio: idem uſuuenit *k* pulſu, qui ob eamdem cauſam ſimiliter in diaria redditur maior, celerior *l* & frequentior, niſi quid obſtet, ut uirium imbecillitas, aut cauſa aliqua ipſius febris, ſed quia in aliis quoque febribus augetur pulſus, diſtinguemus hanc ab illis, quod ut calor leuiter, ita & pulſus leuiter in ea augeatur, ſed animaduertimus etiam in pulſu mollitudinem ar-

a *In hoc lib. cap. 2.*
b *Gal. 8. method. cap. 7.*
c *Gal. 8. meth. cap. 2. p. ad Glauc. cap. 2.*
d *Gal. 9. meth. cap. p.*
e *Primo. l. aphoriſm. 2. 23. & 25. Tex.*
f *Gal. l. 2. de criſib. cap. 13.*
g *Hipp. l. 3. prognoſt. Tex. 8.*
h *Supr. l. antec. cap. 4.*
i *gal. l. de uſu pul. c. 2.*
K *gale. 2. l. criſium cap. 13.*
l *Supra l. antecedenti. c. 4. & gal. 3. de præſag. ex pulſib. cap. 2 & cap. 7.*

arteriae,

teriæ, perquam diaria diſcernitur ab hæctica; animaduertimus & ſimilem æqualitatem *a* atq; ordinem conſtantem, quæ nõ ita apparent in febribus ab humorum putredine ortis: maxime aũt eſt proprium febris diariæ, quod arteria celerius dilatatur *b* quã contrahatur, ſiquidem magis opus eſt refrigerare calorem auctum, quod fit cum arteria dilatatur, quam expellere fuliginem, quod accidit cum contrahitur; neq; .n. multa eſt in diaria febre, ueluti in illa quæ uerſatur in humoribus putribus: præterea cũ duplex *c* in pulſu attendatur quies, vna interna poſt contractionem, altera externa poſt dilatationem, breuioris temporis eſt interna quies quam ſequitur dilatatio, quàm externa quam ſequitur contractio: ita vt magis frequens ſit pulſus ob internã quietem, quam ob externam, quod (vt iam dictum eſt) diaria febris magis poſtulet dilatationem, quàm contractionem: id contrario *d* modo accidit illi quæ verſatur in humoribus putribus, cũ magis poſtulet vt expellatur fuligo, quam vt temperetur exceſſus caloris: reuertitur etiam pulſus in diaria febre poſt finem acceſſionis ad naturam ſuam, neq; vllum *e* mutationis veſtigiũ retinet, quod non euenit alijs febribus, in quibus vbi ſoluta eſt præcedens acceſſio, etiam ſi multum ſequens diſtet, quemadmodum in tertianis & in quartanis, non propterea reuertitur ad naturam ſuam, neq; ſequitur omnino integritas: quæ omnia ſi quis in pulſu diligenter obſeruet, facile diiudicabit inter diarias & alias febres. Ad actiones læſas *f* refertur horror, qui non incidit initio diariæ, niſi ex æſtu aut frigore oriatur, ſed illarum duntaxat febrium quæ ſequuntur humorum putredinem. Sed relictis actionibus pergamus ad expulſa quæ maxime ſequuntur ſecundum naturam: certum autem indicium videtur ſumi ab vrina, cũ *g* emanet ex venis atque ex arterijs, vbi continentur humores, qui ſi putreſcant, neceſſe eſt vrina mutetur & aliquam putredinis notam præſeferat, ſi ſecundum naturam ſeruentur, ipſa quoque vrina ſeruabit naturalem habitum & colorem, & quæ in ea ſubſident, ſecundum naturam ſe oſtendent: accidit hoc diarijs ſolis atque omnibus, niſi obſtet obſtructio, adſtrictio, vel alius affectus à cauſis, ut ab animi perturbationibus relictus: exit etiam in diaria cum calor recedit, ſudor aut *h* vapor lenis, cũ quò ceſſat & febris & ſiquid adeſt ſymptoma: in alijs autem febribus quod ex cute exit acre eſt, & interdum remanent aliqua ſym-

a *Gale. 2. l. de criſibus c. 13.*

b *Galen. 3. de præſag. pulſuum c. 7.*

c *Galen. p. de diff. pulſ. c. 8*

d *Galen. 3 de præſagit. pulſ. c. 7.*

e *Gale. 2. l. de criſib. c. 13.*

f *Gale. p. l. de diff. feb. c. 7.*

g *Galen. 2. de criſib. c, 13.*

h *Galen. p. ad Glauc. c. 2.*

ptomata, licet leniantur. Ex qualitatibus corporis, diariam febrem nulla ſequitur inſignis *a*, quare vbi ſuperueniat mutatio coloris, gracilitas, frigus extremarum partium, aut aliud ſimile, ratum habendum eſt eam febrem non eſſe diariam: hæc quæ hactenus propoſita ſunt magis proprie monſtrant ſpeciem illam diariæ febris quæ verſatur in ſpiritibus. Altera quæ reſidet in ſanguine calefacto & non dum putri, deprænenditur partim ſenſu, ex ipſo calore, qui quamuis *b* lenis ſit, eſt tamen longe copioſior, & longe plures vapores ædit: partim dijudicatur mente, ducuntur enim ſigna à cauſa, ut à multitudine ſanguinis *c* in adoleſcente boni habitus, tum à iuuantibus & lædentibus, quod proſit ſanguinis miſſio & inedia, obſit balneum ac cibus: poſtremo ab effectis vt à reſpirõne aucta, à pulſu item aucto ac pleno, ab vrina *d* rubra, craſſa, à rubore totius corporis. Differentiæ diariæ febris omnes ſub ſenſum cadunt vndecunq; ſumantur, non ſecus atq; illæ quæ ſequuntur febrem in vniuerſum, vt *e* ſupra oſtendimus, cum earum iudicia enarraremus.

a *Gale. 2. l. de criſib. c. 13.*
b *Galen. 2. de diff. feb. c. 9. et 9. meth. c. 4.*
c *Gal. 9. meth. c. 3.*
d *Gal. 9. meth. c. 4.*
e *Libro antecedenti. c. 6.*

De ſignis cauſarum diariæ. *Cap. VI.*

CAVSAE febris diariæ plerumque prætereunt, quemadmodum in ſuperioribus oſtenſum eſt, interdum tamen remanent: expedit vtraſque intelligere, & præſentes *f* quidem vt tollantur, nec diariam febrem diutius retineant, præteritas verò *g* vt indicent non tantum febrem quam fecerunt, ſed ſi quem alium affectum cui ſuccurrendum ſit, præter ipſam reliquerint in corpore ægrotantis. loquemur primo de cognoſcendis cauſis præſentibus atque adhuc manentibus, cuiuſmodi ſunt *h* cruditas, inflammatio glandularum, adſtrictio uel obſtructio, quorum omnium commune eſt diariam febrem plures dies trahere, proprie autem cruditas ad obſtructionem refertur, obſtruit enim ſiue acida ſit, ſiue nidorem præſeferat, *i* quamuis hæc non tantum obſtructionis nomine, ſed etiam ob calidas exhalationes quas reddit, diariam febrem accendat: vtraque autem cruditas, uel ex ſolo ruptu percipitur, qui aut acidus eſt, aut nidorem repræſentat, ſed cum referantur ad obſtructionẽ, non eſt quod in illis dignoſcendis diutius inſiſtamus. Inflammatio glandularum ſub ſenſum cadit, ſed multo artificioſius &

f *Gal. 8. meth. c. 2. & 4.*
g *Gal. 4. meth. c. 3.*
h *Gal. l. x. meth. c. 2.*
i *Gale. 8. meth. c. 5.*

ſius & cum maiori admiratione omnium conijcitur ex ſignis, plurimumque habet auctoritatis apud ægrotantem, qui magis *a* illi obſequitur, quem magis admiratur: Ergo ſi ſubſit inflammatio glandularum, colligetur primo ex cauſa, ſiue ex occaſione ob quam excitata eſt, hæc autem ulcus eſt in ore cum inflammãtur glandulæ ceruicis, in brachiis, cum illæ quæ *b* ſub alis, in cruribus, uel partibus genitalibus cum illæ quæ ad inguina, ſunt.n. eiuſmodi ulcera occaſio inflammationis, præſertim in homine calido & humido, ſiquidem ſanguis confluens ad ulceratas partes per uenas & arterias glandularum, aliqua ex parte in ipſis retinetur. Accedunt iuuantia, & lædentia, quæ ſimiliter demonſtrant glandularum inflammationem: proſunt .n. *c* quæcumq; relaxandi uim habent, obſunt quæ adſtringendi: quamquam non adhibentur niſi prius nota ſit inflammatio, ita ut non multum ualeant hæc ſigna. Longe certiora ſunt quæ ab effectis ſumuntur, ſiquidem pulſus *d* ualde plenus eſt, uelox frequens & æqualis, raròq; in uno atq; eodem ictu inæqualitatem præſefert: urina alba & aquoſa eſt, quod calidus humor qui cum ea miſceri ſolet, totus *e* rapiatur à loco inflammato, ob quam cauſam phreneticorum *f* quoq; urina alba eſt; & quibus ingenti inflãmatione uiſcera premuntur extremæ partes *g* inalgeſcunt; exit etiam aliquid ſudoris qui ex altioribus partibus poſt uigorem fertur ad cutem: rubet præterea uniuerſum corpus & præſertim facies: priuſquam igitur glandularum inflammatio ſenſu percipiatur, ex propoſitis indiciis colligi commode põt. Adſtrictio foraminum cutis quæ diariam febrem *h* excitat præſertim in corporibus multam fuliginem contrahentib⁹, conijcitur primo ex cauſis unà cum habilitate corporis, facile aũt coguntur his quibus laxa *i* ſunt, admittunt .n. ſic uim cogentiũ cauſarum, quæ non facile permeat ubi anguſta ſunt: ob eandem cauſam aqua k calida facilius refrigeratur, ꝗ̃ ea quæ gelida eſt, quare foramina quoq; cutis ubi noſtra corpora priuſquam calefacta ſint patẽt, & multo facilius coguntur, ꝗ̃ quæ alioquin adſtricta ſunt. Cauſæ cogendi uim habẽtes partim refrigerant, ut appulſus aeris frigidi, aut uſus aquæ frigidæ: partim adſtringunt, ueluti balneũ aquæ habentis *l* uim alluminis: demonſtrant propoſitæ cauſæ adſtrictionem quam indicãt ẽt & ea quæ proſunt, ut relaxãtia *m* calida & humida, & ea quæ obſunt, ut cogẽtia, ſiue frigida ſint, ſiue ẽt adſtringãt: ex effectis uerò pulſus ue-

a *Hipp. p. prognoſt. ab initio.*
b *Gal. 2. diff. febr. c. xi. & 13. met. c. 5.*
c *Gal. 13. meth. c. 5.*
d *Gal. 2. l. de criſi. c. 13.*
e *Gal. 7. aph. com. p.*
f *Hipp. et Gal. 4. aph. 72.*
g *Gal. 7. aph. com. p.*
h *Gal. 8. meth. ca. 2.*
i *Galen. 3. de Tuen. ual. c. 10.*
k *Gal. 4. 6. epid. com. x.*
l *Gal. 8. meth. c. 2.*
m *Gal. 5. ſimpl. c. xi.*

locior eſt,ſed minor cum à retenta fuligine debilitetur aliquo pa
a Galen.p.ad cto facultas uitali: *a* urina alba & tenuis eſt,quod non miſceatur
Glauc.c.2. amplius cum humoribus calidis à quibus infici ſolebat:nihil præ
terea exit ſudoris,cutis dura eſt,calor tangentis ſtatim mitis ap-
paret,ſed paulo poſt acrior ſentitur,quod talem efficiat retenta
fuligo.Obſtructio foraminum cutis diariam affert,id quod facit
b Gal.8.me- ēt obſtructio internorum canalium ubi parua *b* ſit , nam ubi
th.c.4. magna,putredinem excitat,& alterum genus *c* febris. Intelligi-
c Gal.9.me- tur obſtructio primum ex cauſis unà cum habilitate corporis,
th.c.4. parua foramina & anguſti canales ēt à leui cauſa obſtruuntur.
Obſtruuntur foramina à ſordibus retentis,ſed interni canales à
d Gal.l.9.me multis craſſis & glutinoſis *d* ſuccis qui ex ſimilibus cibis ſunt con
th.c.4. tracti.Iuuant detergentia,extenuantia,incidentia,extrahentia,no
cent contraria; ex effectis pulſus eſt frequens ac paruus , adeſt
quidam ſenſus grauitatis,urina colorata eſt,nullus exit ſudor,ca
lor minus lenis ſentitur quã ſoleat in diaria.Illæ uerò cauſæ quæ
e Gal.p.pro- præterierunt,quamuis poſſint ab ægrotante *e* & familiaribus re
gn.com.8. ferri,utilius tamen coniiciuntur,non quidem ex aliis cauſis à qui
bus ortæ ſunt,quia multo magis latent: non ex iuuantibus, aut
lædentibus,nihil.n.iuuare aut lædere pōt id quod præteriit, ſed
f Gal.2.de cri ex ſolis *f* effectis,quæ ab ipſis ſunt relicta:ſi quando aūt ſumimus,
ſib.c.13. indiciis ſumptis ab his quæ proſunt aut obſunt,id facimus vt mō
ſtrent affectum corporis,quem cauſæ reliquerunt,ex quò cogni
to proximæ indicantur cauſæ antegreſſæ : referuntur aūt oēs ,
uel ad animum,ut meror, metus, gaudium, ſpes,ira: uel ad cor-
pus,ut ſomnus,uigilia,labor,inedia,ſitis,inanitas,animi defectio
æbrietas,ſatietas,æſtus,frigus:percurramus effecta uniuſcuiuſq;
cauſæ ſeparatim.Perturbationes animi,magna ex parte receſſe-
runt cum iam adeſt diaria:Quod ſi adhuc remanent,debent tan
g Gal.l.2.de quam res præſentes colligi ex *g* effectis,& potiſſimū ex *h* pulſu q
criſib.c.13. uario modo mouetur,prout uarie in illis calidū innatum contra
h Gale.p.ad hitur,effunditur,aut feruet: ſed interdum quæ receſſerūt animi
Glauc.c.2. perturbationes aliquā relinquunt in pulſu mutationem,*i* ex quà
i Gal.ibid.& coniici poſſunt:qđ ubi non accidat intueri oculos oportet ægro
p.progn. tantis,præſeferunt.n.lætitiam,merorem,iram,atq; eā animi com
com.8. motiones quæ diariam febrem effecit: urina his qui læti ſunt,ſe
k Gale.p.ad cūdum naturā redditur,mæſtis uerò acris & colorata,in quibus
Glauc.c.2. calor potius k ſentitur acris quā multus:contra iratis multus po

tius

tius quam acris. Vbi ſomnus diariam excitauerit, pulſus plenior apparet & validior, cutis ſentitur tactu mollior, & veluti elixa, quæ detruduntur cocta ſunt: contra ſi vigilia cauſa fuerit diariæ qđ magis accidit, pulſus paruus eſt, vrina *a* cruda, oculi cõcaui, palpebræ vix aperiuntur, cutis dura tangitur, & veluti aſſa. Labor coniicitur primo ex iuuantibus, proſunt.n. quies, cibus & potio, cum ſint ex hauſtæ vires, obſunt exercitatio & inedia, ex effetis principio pulſus magnus eſt, ſed ſi labor diu perſeueret minuitur, urina redditur calida & ruffa, cutis principio madet, ſed proceſſu temporis *b* fit ſquallida. Inedia ſi diariam febrem accenderit prodeſt cibus, pulſus ſentitur paruus ac debilis, vrina exit colorata, cũ vis caloris nõ remittatur amplius ab humore cibi, cutis tãgitur ſquallida. Ab iiſdem effectis indicatur ſitis & inanitas, a quib. inedia, itaut illa apparent, nõ abſolute hanc aut illam cauſam, ſed aliquam ex ipſis antegreſſam eſſe dicendũ eſt: proprie autem ſi antegreſſa ſit ſitis, prodeſt potio, ſi inanitas, tã cibus quam potio. Quod ſi ex animi defectione orta ſit diaria, prodeſt quouis mõ reficiantur vires, languet non ſolum pulſus, ſed quæuis alia actio, oculi perturbati ſũt, facies pallida. Satietas & cibi copia ſi diariam excitauerit, iuuat inædia, nocet cibus, pulſus magnus eſt & validus, vrina non cruda, non nimis colorata, cutis tangitur mollior & humidior. Si fuerit æbrietas prodeſt aquæ potio, pulſus magnus ac vehemens eſt, urina multa, uapor ex cute exhalat quæ mollior percipitur. Aeſtus ubi cã diariæ fuerit, prodeſt *c* balneum aquæ dulcis, nocet potio uini, augetur pulſus & reſpiratio, ſentitur totum corpus, ſed potiſſimum caput calidius, ſitis magnitudo non reſpondet magnitudini caloris, uenæ in oculis & facie diſtgnduntur, ſequitur deſtillatio excerebro. Poſtremo ſi diariam febrem attulerit frigus, nocet balneum, prodeſt uini potio, pulſus durior fit & magis ſubſidet quam attollatur, urina alba eſt, non colorata: hoc pacto igitur dignoſcuntur cauſæ quæ præterierunt.

a *Gale. ibidẽ & l.2. de criſib. c.13*

b *Gal.2.l. de criſib. cap. 13.*

c *Galen.l.8. me. cap.18.*

De prognoſtico Diariæ febris. *Cap. VII.*

FVtura ſuperſunt quæ in homine qui diaria laborat præcognoſcenda ſunt, euentus uidelicet, tempus, & uia; præſagitur

a *Galen.l.de conſt art.c. 18.* tur euentus ex cauſis, quæ ſunt natura *a* & morbus: differentiæ verò temporis & viæ ex ſimili differentia addita cauſis. Expectabimus in febre diaria euentum ſalubrem, cum mitiſsima *b* ſit & b *Gal.2. criſium.c.13.* homo xxiiij. horis *c* perueniat ad integritatem, reuertiq; poſsit admunera conſueta: Quod perpetuum eſt niſi quid erratum fuerit, c *Gal.l.x.meth.c.2.* aut niſi alius affectus præternaturam acceſſerit. Incidit error culpa medici, ægrotantis, miniſtrorum, aut rei alicuius fortuitæ, à quocumque autem proficiſcatur, in eo ferè conſiſtit, quod aut corpus importune refrigeretur, aut adhibeatur inedia non conueniens. Refrigeratur corpus ab aere circumfuſo, à frigidis medicamentis quæ inunguntur: aliena autem ſunt refrigerantia externa prius quam expirent calidi vapores, nam retenti, tanquam calor ambientis vim habent putrefaciendi, quò fit vt diaria in eam vertatur quæ reſidet in humoribus putribus præſertim vbi ſit obſtructio, vel adſtrictio, & ita non ſequatur ſalus eodem die. Inedia verò vbi corpus calidum ſit, ſiccum & bilioſum, æſtiuo tempore ſub cœli conſtitutione ſimili, efficit *d* vt dia- d *Gal.8. meth.c. 2.* ria febris conuertatur in hæcticam, præſertim ſi ex æſtu, labore, animi perturbatione, vigilia orta ſit, calor enim quò continetur ob ſiccitatem quam affert inedia, redditur acrior, ita ut à ſolidis partibus concipiatur; euenit interdum vt in corpore quod diaria præhenditur, ſit alius affectus præternaturam, ob quem ſi nihil etiam erratum fuit, diaria vertitur in alteram febrem: id quod maxime accidit, vbi interni canales vel adſtricti ſunt, vel obſtructi: calor.n. qui in ſpiritibus accenſus eſt, retentus, putrefacit humores, atque hoc pacto ex diaria fit alterum genus febris. Euentus quem expectare oportet, cum diaria degenerauerit, uel in hæcticā, vel in eam quæ verſatur in humoribus putridis, tunc exponetur cum eas perſequemur; nunc ſatis ſit intellexiſſe diariam eodem die finiri, niſi in alteram febrem degeneret, vel ob errorem, vel ob alium affectum præternaturam; hoc vbi accidat dijudicandum eſt. Quod ſi iam degenerauerit, declaratur ab indicijs illius febris in quam verſa eſt: interea dum degenerat, *e* mixta indicia præſefert, partim diariæ, partim al- e *Gal 9. meth.c.p.* terius in quam vertitur; ſed antequam mixta hæc ſigna euidenter ſe oſtendant, prouidere oportet eiuſmodi conuerſionem, qđ f *Gale p.l.de diff.febr.c.7* ſi poſt xxiiij. horas, diaria non perueneric ad integritatem ſed cum *f* cæperit remitti adhuc moleſtia perſeueret, & non facile to-

le toleretur, monſtratur conuertendam eſſe diariam in alteram febrem. Conuertitur interdũ in Synocham ſine putredine: quod prædices, vbi perſeuerare alteram diariam videas in adoleſcente qui boni habitus *a* ſit, & multo ſanguine redundet. Sed ſæpe degenerat in eam quæ reſidet in ſanguine, vel in alio humore putri. Colliges hoc ex cauſis, vt ex adſtrictione vel obſtructione; quò ſpectat error, quem incidere diximus cum importune *b* refrigeratur febricitans, & prohibetur perſpiratus. Accedunt iuuantia & lædentia: iuuant enim quæ relaxandi vim habent; nocent quæ adſtringunt. Accedunt deniq; effecta, vt inæqualitas pulſus, grauitas corporis, dolor capitis, vrina mutata. Eadem ratione præſagitur conuerſio diariæ in hæcticam, ex cauſis videlicet à quibus orta eſt; vt ex æſtu, labore, animi perturbatione in corpore *c* calido & ſicco, ac bilioſo, vbi imperetur inædia; tum ex iuuantibus & nocentibus; iuuant.n. refrigerantia & madefacientia, nocent contraria: poſtremo ex effectis, ut ex calore aucto poſt cibum, ex ſquallore cutis. Quod attinet ad differentias euentus, tempus, eſt *d* unius diei, unde nomen traxit diaria febris; quod ſi ulterius perſeueret, id proficiſcitur à cauſis, à quibus fouetur; ut ab inflammatione glandularum, ab adſtrictione, uel obſtructione, ex quibus id colligi poteſt; cauſæ enim diuturnitas monſtrat diuturnitatem effectus. Quod ſi diaria in alteram febrem degeneret, differentia temporis non pertinet amplius ad ipſam, ſed uel ad hæcticam, uel ad eam quæ proficiſcitur ab humorum putredine, de quò agemus cum peruenerimus ad eas. Via euentus ſi degenerauerit in alteram, ſimiliter ad alteram pertinet: ſi adhuc ſit diaria, in eo conſiſtit ut calor præter naturam partim refrigeretur ab externis, partim exeuntibus calidis uaporibus expiret: ſoluitur autem ſine *e* ulla perturbatione, ita ut eius ſolutio à Medicis non appelletur criſis, niſi nomine abutantur.

a *Gal. 9. meth. 3. & 4.*

b *Gal. 8. meth. c. 4.*

c *Gal. 10. meth. c. 6.*

d *Gal. 9. meth. c. p. & l. x. meth. c. 2.*

e *Gal 2. l criſium c. 11.*

De Curatione Diariæ febris in uniuerſum. Cap. VIII.

EXpoſitis his quæ ad cognitionem pertinebant, ſequitur curatio, quæ ſuperuacanea uidetur, cum diaria febris per ſe eodem die ſine ullo remedio finiatur: traditur tamẽ eius curatio à ueteribus *f* medicis, & quoniam perſeuerat interdum plures

f *Gal. 8. meth. plurib. locis & pri. ad Glauc. et Auic. l. 4. fen. p. Tr. p. pluribus loc.*

dies, & quoniam periculum eſt (ut in ſuperioribus oſtenſum fuit) ne ſiquid erretur, degeneret aut in hæcticam, aut in illam quæ conſiſtit in putribus ſuccis; quamobrem non negligenda eſt, ſed inuenienda ſunt opera & inſtrumenta per quæ curari poſſit. Ex tribus autem præternaturã quæ ſupra enarrauimus, ſymptomata, cum leuiſſima *a* ſint, nihil proprium poſtulant, ſed tolluntur ablato *b* morbo: cauſa ſi adhuc manet, contrario opere ſubmouenda *c* eſt, ne febrem ulterius faciat: ſi iam receſſit, nihil deſiderat: tantum ubi aliquem reliquerit affectum præternaturam in corpore ægrotantis præter febrem, ad ipſum ſpectare oportet. morbus qui reſtat ex rebus præternaturam, cõtrario *d* opere curatur. Qua ratione autem ſuccurrendum ſit & cauſæ præſenti, & affectui quẽ reliquit ante greſſa, exponemus ubi enarrauerimus curationem morbi. Eſt igitur morbus febris, & idcirco calor præternaturam, qui contrario opere æget: refrigerare enim oportet ſpiritus qui accenſi ſunt: at conuenit etiam madefacere (quemadmodum ſupra *e* in uniuerſum monſtrauimus) ut ſiccitas cum adeſt auferatur, cum imminet, propulſetur: his ergò duobus operibus continetur curatio morbi. Id uerò quod præcipiunt medici, ut utamur relaxantibus *f*, non eſt tertium quoddam, ſed ſpectat ad refrigerandum: expirat enim relaxata cute, calida exhalatio, atque eo pacto refrigeratur corpus: maxime autem neceſſaria eſt relaxatio cutis, dum maxime expirat exhalatio calida, ueluti poſt uigorem, præſertim in illis febribus quæ ex foraminibus clauſis oriũtur: quod ſi tũc refrigerantibus extrinſecus impoſitis cutis reddatur denſa, periculum eſt ne calida exhalatio retenta *g* putredinem excitet: quare ſolummodo utendum eſt externis refrigerantibus, cum corpus febricitantis naturaliter calidum & ſiccum eſt, periculumq; inſtat ne in hæcticam compellatur. Sed ſiue externa, ſiue interna remedia ad refrigerandum adhibeantur, non eſt in ipſis diutius in ſiſtendum: ſiquidem ſpiritus ut perfacile accendũtur, ita etiam perfacile refrigerantur: reſtituendi autem ſunt ad *h* priſtinam temperationem, quam cognoſcere oportet, ne plus iuxto refrigerentur: ſed reſpicere ſimul etiam ad conſuetudinẽ, & aerem conuenit: conſuetudo *i* enim ſimilibus conſeruanda eſt: aer ſi frig dus ſit, uim habet remedii, & ideo monſtrat minus opus eſſe refrigerantibus: ſi calidus, cum tãquã cauſa morbum

a *Gal. 2. criſium. c. 13*
b *Gal. l. 12. meth. c. 1.*
c *Gal. 4. meth. c. 3.*
d *Gal. 8. meth. c. 3.*
e *Libro anteced. c. 7.*
f *Gal. 8. meth. ca. 2 & 3. & l. x. meth. cap. x*
g *Gal. 8. meth. c. 4. & 9 meth. c. 3.*
h *Gal. 8. meth. cap. 9.*
i *Hip. & gal. p. apho. tex. com. 16.*

bum augeat, magis refrigerandum eſſe corpus demonſtrat. Vires, in diaria febre, cum non dum exhauſtæ ſint, nihil propriũ poſtulant, neq; etiam auxilia quæ tunc deſiderantur debilitare illas poſſunt, cum non neceſſe ſit exhaurire corpus, aut ſanguinem mittere, *a* niſi in ſynocha, quam ſeparatim tractabimus. inſtrumenta per quæ refrigeramus, madefacimus, relaxamu diaria febre laborãtẽ, ferè ſub uictu compræhenduntur, & ſub his quæ quotidiana ſunt, atq; uſitata etiam cum homo bene ualet; quamquam utimur aliquando medicamentis quoq; præſertim ad homines calidos & ſiccos, ne incidant in hæcticam: inungimus enim thoracem & præcordia cerato *b* liquido, aut ſucco aliquo frigido, ut ſemperuiuii, lactucæ, lentis paluſtris: damus potui aquam frigidam, quæ his qui uinum bibere ſoliti ſunt, medicamentum eſt, & idcirco aptatur, modo non ſint ei omnino inſueti, neque cruditate laborent, neq; adſtrictione, uel obſtructione internorum canalium. ex his quæ pertinent ad uictum, aer ſit frigidus & humidus, pareturq; arte ubi non habeatur *c* talis: hic cum ex pulmone proxime feratur ad cor, in quò præcipue reſidet febris, maxime eſt oportunus: ſed ne circumfuſus retineat calidam expirationem, & cutis foramina cogat, ueſte tegendæ ſunt externæ *d* partes: ſic.n. citra noxam, naribus atq; ore hauſtus, refrigerabit ipſum cor. Cibus conuenit boni ſucci, & qui facile concoquatur, tum frigidus atq; humidus, præterea lenis, non acerbus aut auſterus, non acris, ſalſus, aut amarus: at neq; craſſus, neq; glutinoſus Accommodãtur cremor ptiſſanæ, *e* panis ex aqua madefactus, uel decoctus, lactuca, cucurbita, piſces ſaxatiles: oportune uerò ſumuntur cum diaria recedit, neq; expectatur *f* tertius dies, ut faciebant ueteres illi, qui neſcientes primo die internoſcere inter diariam & tertianam, expectabãt tertium diem, ut uiderent an noua acceſſio ſuperueniret: quod ſi homo bilioſus ſit, & ualde calidus & ſiccus, etiam prius quam deſinat diaria, hora uſitata cibum ſumet. Potio ſit *g* aqua, aut uinum tenue *h* aquoſum ualde dilutum, quod non ſolum uires confirmat, ſed confert ad concoquendum, & ad mouendum ſudorem, uel urinam. Somni & uigiliæ neceſſaria moderatio eſt, nam hæc externas, ille internas partes calefacit: quod tamen ſpectat ad madefaciendum, conuenit longior ſomnus, nam uigilia *i* ſiccandi uim habet. A motu & exercitatiõe abſtinendum eſt,

a *gale. 9 methodi. c. 4.*

b *gal. x. meth. ca. 7. & cap. 9.*

c *gal. x. methodi. c. 8.*

d *gal. ibidem*

e *gal. 8. met. c. 2.*

f *gal. ibidem.*

g *gal. ibidem.*

h *gal. 8. meth. c. 3.*

i *gal. 2. acutorum. com. 55.*

eſt,cum calefaciat ac ſiccet. Quies requiritur,quæ contrarium præſtat. Animi perturbatio motus quidam eſt, quamquam per iram non ſolum *a* mouetur,ſed etiam efferueſcit ſanguis: uitari igitur debent. Animi tranquillitas,maxime oportuna eſt. Eorũ quæ retinentur aut detruduntur moderatio quædam requiritur,quae nimis retinentur, obſtruendo calorem augent: nimia expulſio,non ſolum corpus exſiccat, ſed reddit etiam calorem acriorem: ubi retineantur quae naturaliter expelli ſolent, euocanda ſunt; ut deiectio, per ea quae aluum molliunt,urina, per ea quae ipſam citant: ſudor, per relaxantia, quò potiſſimum ſpectat balneum,de quò uberius agendum eſt.

a gale. 2.de cauſ.ſymptom.cap.5.

Balneum ſimpliciter,intelligitur aquae dulcis, nam aliud, cũ adiectione dicitur aquae ſalſae,aut alterius: pertinet autem ad uictum,ut quod ſanis etiam uſitatum eſt, referturq; proprie ad ea quae retinentur ac detruduntur,quemadmodum uſus chyſteris Balnei,uires intelliget qui ſigillatim perpendet eius partes, quae multae erant apud ueteres, *b* ut mora in aere calido, lauatio primum ex calida,tum ex frigida aqua: deterſio: inunctio. Aer calidus præditus eſt facultate calefaciendi ſimul & madefaciendi,propter quam relaxat foramina cutis adſtricta,liquat humores concretos, ita ut facile per cutem educantur; obquam cauſam,ſi homo diutius in eo uerſetur, exſiccatur. Aqua calida madefaciendi uim habet; quomodocunq. enim adhibeatur aqua,ſiue calida,ſiue frigida,perpetuo madefacit: ſed ubi adhibetur calefacta,tam diù nos *c* calefacit, quamdiù calida manet: proceſſu temporis expirantibus calidis uaporibus, reuertitur ad naturam ſuam,& refrigerat. Illa uerò quae moderate calida eſt, calefactos refrigerat, refrigeratos calefacit:at frigida ſimiliter madefacit,ſed refrigerat *d* repellitq; intus calidum innatũ, & propterea uires confirmat: ſed claudit foramina cutis,& propterea prohibet perſpiratum. Deterſio,ualet ad ſudorem euocãdum. Inunctio ex oleo uel hydreleo,ante lauationem,confert ad madefaciendum:poſt lauationem,ad exhauriendum corpus:in ipſa lauatione,ad utrumq;. Huiuſmodi cum ſint uires balnei, uidendum eſt an communiter aptetur omnibus diaria febre laborantibus, quemadmodum *e* ueteres medici tradiderunt. Intelligunt autem utile eſſe balneum in omni diaria,quatenus diaria eſt:nam poteſt ob cauſam inimicum eſſe,auget.n.obſtructionẽ: quare

b gal.8.met. cap.2.& l.x meth.cap.x.

c Auerr.l.6. collig.c.4.

d gal.3.de cauſ.pulſ.c. 15.

e gale.p.ad glauc.c.3.

quare ubi hæc febrem excitet, uitandum eſt. Id quod ſimiliter *a* obſeruandum eſt ubi deſtillatio ſit à frigore orta; nam illa quæ oritur ab æſtu, poſtulat balneum, quod alioquin morbo accommodatur, hoc eſt diariæ febri, quæ (ut ſupra monſtrauimus) poſtulat ut refrigeremus calorem immoderatum, madefaciamus corpus ob ſiccitatem præſentem uel imminentem, & ob uim caloris, ut retundatur: relaxemus ut detur exitus calidis uaporibus, & ipſi ſubſtantiæ diariæ febris. Spectemus igitur quæ balnei partes, his, aut illis operibus perficiendis accommodentur. Mora in aere calido madefacit, cum aer ſit humidus, non tamē ita ualide ut aqua, quæ magis in hæreſcit, *b* quamuis aer ſit humidior: calefacit etiam appulſus calidi aeris ſtatim, ſed cum relaxando det exitum calidis uaporibus, non multo poſt refrigerat: quare pertinet ad refrigerandum ac madefaciendum, & idcirco ad opera quæ requiruntur a diaria febre, ſiccat tamen ſiquis in eo diutius uerſetur, cum relaxando atque extenuando humores, exauriat corpus: quamobrem non debent qui diaria febre laborant, diutius in eo uerſari, niſi ubi foramina cutis ualde adſtricta ſunt, ut relaxetur: lauatio ex aqua frigida, ob uim communem aquæ madefacit, & quia frigida adhibetur, etiam refrigerat: confirmat *c* uires, reddit cutem denſam, & intercludit exitum calidis uaporibus, qui retenti calorem augent, & putredinem excitant: quare magis nocet quam proſit, & ideo uitanda eſt, niſi ubi periculum eſt ne homo alioquin calidus & ſiccus, æſtu, ac ſole peruſtus; ex diaria incidat in hæcticam. Deterſio ualet ad ſudorem euocandum, cum quo ſimul educitur ſubſtātia diariæ febris, ſed nimis corpus exhaurit atq; exſiccat, quamobrem homo, nec uehementer, nec diutius detergendus eſt, niſi ubi ualde ſint obſtructa foramina cutis. Inunctio ex *d* oleo, uel hydrelæo homini qui diaria febre laborat magis conuenit ante balneum, & in balneo, quàm poſt balneum: cum magis neceſſe ſit hominem madefacere quàm exinanire. Quò pacto igitur diuerſæ balnei partes accommodentur ad perficiēda opera quæ requiruntur à febre diaria, ſatis iam demonſtratum eſt: illud autem obliuiſci non oportet, quod eo tempore maxime oportunum eſt balneum, quò cutis *e* ſponte relaxatur, & exhalant calidi uapores; facilius.n. & celerius ex balnei uſu, & illa relaxabitur, & hi educentur.

a *gal. 8. meth. cap. 3.*

b *Auerr. 6. collig. c. 4.*

c *gale. 3. de cauſ. pulſuum c. 15.*

d *gal. l. 8. methodi. c. 3.*

e *gal. l 8. meth. cap. 3.*

De

De Curatione Ephimeræ ſynochæ. Cap.IX.

RAtio curandi,quam communem eſſe diximus omnis fe-
bris diariæ,maxime pertinet ad eam quæ in ſpiritibus uer
ſatur : altera enim quæ reſidet in ſanguine calefacto& non dum
putri, quoniam iungitur cum cauſa,nempe cum obſtructione
internorum canalium,quam efficit ſanguinis multitudo, magis
detractionem poſtulat quàm ea quæ refrigerant ac madefaciũt:
quamuis hæc quoq; ad ipſam pertineant, ut quæ communia ſũt
cuiuſuis diariæ.In ſynocha igitur conſilium dirigi debet ad fe-
brem,non ſecus atque in diaria quæ in ſpiritibus uerſatur : ſed
multo potius ad cauſam, hoc eſt ad obſtructionem tollendam;
quæ tolletur ſi auferatur cauſa, nimirum ſanguinis multitudo,
quà detracta ceſſabit *a* etiam febris,non ſecus atq; ignis cum li
a *gal.9.met.* gna auferuntur,& corpus in priſtinum ſtatum reſtituetur . Pri-
cap.4. mo igitur mittere ſanguinem oportet,quod remedium& requi
ritur à cauſa morbi , & fertur à uiribus, cum propoſita febre
b *gal.9.me-* non præhendatur niſi adoleſcens multi ſanguinis , *b* ac boni ha
th.7.ca 3 4. bitus, cuius uires necaſſario ualidæ ſunt.Siquis obiiciat ſangui-
c *gal.4.me-* nis miſſionem magnum *c* eſſe auxilium,neq; conuenire niſi cũ
th.cap.6. morbus eſt grauis,cuiuſmodi non eſt febris ſynocha ſine putre
d *Hipp.3.6.* dine, cum ſit ſpecies diariæ: dicendum erit,non tantum ubi ma-
epid.40. gnus ſit morbus,ſed etiam ubi immineat talis,ut propulſetur,
e *gal.9.met.* requiri magnum auxilium: quæcumq; enim ſequentia ſanant,
cap.4. antecedentia prohibent inquit Hippocrates :*d* periculum autẽ
f *gal 9.met.* eſt,ne diaria *e* ſynocha,uertatur in aliud genus febris , ſanguine
ca.5.& p.a- putreſcente; & idcirco,ne fiat magnus morbus : quamobrem
phor.com.3. magnum requiritur auxilium , cuiuſmodi eſt ſanguinis miſſio,
g *gal. de cu-* quà propulſabitur impendens periculum , & ſimul cum cauſa
rat.per ue- tolletur febris: imminet enim periculum ob multitudinem ſan
næ ſectio.c. guinis, etiam ubi non ſit febris,ne abrumpatur *f* uena aliqua,ui
19. res deficiant,homo ſtranguletur. Quamobrem mittere ſangui-
nem oportet, *g* & ex uena aliqua magna, ueluti ex interna dex
h *gal.9.me-* tri cubiti: nam ſic celerius perficietur quod requiritur, quam ſi
th.c.4& p. ex parua aliqua mitteretur: multus autem mittendus eſt, quo-
aphoriſm. niam et multus redundat : quod ſi mittatur uſq. ad animæ de-
com.xxiii. fectionem,maxime erit præſens *h* remedium , continuoque re

fri-

frigerabit corpus,& morbum auferet vnà cum cauſa:mane autem oportune detrahitur,quamquam detrahi poteſt quauis hora,modo non ſit cibus *a* crudus in ventriculo : miſſo ſanguine, refrigerare & madefacere corpus oportet idoneo victu,qualem ſupra monſtrauimus communiter in diaria : potiſſimum verò cibo, vt ptiſſana , *b* & potione aquæ : non eſt autem opus medicamentis frigidis,neque externis,neq; internis ; quoniam detractio ſanguinis vſq; ad animæ defectionem ſatis corpus refrigerat: contra in morbis qui à flaua bile proficiſcuntur magis opus eſt refrigerare corpus medicamentis, quam exinanire.

a *Gal. de cur. per uenæ ſect.c. 20. & lib.9.meth. c 4:*

b *Gal.9.met. c.4.*

De curatione cauſarum Diariam efficientium. Cap. X.

TRactauimus curationem diariæ febris , ſynochæ quidem vnam cum cauſa,alterius verò quæ in ſpiritib. reſidet nulla facta mentione cauſæ:quamobrem tranſire nunc ad ipſam oportet,facta primum ea diſtinctione,quod vel adhuc *c* manet, veluti inflammatio glandularum, adſtrictio , obſtructio,cruditas : aut iam receſsit,veluti perturbatio animi,labor,vigilia, inedia,æſtus,frigus,ſatietas,æbrietas : hæc cum præterierit, *d* nihil poſtulat : remedia verò quæ habita eius ratione adhibentur , pertinent ad affectus præternaturam,quos præter febrem relinquit in corpore ægrotantis.Illa cum præſens *e* ſit , remouenda eſt,remouetur autem ſimul cum ea,& febris : ſiquid autem reſtat caloris,illis auxiliis tolletur quæ ſupra tradita ſunt ad quãuis diariam : ſed ſimul reſpicitur ad cauſam , quæ ſi iam ſopita eſt,cauetur ne remediis morbi rurſus excitetur:ſed quæ curatio proprie conueniat vnicuiq; cauſæ,iam videndum eſt. Fac primum diariam febrem ortam eſſe ab inflammatione glandularum : huic prius mederi oportet,deinde curare ſiquid vpereſt febris : ſed cum inflammatio augeri poſſit, prius quam auferatur quæ iam facta eſt,prohibendum ne concurſu nouæ materiæ increſcat.Succedet hoc,ſi remoueatur cauſa, *f* hoc eſt ſi detur opera ne vel tranſmittatur ab aliis partibus ad glandulas inflammatas,vel propter vlcus & dolorem ab ipſis alliciatur : non tranſmittetur materia aliunde,ſi ea quæ redundat in corpore exhauriatur : ſi ſanguis ſit,ſecta vena : ſi alius ſuccus, dato catharctico : neq; verendum eſt ne impediatur naturæ motus,

c *Gal.8. met. cap.p.*

d *Gal.4. meth c.3.*

e *gal.8. met. cap.p.*

f *gal.13. meth.c.3.*

tus, vbi cum inflammatione glandularum iam facta, adhuc ad eſt in vniuerſo corpore redundantia: nam cum *a* puſtulæ etiã in corpore naſcuntur, ſi plenum ſit, exinaniendum eſt. Non allicietur materia aliunde, ſi curetur dolor, ob quem *b* allicitur, & ſuccuratur ulceri. Lenitur dolor perfuſo oleo tepido quod roſa conditum ſit. Superimponitur vlceri medicamentum quod concoquendi vim habeat, veluti tetrapharmacum, & macedonicum. Inflammationi quæ iam facta eſt, opponitur detractio illius materiæ quà continetur: detrahitur autem, non quidem *c* repellentibus, ne transferatur ad partes nobiliores, ſed extrahẽtibus, ſi nimis multa eſt, itaut diſtendatur locus affectus. Extrahitur à principio ſcalpello ſecta cute pluribus atque altioribus plagis, ſed proceſſu temporis medicamentis relaxantibus, ac digerentibus, à quibus diſſoluitur, & verſa in vapores euaneſcit: ſuperdatur autem lana ſuccida intincta ex oleo camomelino. Admouetur cataplaſma *d* ex farina hordeacea: hoc pacto curatur inflammatio glandularum, cum qua diaria febris finitur: præſtat tamen refrigerare ac madefacere corpus, & cutem relaxare, quod commune eſſe diximus omnis febris diariæ, perficiturq; vſu *e* balnei, ac reliqui victus ſuperius poſiti. Quod attinet ad balneum, plurimum proficit mora in aere calido, lauatio ex aqua calida, frictio mollis, inunctio ex oleo. Vitanda eſt lauatio ex aqua frigida, ne cutem cogat, & perſpiratum impediat. Abſtinendum *f* à potione vini, ne rurſus accendatur calor, qui curata inflammatione iam extinctus erat.

a *gal. 2. 6. epid. com. 30.*
b *gal. 13. meth. c. 4. & 5.*
c *gal. ibidem*
d *gal. ibidem*
e *galen. p. ad glauc. c. 3.*
f *gal. ibidem*

Adſtrictio foraminum cutis, ſi diariam faciat, ſimiliter curanda prius eſt, deinde danda illa remedia quæ requiruntur à febre. Tollitur adſtrictio relaxantibus: relaxant *g* quæ moderate calida ſunt & humida, uelut inunctio olei tepidi, balneum, *h* & proprie diuturnior mora in aere calido, & proprie in aqua calida. Quod attinet ad febrem & calorem refrigerandum, magis vtendum eſt his quæ relaxando & educendo calidos vapores refrigerant, quam externis medicamentis frigidis, aut lauatione ex aqua frigida: periculum enim eſt, ne rurſus foramina cutis adſtringantur. Valet ad relaxandum, vini potio, quod tamen vitandum eſt vbi corpus plenum ſit, ne fundendo ac ſecum ducendo humores, obturet caua.

g *gal. 5. ſimpl. c. xi. et 14*
h *gal. i. ad glauc. c. 3. & 8. met. c. 2.*

Obſtructio, quæ diariam febrem excitat, pertinet aut ad foramina

mina cutis, aut ad internos canales: quod ſi parua ſit, facile tollitur, prohibeturq; ne diaria vltra primum diem prorogetur; ſi magna, neceſſe eſt diariam plures *a* dies manere, & plerumq; in illud genus febris conuerti quod verſatur in humoribus putribus: qualiſcumq; ſit, remoueri debet. Remouetur remota cauſa continente, quæ eſt materia multa, *b* craſſa, uel glutinoſa. Inſpicere autem oportet, plenum ne corpus ſit, nam ubi ſic affectum eſt, ea quæ valide obſtructionem remouent, nocent, *c* q̃d alliciant plus materiæ & idcirco magis obſtruant, ſiue foramina cutis, ſiue internos canales: quare prius exinanire totum corpus oportet, *d* venæ ſectione, aut purgatione, prout expeditius videtur: deinde veniendum eſt ad ea quæ valide obſtructionē tollunt: tuto enim tunc adhiberi poſſunt. Vbi obſtructa ſunt foramina cutis, valent detergentia ad detrahendam materiam obſtruentem: huiuſmodi eſt farina hordei, fabarum, erui, iris, ariſtolochia: validius adhuc eſt mel. Vbi obſtructi ſunt interni canales, materia obſtruens, ſi multa eſt, *e* exinaniri debet, ſi craſſa, extenuari, ſi glutinoſa, incidi: exinanitur ſanguinis miſſione, aut purgatione, inciditur atque extenuatur, medicamentis tenuium partium, & calidis: cauendum tamen eſt, ne nimis *f* calefaciant, quemadmodum calamentum, origanum, ſerpillum, hyſopum, nam augerent febrem, idcirco vtendum minus calidis, ut appio. Pro medicamentis etiam, commode adhibentur alimenta, ut mulſa bene diluta, ptiſſana hordeacea, quæ citra noxam conferunt ad extenuandum atq; incidendum craſſos ac glutinoſos ſuccos: licet minus efficacia ſint quã medicamenta calidiora. Spectabimus etiam ad febrem, vtemurque ad refrigerandum, madefaciendum, ac relaxandum, balneo, & reliquo victu ſuperius poſito: ea cautione tamen vbi interni canales obſtructi ſunt, vt omittatur balneum: vbi obſtructio verſatur in foraminibus cutis, vitentur medicamenta frigida quæ extrinſecus imponuntur, & balneum ex aqua frigida, à quibus obſtructio augeretur.

a *gal.* 8. *meth. c.* 2.
b *gal. ibid.*
c *gal. ibid.*
d *gal. ibid.*
e *gal. ibid.*
f *gal. ibid.*

Cruditas ſiue acida ſit, ſiue cum nidore, eatenus diariam febrem efficit, *g* quatenus obſtruit, ita ut referatur ad obſtructionem, eſt autem ex illis affectibus quos diximus præter febrem relinqui à cauſis in corpore ægrotantis: relinquitur aũt à nimia copia cibi & potionis, quare cũ illis tractanda eſt, ad quos iam pergimus.

g *Gal.* 8. *meth. c.* 5.

De cu-

De curatione Diariæ febris coniuncta cum affectibus quos præterita cauſæ reliquerunt. Cap. xi.

CAVSA diariæ febris quæ iam receſſit; ſiue ad animũ pertineat, vt ægritudo, metus, ſpes, gaudium, ira: ſiue ad corpus, vt ſatietas, æbrietas, inedia, vacuitas, animæ defectio, vigilia, ſomnus, dolor, labor, æſtus, frigus, nihil per ſe poſtulat *a* cum nõ amplius ſit. Remedia autem quæ eius habita ratione adhibentur, ſpectant (vt ſupradiximus) ad eos quos extra febrem reliquit in ægrotante præternaturam affectus, quorum vnicuique contrario opere ſuccurrendum eſt. Commune eſt cunctis animi perturbationibus ut corpus exſiccent, quamobrem madefacere tunc magis hominem oportet, quam ſi in febrem inciderit ex cauſa non exſiccante, vt ex frigore, ex nimia copia cibi & potionis. Aptatur ergo aer humidior, cibus & potio madefaciẽdi uim habens, ſomnus longior, quies corporis, animi tranquillitas, retentio atq; expulſio moderata, balneum, *b* præſertim lauatio ex aqua calida, & perfuſio ex hydrelæo: nam mora in aere calido, breuior eſſe debet: à lauatione ex aqua frigida omnino abſtinendum eſt. Præter hæc quæ communia ſunt, proprie unicuiq; perturbationi contrarium opponendum eſt, ut ægritudini quod lætitiam afferat, lætitiæ quod ægritudinem, timori quod ſpem, ſpei, quod timorem: iratos traducere oportet ad ſpectacula atq; ad alias cogitationes, cum eo ut à uino abſtineant, ne rurſus accendatur ſanguis. Vtantur cibis & potionibus refrigerantibus ac madefacientibus, larga perfuſione olei, lauatione ex aqua tepida. Si nimia copia cibi & potionis fecerit febrem, par eſt corpus repletum eſſe, & idcirco exhauriendum: id quod commode præſtat inedia, quamuis alioquin ad madefaciendum corpus febricitantis requiratur cibus & potio: ubi tamen orta eſt febris ex ſatietate, uel æbrietate, inedia oportunior eſt.

a *Gal. 4. meth. c. 3.*

b *Gal. 8. meth. c. 3.*

Efficit autem multitudo eſculentorum & poculentorum obſtructionem, & eo nomine febrem. Efficit præterea cruditatem in uentriculo: acidam *c* quidem, ubi illa frigida & humida fuerint in homine ſimili; cum nidore uerò, ubi calida & ſicca in homine ſimiliter calido & ſicco. Vtriq; autem occurrendum eſt, tum detractione, uel coctione materiæ crudæ, tum confirmatione ven-

c *Gal. 8. meth. c. 5.*

ne ventriculi: proprie aũt ſi cruditas nidorẽ præſeferat, & aluus adſtricta ſit, ſumendum eſt medicamentum quod aluum laxet; ueluti caſſia quam fiſtulam uocant; Diaprunis ſine ſcãmonio, Diacattolicon Nicolai, Serapium ex pluribus infuſionibus roſarum, ubi reliquiæ cibi in ſuperioribus inteſtinis retineantur: at ubi deſcenderint ad inferiora, immittenda per clyſterem in aluum mulſa cum oleo; uel ubi morſus ſentiatur, adeps anſerina aut gallinacea ex oleo liquata. Si aluus ſatis per ſe fluat, permittendũ eſt ut reddat totum id quod crudum eſt: ſi nimium profluat, confugiendum eſt ad adſtringentia, ut ad mala cotonea, ad pira acerba, quæ & intus dentur, & extrinſecus imponantur, atq; olea ex ipſis confecta illinantur. Cibus, ſit *a* polenta, potio uinum auſterum: ſi cibi faſtidium ſuperuenerit comedantur mala punica. Confirmatur uentriculus oleo aliquo adſtringente, & ſimul refrigerante, quale acerbum eſt roſa conditum, & melinum, ſiue lentiſcinum. Si cruditas acida ſit, non neceſſarium eſt exinanire, cum concoqui ẽt poſſit quod crudum eſt: concoquitur aũt à calore nãli, quò conferunt tam alimenta quam medicamenta calefacientia. Valent antidoti, ut Diatrion *b* pipereon, Diacalamentum, Dianiſum Dioſpoliticũ, Diagalanga. Ad confirmandũ uentriculũ utemur oleo nardino, *c* maſtichino, aut in quò bullierit uel maduerit abſynthium; quodcumq; adhibeatur, calefiat ex duplici vaſe, neq; ſuperdetur tepidum, quia relaxat, & imbecillũ reddit ventriculum, ſed calidum. Vtiliter ẽt ſuperimponitur medicamentũ quod maſtichem habet & parũ aloes cum oleo nardino.

a *Gal. 8. meth. c. 5.*

b *Gal. ibid.*

c *Gal. ibid.*

Contra, ſi fames aut ſitis fuerit diariæ cauſa, cũ reliquerit corpus exhauſtum, maxime deſideratur cibus & potio: conuenit aũt ptiſſana *d* hordeacea, & vinum tenue dilutum. Quod attinet ad balneum, parum moretur homo in aere calido, ſed diutius in aqua *e* tepida, à quà illi qui conficiunt iter æſtiua & puluerulenta via ſtatim à ſiti vindicantur. Vitetur omnino motus, nam vt præclare nos docuit Hipp. *f* vbi fames laborandum non eſt. Eadem ratio eſt vacuitatis, & animæ defectionis, quæ famis ac ſitis, ſub vtriſq; .n. exhauritur corpus, & reficiendum eſt: celerrime aũt reficitur odore, deinde potione, *g* tardius cibo; vinum aũt, vt ſi quid aliud ad reficiendas vires accommodatur. Vigilia quoq; & ſomnus (vt in ſuperioribus monſtratũ eſt) poſſunt diariam febrem excitare, quod vbi accidat opponere ſomno vi

d *Gal. 8. meth. c. 2.*

e *Gal. ibid.*

f *Hippoc. 2. aph. 16.*

g *Hipp. et Galen. 2. apho. tex. com. 11*

giliam oportet,& vigiliæ ſomnum: ergò aduerſus vigiliam pu-
gnabimus facientes ſomnum,non quidem per medicamenta ſtu
pefacientia, niſi vbi alia præſidia non proficiunt,ſed per victũ
& primo per cibum,cum quò ſumatur papauer,aut lactuca:po
a Galen.p. ad Glauc.c.3.
tus *a* ſit uinum mediocriter dilutum,& mediæ ætatis.Quod me
rum & vetus eſt,ſi large bibatur,cerebrum ſiccat,& magis vigi-
b Galen.2.de loc.aff.c.9.
liam *b* efficit quam ſomnum. Quod valde dilutum eſt, paucos
ædit vapores,& non mouet ſomnum.Vbi fuerit ſomnus nimius,
excitandus erit homo,motu,ac frictione vehementi,& his quæ
dolorem faciunt,ad quem vſum cucurbitulæ defiguntur. Illos
c Hipp.2. apho. 48.
aũt qui nimis laborarunt,quieſcere oportet: in omni.n. motu *c*
corporis vbi cæperit quis dolere, quieſcere ſtatim remedium
eſt.Conueniunt ẽt madefacientia,& præcipue vinum, quod ſu-
mendum eſt quantum concoqui poteſt: prodeſt lauatio ex aqua
d Gal.8. meth.c.2.&3.
tepida,& perfuſio *d* ex hydreleo:ſic enim mollitur corpus,quod
ob præcedentem laborem percipit tendentium ſenſum.Qui ex
æſtu in febrem incidunt diariam:ẽt vbi hæc finitur,nimis calidi
apparent,ſentiuntq; æſtum quendam præcipue circa caput:qua
re per frigidiora pugnandum eſt cum febricitante,& poſtea per
ſeuerandum adhuc diutius eſt in refrigerantibus: vtendum tam
potu quam balneo aquæ frigidæ,niſi quid repugnet:à vino ab-
ſtinendum eſt,mora in aere calido breuior ſit, pro aqua calida
e Gal.8.meth.c.3.
vtendum lauatione ex tepida.Conuenit aũt his balneum *e* etiã
ſi ob æſtum ſuperuenerit deſtillatio & grauedo : caput verò æ-
ſtuans perfundendum eſt oleo roſa condito,quod ex altiori lo-
co per lanam exprimatur: ſit aũt refrigeratum in puteo, aut ſub
fonte aquæ frigidæ emanantis,uel in uaſe quod niue circunde-
tur: licet ẽt pro oleo perfundere hydreleum. Si frigus diariã at-
tulerit,pugnandum eſt per calefacientia,ut per aerem calidum,
ꝑ cibum conditum aromatibus,ꝑ uinum tenue mediocriter dilu
f Gal.8.meth.c.3.
tum.Conuenit aũt balneum,& lauatio ex aqua calida,niſi acceſ
ſerit deſtillatio,*f* aut grauedo,nam tunc uitari debet: abſtinen-
dum à lauatione ex aqua frigida,inungendum caput ex oleo ali-
quo calido,ut ex anethino,quod in duplici uaſe calefactum ſit.

Finis ſecundi libri de Febribus.

* * *

VIDI VIDII DE FEBRIBVS.

LIBER TERTIVS.

Qui eſt de his quæ in vniuerſum pertinent ad cognoſcendas febres in humoribus putribus reſidentes.

Definitio febris in humorum putredine conſiſtentis. Cap. I.

FEBRES quæ in humoribus reſident, aut ad diarias referuntur, quemadmodum ſynochæ quæ verſantur in *a* ſanguine calefacto, quaſque vnà cum diarijs ſupra tractauimus: aut ad alterum genus quod humorum putredinem ſequitur, nunc nobis propoſitum. Putreſcit autem, tam ſanguis, quam quiuis alius humor, vt pituita, flaua vel atra bilis, & putreſcens febrem accendit: non *b* tamen poteſt quiuis humor calefactus, citra putredinem excitare febrem, ſed ſanguis duntaxat: nam alij, vel frigidi ſunt, ut pituita & humor melancholicus, atque idcirco non poſſunt ſine putredine tantum caloris accendere vt actiones offendat, & dicatur febris, uel calidi, ut flaua bilis, quæ non adeo redundat, ut ſine putredine calefacta, poſſit febrem accendere quem admodum ſanguis, etiam ubi apparet copioſa ut in arquatis, qui plerumq; non febricitant: id quod euenit etiam & melancholicis & hydropibus illis quos leucophlegmatias appellant. Ergo neq; flaua bilis, neq; humor melancholicus, neq; pituita, poſſunt ſine *c* putredine febrem accendere, quamuis redundare uideantur, ſed tantum cum putreſcunt febrem efficiunt: proponitur igitur nunc nobis exponenda ea febris

a *Gale. 9 meth. c. 3. & 4.*

b *Gal. 2. de differentijs febr. c. 5. & uidus ſupra lib. antec. cap. p.*

c *Gal. ibid.*

quæ in putredine vel ſanguinis, uel aliorum humorum conſiſtit. Nullum autem commune nomen inuenit apud græcos, aut apud latinos, vt ſupra monſtrauimus, cum febrem in tria genera diuiſimus: ſed deſcribitur, diciturq; febris in humorum putredine conſiſtens: quamquam recentiores medici putrem appellant, abutuntur autem uocabulo, id enim quod putre eſt, ſubſtantia eſt non qualitas, atq; idcirco humor, non febris. Sed ſiue deſcribatur, ſiue proprio vocabulo appelletur, eadem ratione à nobis tractabitur, quà *a* ſupra tractauimus & febrem in vniuerſum, & diariam: ante enim inſiſtemus in cognitione curandorum, deinde in ratione curandi. Cognitio curandorũ, prius abſolute à nobis proponetur, deinde in homine; abſolute igitur declarabimus morbum, cauſam, & ſymptoma, ordiemur à morbo, hoc eſt à febre illa in vniuerſum quæ ſequitur humorum putredinem: hæc quid ſit definitione inueſtigabimus, eadem autem eſſe debet quæ febris in vniuerſum: tantum reſtrigenda eſt addita differentia quæ propriæ hanc ſpeciem ſiue genus conſtituat. Definiuimus *b* febrem in vniuerſum, calorem innatum cordis vergentem ad igneum, ita ut lædat actiones: huic ſi addatur lenitas, conſtituit diariam febrem, quemadmodum *c* ante oſtenſum eſt: ſi acrimonia, duplex aliud genus, quod vel in partibus ſolidis conſiſtit & dicitur hæctica, de quà poſtremo agemus, vel in humoribus *d* putribus, de quà nunc tractatur. Eius definitio, ne ad hæcticam transferri poſſit, addere oportet acrimoniæ alteram differentiam, ſcilicet cum fumo: nam hæctica febris cum acrimonia, ſquallorem habet, hæc quæ verſatur in humoribus putribus, non ſolum acris eſt, ſed etiam fumoſa, quoniam partes ſolidæ in quibus hæctica uerſatur, calefactæ nullum ædunt fumum, quem exhalare percipimus ab humoribus putribus: quod verò ſcribunt veteres *e* medici, bilioſam febrem ſquallidam eſſe, non abſolute accipiendum eſt, ſed ſi comparetur cum pituitoſis, quæ valde fumoſæ *f* ſunt: multum .n. fumi reddit pituita putreſcens inſtar lignorum viridium cum incenduntur: parum flauabilis, inſtar aridorum, & propterea ſquallidam febrem efficit, hoc eſt cum pauco admodum fumo. Definitur ergo febris, quam nunc tractamus, calor in humoribus cordis innatus ad igneum vergens, ad eo ut lædat actiones, acris & fumoſus: quod ſi addas definitioni ob putredinem, hæc

cauſa

a *In duobus antec. lib.*

b *Supra l. p. cap. 2.*

c *Supra l. 2. cap. p.*

d *Gal. l. p. de differ. feb. c. 7.*

e *Gal. 2. criſium c. 3. & p. 6. epi. com. 29.*

f *Galen. p. ad Glauc. c. 7.*

cauſa magis propoſitam febrem explicabit. Refertur calor præ ternaturam ad immoderatam temperationem, quæ aut æqualis eſt, aut inæqualis; in febre hæctica cum ſolidæ partes calorem conceperint, eſt *a* æqualis: ſed inæqualis cum febris ſequitur pu tredinem, quandoquidem cum humores *b* calefacti ſunt, ſolidæ partes caleſiunt, ideo non eſt eadem immoderata temperatio omnium partium cordis. ſed cum febris hæctica facta ſit, quod ſolidæ partes calorem iam conceperint, non habent amplius cau ſam. Ea quæ putredinem ſequitur aſſidue *c* fit, putreſcentes.n. humores aſſidue ſolidas partes calefaciunt, & ideo ſunt cauſæ cur illæ incaleſcant: habet ergo febris hæc, cum aſſidue fiat, cau ſam continentem: hæc autem eſt putredo ad quam tractandam nunc aggredimur.

a *Gal. l. de inæquali intēpe. cap. 5.*
b *Gale. 1. de diff. feb. c. 1.*
c *Gale. l. xi. meth. c.*

De Putredine & Cauſis febris conſiſtentis in humoribus putribus. Cap. II.

PVtredinem, latini, *d* σαπρότητα græci, nominant interitum rei abſolutum & naturalem; via verò ad interitum ét naturalem, veluti ſenium, non appellatur à græcis σαπρότης, ſed in animalibus *e* γῆρας, in ſtirpibus αὔανσις: at neque ille interitus quem efficit cauſa violenta, appellatur putredo, veluti cum ignis extinguitur, ſed tantùm ille qui naturalis eſt, veluti eorum quæ ætate tabeſcunt: huiuſmodi tantum appellat Plato naturalem mortem, aliam verò omnem violentam: nihil ergo proprie dicitur putre, niſi quod & ex toto, & naturaliter interijt: ea quibus adiungitur fætor, minus proprie dicunt græci σήπεσθαι, *f* latini putreſcere. Eam quæ proprie dicitur putredo, cum res ex toto & naturaliter interit, definit *g* Ariſto. interitum interni caloris in humore, ob calorem externum, hoc eſt aeris circunfuſi: in quà definitione, ſeruat regulam illam ad quam diriguntur definitiones *h* accidentium: ſumit enim genus à forma, differentias partim à ſubiecta materia, partim à cauſa: pro forma, tanquam genus ponit interitum: pro ſubiecta materia, tanquam differentiam, ponit interni caloris in humore: pro altera differentia, tanquam cauſam externam, addit ab externo calore, hoc eſt aeris circunfuſi: quæ cum ſubobſcura ſint, non alienũ eſt aperire. Inde autem exordiemur quod putredo opponitur

d *Ariſt. 4. l. metheo. c. 1.*
e *Gal. l. 1. de Tu. val. c. 2*
f *Gal. l. ſimpl. c. 15.*
g *Ari. 4. metheo. c. 1.*
h *Ariſt. l. 7. Diuinorum.*

procreationi: quæcunq; autem procreantur, gignuntur ex quatuor elementis, ex calore, frigore, humore, ac ſiccitate: *a* calor habet vim formæ, humor materiæ; hic terminatur, ille terminat; ſed quia ſimplex calor, materiam potius abſumit quam terminet, neceſſe eſt temperetur frigore, ſicut ſimplex humor ſiccitate: nam per sè nimis difflueret ac dilaberetur: cum res naturaliter interit, neceſſe eſt ſimul intereat internus eius calor in humore quò continetur, & hoc pacto putredo procreationi contraria eſt, cum in hac calor frigore temperatus, terminet humorē temperatum ſiccitate, in illa intereat calor, & non amplius terminet humorem. Sed cum Ariſt. *b* ponat putredinis cauſam, externum calorem, hoc eſt aeris circumfuſi, reuocatur in dubium qui fieri poſſit vt calor à calore interimatur, cum omnia conſeruentur à ſimili, interimantur à contrario. Videtur internus calor debere ob frigus interire, ſed non ob calorem aeris circumfuſi: hoc facile diluet, qui in memoriam reuocabit, calorem nō tantum à contrario, vt à frigore extingui, ſed etiam interire ob inopiam alimenti quemadmodum idem *c* Ariſt. alibi tradidit: extinctio à frigore, violenta eſt: interitus ob inopiam pabuli, naturalis: auolat calor cum humore tanquam alimento deſtituitur, & non poteſt amplius retineri. Calor ergo aeris circunfuſi allicit ad sè internum humorem, cum quò ſimul exit calor alimento deſtitutus. Ob hanc cauſam, apparent quæ putreſcunt extrinſecus humidiora, quod. ſ. euocetur humor ad partes externas, ob quem conſpiciuntur ſubnigra quæ putreſcunt: nigredo enim ſequitur humorem. Quæ ex toto putruerunt, alba ſunt, quod abſumpto humore, ſicca euaſerint: ſed præter calorem externum, addit Ariſt. *d* concurrere etiam internum frigus ad efficiendam putredinem: neque .n. putruit adhuc id cuius calor aliqua ex parte ſeruatur: cum perit internus calor ſuccedit frigus, & tunc res ex toto putreſcit, concurritq; cum calore aeris circumfuſi internum quoq; frigus ad putredinem efficiendam. Porro *e* putreſcunt omnia, tam elementa, quam quæ ex elementis coagmentantur, excepto igne, cuius calor adeo ingens eſt, vt à calore aeris nequeat ſuperari. Sed cum in putredine intereat internus calor in humore, videntur non poſſe putreſcere ea quæ non ſint calida & humida: quamobrem ex elementis, tantum aer videtur poſſe putreſcere, nam aqua caret calore; terra calo-

a *Vidus l.1. de Tu. vale. gen.c.6.*

b *Ari.4. me theo.c.1.*

c *Ari.l.de iuuentute. & ſenectu.c.3. & l.3 de celo tex.52.*

d *Ari 4. me theo c.1.*

e *Ariſt.ibid.*

re & humore: conſtat autem & aquam, & terram quoq; poſſe putreſcere, quoniam neutrum elementum purum eſt, ſed cum aqua aliquid eſt admiſtum caloris, cum terra aliquid caloris & humoris, atq; ob hanc cauſam putreſcunt: quæcunq; verò ex elementis coagmentantur, quò humidiora ſunt, eò citius putreſcunt, quò ſicciora, eò magis putredini renituntur: quamobrem quæ dura ſunt *a* & amara, minus putreſcunt quam quæ mollia & dulcia. Ex malis punicis ſcribit *b* Theophraſtus facilius putreſcere dulcia quam alia: celeriter etiam putreſcunt quæ calido & humido *c* loco continentur, quod humorem ſuperantem contrahant, & ab externo calore valido euocetur internus. Renituntur cauſis putredinem efficientibus quæcunq; aut magna ſunt, aut mouentur: parua, facilius ſuperantur, & minorem habent retinendi vim: quæ quieſcunt ob aſſiduum eiuſdem aeris contactum, facilius *d* afficiuntur quam quæ mouentur, & locũ mutant *e* atq; aerem circumfuſum: propterea perſpiratus putredinem arcet. Quod ſi vinum in vtre non pleno *f* agitatum, magis putreſcit, quam quod in vtre pleno non dimouetur, id non tribuendum eſt proxime motui, ſed vaporibus excitatis, qui concluduntur in vtre, & inſtar calidi aeris circumfuſi vim habent calefaciendi.

Hæc quæ dicta ſunt de putredine in vniuerſum, nunc perpendenda ſunt proprie in humorum putredine quæ nobis propoſita eſt. Definiuimus autem putredinem in vniuerſum, g interitum caloris interni in humido à calore externo, hoc eſt aeris circunfuſi: inſpiciamus an genus & differentiæ in hac definitione poſitæ aptentur humorum putredini quam nunc tanquam continentem cauſam propoſitæ febris tractamus. Loco generis quod à forma accipiendum *h* eſſe demonſtrauimus fuit interitus quem diximus debere eſſe abſolutum & naturalem: nam vbi aut non abſoluatur, aut violentus ſit, non dicitur putredo. Poſſunt humores ex toto putreſcere, ita ut exhalantibus partibus humidis, reſtent quaſi cinis ſiccæ & terrenæ, quæ exiguæ admodum ſunt, neque ex foraminibus *i* cutis exeunt, ſed manifeſte cum vrina aut deiectione expelluntur. Verum illa putredo humorum quæ febrem accendit, adhuc fit, & non eſt ex toto facta; in ea enim quæ ex toto facta eſt, exhalauit internus calor k & ſucceſſit frigus, ita vt non poſſit accendi febris: ſed cum fit ab

a *Gal. 4. ſimplic. c. 20.*

b *Theophraſtus l. 3. de cauſ. plant. c. 27.*

c *Ariſt. 5. de gene. anim. c. 7. & Gal. l. xi. met. c. 4*

d *Gal. ibid.*

e *Plato in Theeteto et Ariſ. li. 13. probl. tex. 7*

f *Ariſt. l. 22. probl. tex. 4*

g *Ariſt. l. 4. met. cap. 1.*

h *Paulo ante*

i *Galen. 3. de præſag. pul. c. 7.*

k *Ari. 4. metheo. c. 1.*

externo calore, euocatur internus humor putreſcentis materiæ, & ita excitatur febris, ſicuti etiam cum pus conficitur, magis quam vbi confectum eſt quemadmodum Hipp. *a* tradidit. Putredo igitur humorum febrem efficiens, non eſt abſoluta & ex toto facta, ſed partim fit, partim facta eſt: alienatur autem putreſcens humor, nunc magis, nunc minus, velut in abſceſſibus, à quibus modo ſanies effluit cruda & praua, modo pus coctum, album, lene, & æquale. Eadem ratio eſt humorum qui diffuſi putreſcunt, modo.n. valde alienantur, modo ſemiputres ſunt: demonſtratur hoc ab his quæ reſident in vrina, ſunt.n. *b* ſimilia his quæ effluunt ex abſceſſibus: humores qui ſemiputres sũt vt in curatione docebimus concoqui poſſunt & in alimentum conuerti, qui verò valde putres, neceſſe eſt educantur: ſed cum febrem accendunt ſatis oſtendimus non dum computruiſſe ex toto. Quod verò dicebamus interitum qui pro genere ponitur in definitione putredinis, eſſe naturalem & non violentum, non videtur valere in humoribus cum putreſcant ex morbo, ſed tantum in his qui ætate ac ſenio conficiuntur: ſolum.n. hunc interitum Plato dicit eſſe naturalem, cæteros iudicat violentos: eatenus tamen dici poteſt humorum putredo naturalis, quatenus non apparet externa violentia, veluti in his quæ ab igne vertuntur in cinerem: eſt autem & putredo & morbus naturalis, habita ratione ſi non formæ, *c* ſaltem materiæ. Hactenus de genere, pergamus ad differentias, quas duas poſuimus; priorem ſumpſimus à ſubiecta materia, cum diximus caloris interni in humido: non videtur hæc omnibus humoribus conuenire, ſed tantum ſanguini, qui cum calidus ſit & humidus, poteſt putreſcere ita ut intereat internus eius calor in humido. Cæteri humores non videntur poſſe putreſcere, cum aut non ſint humidi, veluti flaua bilis, aut non ſint calidi, veluti pituita, aut neque calidi neque humidi ſint, veluti humor melancholicus: conſtat tamen omnes putreſcere, quare id de ipſis dicendum eſt, quod de elementis *d* ante dictum fuit, non eſſe ita puros ac ſimplices, ut non ſit in omnibus aliquid humoris & caloris, propter quem poſſint putreſcere; celerrime autem putreſcunt qui calidi ſunt & humidi, vt ſanguis: deinde illi in quibus exſuperat calor & ſiccitas, vt bilioſi: tum in quibus frigus & humor, ut pituitoſi: poſtremo in quibus frigus & ſiccitas, ut melancholici. Altera

differentia

a Hippo. 2. aph. 47.

b Gal. p. progno. ult. & p. de alim. facultat. c. 2.

c Ariſto. l. 4. de Gener. anim. c. 4 & l. 2. phyſic. Tex. 88. & Tex. 89.

d Paulo ante.

differentia ſumpta eſt à cauſa efficiente,quam poſuimus externum calorem,hoc eſt aeris circunfuſi: euocat hic internum humorem,cum quò ſimul exhalat internus calor : euenit hoc ut aliis rebus putreſcentibus, ita etiam humoribus noſtri corporis,ad quos per aſperam arteriam, per arterias leues, per foramina cutis,permeat externus aer,ob quem putreſcunt : quamquam ſine hoc putreſcunt etiam ob calorem qui præternaturã in noſtro corpore continetur, *a* quemadmodum ubi inflammatis ſpiritibus diaria uertitur in eam febrem quæ reſidet in humoribus putribus: ſæpe etiam clauſis canalibus,aut paruis foraminibus cutis, calida expiratio retenta quaſi aer circunfuſus putrefacit humores circa quos uerſatur , neq; .n. eſt interna ſi cum ipſis comparetur,ſed externa: apparet igitur quo pacto definitio tradita de putredine in uniuerſum aptetur humoribus qui putreſcentes febrem accendunt .

a *Gale. 9. meth. c.p. & p. de diff. feb. c.7.*

Locus ubi putreſcunt humores qui febrem excitant,quaſi focus ubi ligna incenduntur,uel *b* communiter ſpectat ad uniuerſum corpus,uel ad aliquas partes: ſi ad uniuerſum corpus,includuntur in uenis,ſi ad aliquam partem,aut ſimiliter includuntur in uenis aut extra uenas,uel diffuſi,uel in paruis foraminibus adſtricti,quales ſunt qui inflammationem *c* faciunt , quam eraſiſtratus *d* ſemper uoluit eſſe cauſam propoſitæ febris,& propterea prohibuit potionem aquæ frigidæ,qua tamen conſtat ardentes ſanari,pleræq; igitur febres humorum putredinem ſequentes, ſine inflammatione fiunt: quæ uerò hanc ſequuntur, ſymptomata à ueteribus *e* nominantur:quicunque autem illis laborant, non dicuntur febricitantes,ſed frenetici, pleuretici, peripneumonici,aut alio eiuſmodi uocabulo . Expoſita continente ac proxima cauſa earum febrium quæ reſident in humoribus putribus,putredine uidelicet: ſequitur ut alias exponamus,quæ non proxime,ſed alio interiecto medio eiuſmodi febrem accendunt: talis primum eſt ea quæ proxime putredinem excitat,calor uidelicet *f* externus hoc eſt aeris circumfuſi : habet autem expiratio retenta in corpore uim aeris circumfuſi : cum non ſit propria humoris,ſed externa: eſt igitur proxima cauſa putredinis,calor externus, ſiue aeris,ſiue quod plerumq; accidit calida expiratio retenta. Vt autem libero per ſpiratu *g* defenduntur à putredine quæ extra corpus noſtrum ſunt,ueluti aqua, aer, car-

b *Gal. xi. meth. c.4.*

c *Gale. l. 11. meth. c.7.*

d *Gal. de cauſ. procatarcticis c. 2.*

e *Gal. 4. aph. 73.*

f *Ariſt. 4. metheor. c.p. et Gale. l. 11. meth. c. 8.*

g *Gal. xi. meth. c. 4.*

nes; &

nes;& eadem putreſcunt ubi concluſa ſunt,& perſpiratu priuantur: ſic humores in corpore noſtro cum perſpiratum habent, defenduntur à putredine, putreſcunt cum eo priuantur; quod accidit,cum interni canales,uel externa foramina clauduntur ipſius cutis,& non permittunt exire calidam expirationem, præſertim corporibus putredini oportunis,qualia ſunt calida & humida,& quæ redundant multis ſuccis præſertim prauis: ea item quibus innatus calor eſt imbecillus ita ut reniti non poſſit, ſed uincatur ab externo,quemadmodum ſenibus,in quibus alioquin ob cruditatem, humorum ſuperat multitudo. Valde etiam eſt oportunus putredini locus calidus *a* & humidus, ſiue externus ſiue internus: appello externum locum aerẽ ipſum in quo degimus, qui quatenus calidior eſt, ad putrefaciendum eſt efficacior,quatenus humidior,ſimiliter afficit corpus noſtrum,quod humidius redditum, magis putredini exponitur: Internum locum appello illum in corpore noſtro ubi continentur humores; qui ob eamdem cauſam ſi calidus ſit & humidus, plurimum ad putredinem confert,quo nomine facile illa putreſcunt quæ in ore,aut *b* partibus genitalibus continentur. Non ſolum autem à prohibito perſpiratu,uerum etiam à contactu rerum putrium accenditur putredo in corpore noſtro: aer putris, *c* ſiue ob aſpirationem auerni,ſiue ob multitudinem cadauerum, ſiue ob uapores à paludibus exhalantes, ſiue ob pluuiarum multitudinem & æſtum citra perflatum,permeans per corpora noſtra putrefacit humores,& interdum etiam ſolidam ſubſtantiam cordis, quemadmodum in febre *d* peſtilenti. Partes quæ computruerunt,ueluti quæ gangrena detinentur,putrefaciunt alias quas *e* attingunt,& deniq; totum corpus,niſi abſcindantur. Præter prohibitum igitur perſpiratum, poteſt rerum putrium contactus putrefacere:quæ enim putria ſunt,ubi non dum ex toto putruerunt,calidiora ſunt,& humidiora,atq; idcirco præbent uim efficientis,& materiæ: quamquam poſſunt etiam cum inhæreſcũt perſpiratum prohibere,& putredinem afferre. Maxima igitur ex parte proxima cauſa putredinis in corpore noſtro, eſt prohibitus *f* perſpiratus. Medicamenta uerò quæ græce *g* σηπτικὰ uocantur,quamuis putrefacere dicantur partes noſtri corporis ad quas admouentur, magis tamen exceſſu caloris,& tenuitate partium eas erodunt,quam putrefaciant:neque enim ſunt calida & humida,

a *Gal. ibid.*

b *Gal.6. catatopus.*

c *Galen.1. de diff. febr.c.2 & 4.*

d *Galen.3.de præſag. pulſuum.c.3.*

e *Gal. xi.metho. c.8.*

f *Gale. ibid.*

g *Gal.5.ſimpliciũ.c.15.*

humida,ſicut illa quæ proprie ad putrefaciendum conferunt. Prohibetur autem perſpiratus,clauſis uel internis canalibus,uel externis foraminibus cutis: clauduntur autem cum *a* uel adſtringuntur,uel obſtruuntur. Obſtructio plerumq; putredinem excitat:& febrem in ea reſidentem: raro autem & non niſi parua admodum ſit excitat diariam. Adſtrictio foraminum cutis plerumq; diariam febrem *b* efficit; poteſt tamen & putredinem afferre corpore putredini obnoxio: ſed internis canalibus adſtrictis, facile putreſcunt humores. Reſtant cauſæ adſtrictionis & obſtructionis obſtruunt *c* humores craſſi glutinoſi,non tantum internos canales,ſed etiam externa foramina cutis,ad quæ concitantur ex motu, ira, æſtu, qui proxime ſuccedat frigori. Adſtrictio fit à frigidis, ab acerbis,ab exſiccantibus in foraminibus cutis: ſed in internis canalibus,etiam *d* à comprimentibus, ſiue ſint externa,ut uincula,ſiue interna,ut tubercula & tumores. Enarrauimus cauſas omnes quæ uel proxime, uel alio interiecto medio febrem accendunt in humoribus putribus reſidentem: ex illis, aliæ ſunt cauſæ *e* & ſymptomata, ut prohibitus perſpiratus,qui eſt expulſio ablata uel imminuta: aliæ cauſæ & morbi ſimul,ut adſtrictio & obſtructio: aliæ ſunt cauſæ tantum, ut putredo & ea à quibus fieri diximus adſtrictionem & obſtructionem.

a *Galen.l.de cauſ. morborum c.7.*

b *Gale.8.meth. c.2.*

c *Gale.8.meth.c.4.*

d *Gale.8.meth.c.4.et de cauſ. morb. cap.7.*

e *Gal.xi.meth. c.9.*

De ſymptomatibus ſequentibus in uniuerſum febrem ab humorum putredine exortam. Cap. III.

EX tribus præternaturam quæ ad febrem in humoribus cōſiſtentem attinet, duo iam abſoluimus,morbum ſcilicet,& cauſam: ſupereſt tertium, ſymptoma videlicet, quod multiplex incidere ſolet,cum ob febrem ipſam, tum ob cauſam, hoc eſt ob humorum putredinem. Symptomata quæ ob febrem ſequũtur, non alia ſunt,quam quæ ſupra *f* enarrauimus, cum febrem in vniuerſum tractaremus: tanto autem validiora ſunt in hac febre, quam in diaria, aut hæctica,quanto hæc maior illis eſt & ardentior:ſiquidem diaria parua eſt & lenis,hæcticæ calor neq; magnus neq; ardens percipitur,quamuis diutius hominem tangenti videatur acrior. Repetamus ſummatim illa ſymptomata quæ conſequuntur febrem ob vim caloris,quatenus calefaciendo ſic-

f *Supra l.p. c. 4.*

do ſiccat quæ humida ſunt,& liquefacit quæ concreta: febris ſiccando, vigiliam, ſitim, neruorum diſtentionem affert: præterea adſtringit aluum,& linguam primo arefacit, tum exaſperat, & tandem perrumpit,perinde atq; aer æſtiuus terram quantumuis pinguem. Concitat verò liquefaciendo deſtillationem, grauedinem, raucedinem,alui profluuium,& plurimum mouet vrinæ atq; ſudoris. Eliquat ardens prauaq; febris partes humidiores, ita ut euidenter detrudantur: ſed in febre hæctica maraſmode tabefiunt partes veræ ſolidæ, ſiccæ ac duriores, & quod liqueſcit in vapores digeritur,ita ut non ſit perſpicua eius expulſio. Huiuſmodi ſunt ſymptomata quæ ob febrem conſequuntur: ſpectant autem partim ad actiones læſas, partim ad ea quæ præternaturam retinentur atq; expelluntur, partim ad qualitates mutatas. Pergamus ad ea ſymptomata quæ ab humorum putredine oriuntur, alia autem apparent in aliis partibus prout humor putris aut in illis reſidet,aut ad eaſdem tranſmittitur; tranſmittitur autem non ſemper ipſe humor, ſed interdum fuligo, *a* quæ plurima exhalat à pituita putreſcente, modica à ſanguine,& flauabile,pauca ab atra. Non ſolum autem varia ſymptomata oriuntur prout variæ partes tentantur à putri materia, ſed prout ipſa etiam varia eſt pituitoſa,ſanguinea,biliosa,melancholica; ſi feratur ad caput,dolorem eius affert: proprie autem fuligo ſi cerebrum tentet, facit delirium; *b* Si flaua bilis inhæreat membranis cerebri,efficit vigiliam & *c* freneſim: ſi pituita *d* cerebrum occupet,lethargum excitat, & grauiorem ſomnum efficit: vbi materia putris uerſetur in auribus, *e* ſurditatem affert: vbi in naribus,ſtarnutamentum aut fluxum ſanguinis: vbi in lingua,deprauationem guſtus; combibitur .n. ob eius raritatem ſpongijs aſsimilem, quo fit vt eſculenta & poculenta non guſtentur amplius ſui ſaporis, ſed illius cuius ſunt ſucci quos lingua accepit: accipit autem tenuem partem ac ueluti ſerum, cuiuſuis putreſcentis ſucci,vel à cerebro ad ipſam deſcendentis, uel ab inferioribus partibus,vt à pulmone, ventriculo,vtero,ad eandem tranſlatis: quorum colore etiam inficitur, ob quem *f* monſtrat quales ſint in corpore putreſcentes humores: recte etiam traditum fuit ab Hippoc. *g* eiuſdem coloris eſſe linguam, cuius eſt vrina cum vtraq; à redundantibus ſuccis inficiatur: quamquam inficitur etiam lingua à fuligine quam excipit ex humoribus

a *Galen. p. de diff. febr. c.5*

b *Gale.3.6.epid.com.36*

c *Gale 2.p.epid.com.73*

d *Gal.13.meth.c.21.*

e *Hipp.et Galen.4.apho.60.*

f *Hipp.et Gale.5.6.epid.14*

g *Hipp. ibid.*

moribus

moribus putreſcentibus in uentriculo, aut pulmone. Si materia putris in thorace ſit & pulmone, quatenus loci anguſtiam affert reſpirationem lædit, ſed quatenus infeſta eſt, expultricem facultatem irritat, & tuſſim mouet. Eadem ſi tentet cor, vires debilitat, ita vt ſequatur animæ defectio, præſertim vbi valde putris ſit: ſi verſetur in ore uentriculi, ipſum mordet, & uires conuellit, ita ut ſuperueniat animæ defectio, non ſecus atq; ubi læditur cor. Sequitur etiam affecto uentriculo ſingultus, nauſea, uomitus, faſtidium; cum fertur ad inteſtina, efficit alui profluuium & interdum tormina; ſed ubi fertur ad cutem, frigus affert, nō tam ubi frigida eſt, quam etiam ubi calida: inalgeſcunt .n. partes externæ cum calor contrahatur ad internas, interdum aūt non ſolum ſentiuntur frigidæ, ſed etiam concutiuntur; quod ſi cum frigore ſola cutis agitetur, dicitur *a* græce φρίκη latinæ horror; ſi cum frigore externarum partium, non tantum cutis, ſed totum corpus concutiatur, eiuſmodi ſymptoma uocatur à græcis *b* ῥίγος, à latinis grauis horror: ſi quidem rigor apud latinos diſtentionem ſimul ac duritiem à frigore ortam ſignificat, rigereq; dicuntur quæ ualde refrigerata ſunt: uocatur etiam rigor neruorum ille qui à græcis appellatur τέτανος: nos tamen horrorem concutientem, ut ab altero horrore diſtinguamus, appellabimus rigorem, ſicuti nunc uulgus medicorum ſolet. Superueniunt hæc principio acceſſionum quò tempore calor inquit Hipp. *c* accenditur in thorace, & fertur ad caput, quò fit ut extremæ partes relinquantur frigidæ, quæ propter oſſa ac neruos frigidæ ſunt: ſed cum remittitur acceſſio, diffunditur calor per uniuerſum corpus ex thorace, ita ut pedes calidiores reddantur, quàm ſit ipſe *d* thorax: hoc autem tempore acceſſionis quò calor ad pedes deſcendit, conuenit *e* hominem alere. Sed relicto frigore, ſpectemus horrorem ac rigorem, & eius cauſas, in quibus tractandis, ob rei difficultatem diutius inſiſtemus. Horror ſimpliciter quem græce diximus appellari *f* φρίκην, eſt ubi cum frigore externarum partium ſola cutis dimouetur, ueluti mare flante fauonio: differt autem à graui horrore, qui græce nominatur ῥίγος à iunioribus latinis rigor, quoniam ſub hoc unà cum frigore partium externarum, non tantum concutitur cutis, ſed ſimul etiam quiuis muſculus, & propterea uniuerſum corpus: quamquam accipitur ῥίγος à græcis aliquando pro uehementi

a *Gal. l. de Tremore rigore ca. 6.*
b *Gal. ibid.*
c *Hippo. 4. acut. 39.*
d *Hipp. ibid.*
e *Hipp. ibid. & p. acut. tex. com. 46*
f *Gal. l. de rigore c. 6.*

menti frigore quod ſine ulla agitatione ſentiunt corpora ſana: in ægrotātibus tamen notat cum frigore agitationem omnium partium, atq; hoc pacto accipimus rigorem de quò nunc loqui inſtituimus. Definitur autem non ſimpliciter frigus, aut etiam frigus uehemens, ut nonnulli uoluerunt, ſed adeo moleſtum, ut *a* omnes partes corporis concutiantur: neq; enim rigent omnes qui aut frigore ſimpliciter, aut etiam uehementi præhendũtur, niſi adeò moleſtum ſit, ut partes corporis inæqualiter dimoueat: hic motus quem definitioni rigoris adiicere oportet, præternaturam eſt, ueluti palpitatio, neruorum diſtentio, tremor, à quibus tamen omnibus diſſidet: à palpitatione *b* quidem, quoniam hæc pauca, rara, & tarda eſt: ille contra multus, cum diutius perſeueret: celer: cum uelociter fiat, frequens, quia parum intercedit quietis inter duos contrarios motus quibus continetur. Differt à diſtentione neruorum, quæ ſimiliter *c* eſt motus earundem partium motui uoluntario inſeruientium, quoniam hæc, quamuis præter uoluntatem accidat, eſt tamen ſimilis motui uoluntario, ille agitatio quædam inæqualis. Diſtat & à tremore (quamuis Plato, *d* & Ariſt. *e* utrumq; eundem eſſe motum exiſtimare uideantur) quod licet ambo ad muſculos pertineāt, ad tremorem efficiendum concurrat uoluntas, rigor ſit omnino præter uoluntatem, cui reniti homo minime poteſt, quamuis maxime contendat, contineaturq; ab alijs: præterea rigor, eſt totius corporis, tremor, unius partis duntaxat. Sed iam tempus eſt rigoris cauſam exponere, quem & motus, & frigus efficit. Efficit motum facultas expultrix *f* contendens inde excutere quod moleſtum eſt, expellit primo pars ſentiens ad uicinam, donec omnes dimoueantur concutiaturq; uniuerſum corpus, dũ abiiciatur id quod moleſtum eſt: hinc itaq; proficiſcitur agitatio. Frigus quod ſimul ſentitur, poteſt oriri à cauſa frigida irritante facultatem expultricem; ſed quia oritur etiam ubi ea calida *g* fuerit, aliud cauſari oportet à quo refrigerentur partes externæ, nam internæ rigentium calidæ ſunt: id autem non aliud eſt quam contractio *h* calidi innati ad partes internas. Conſiſtit innatum calidum in ſpiritu & ſanguine, quibus cum deſtituuntur externæ partes, quod confugiant ad internas, relinquuntur frigidæ: contrahitur autem innatum calidum quo expultrix facultas, natura, & ſenſus continetur, cum aliquid moleſtum percipit,

a *Gale. ibid.*

b *Gale. 2. de cauſ. ſympt. cap. 2.*

c *Gal. de rigore c. 8.*

d *Plato in Timeo & Gal. l. de rigore cap. 7.*

e *Ariſto. l. 3. probl. 25.*

f *Galen. 2. de cauſ. ſympt. cap. 2.*

g *Gal. l. de rigore c. 6. & l. 2. de cauſ. ſympt. ca. 5.*

h *Gal. ibid.*

cipit, ſed quia contractum non poteſt ſeruari ſine perſpiratu, neceſſe eſt rurſus extra feratur, quod ſine magno impetu fieri non poteſt, cum à re moleſta externa prohibeatur quam connon intendit expellere. In hac pugna ac motu innati calidi, uiciſſim intro & foras, concutiuntur omnes partes corporis, & ita ſimul fit cum frigore agitatio, & propterea rigor: quem affectum oẽs uoluerunt eſſe caloris, & illi etiam ipſi qui innatum non cognouerunt, ueluti Aſclepiades, qui ſolum poſuit aduentitium: incipit autem à lumbis & dorſo rigor, ut docuit Hippocr. *a* quoniã hæ partes frigidiores ſunt quam anteriores, quæ raræ ſunt & piloſæ: facilius autem in eum incidunt fœminæ, quod frigidiores ſint quam mares: à dorſo per ſpinæ medullam afficitur cerebrum, quod & frigidum eſt & molle, ita ut facile noxam accipiat, quæ inde etiam impertitur neruis & muſculis omnibus, ita ut non mirum ſit ſi uniuerſum corpus concutiatur. Perſpecta proxima cauſa rigoris, quæ eſt facultas expultrix & natura ipſa innato calido contenta, cum contrahitur & effunditur, cum hoc eueniat quia percipit rem moleſtam, qualis hæc ſit iam nunc uidendum eſt. Quamuis rigor ſit affectus frigidus, cauſa irritans facultatem expultricem non propterea ſemper frigida eſt, ſed poteſt etiam eſſe uel calida, uel neq; calida neq; frigida: id quod perſpicuum erit, ſi omnes & euidẽtes, & abditas cauſas à quibus oritur intueamur: conſtat euidenter rigorem fieri à ſubita *b* perfuſione calidæ uel frigidæ aquæ: ab acribus medicamentis ſuperdatis parti *c* ulceratæ, à timore, ab auditu & aſpectu terribilis alicuius rei: contrahitur. n. calor intro & externas partes relinquit frigidas, cumq; rurſus extra fertur & excutit quod moleſtum eſt, agitatur uniuerſum corpus: at timor ac tremor, neq; in calidis, neq; in frigidis numerari poteſt: interna uerò cauſa, ſiue ſit humor, ſiue *d* exhalatio ac flatus, mordet & moleſta eſt, aut calore, aut frigore: plerumq; autem excitat rigorem flauabilis quæ ad cutem expellitur, tum in tertianis principio acceſſionum, tũ in ardentibus *e* cum ſoluuntur: detruditur enim ex venis materiablioſa, quæ tandem educitur per ſudorem: ſed interea, dum à muſculis excutitur, ſequitur rigor: eundem efficit & humor melancholicus, qui per ſe frigidus eſt: ſed putreſcens incaleſcit, ita vt tam *f* calore quam frigore moleſtus ſit, quemadmodum apparet initio quartanæ acceſſionis: videtur autem illa moleſtia pene-

a *Hipp. 5. aphor. 70.*

b *Gale. 2. de cauſ. ſympt. cap. 5.*

c *Gale. 2. prognoſt. com. 58.*

d *gal. 10. meth. ca. 4.*

e *Hippo. 4. apho. com. 58*

f *galen. 2. de cauſ. ſympt. cap. 5.*

penetrare vſq; ad oſſa, iungiq; cum morſu manifeſtum frigus, contra quam in tertiana, in qua ſentitur magis acrimoniæ mo-
a gale. l. de rigore. cap. 7. leſtia, quam frigoris: fit ſimiliter rigor *a* à pituita cruda, qualis illa eſt quam Praxagoras vitream appellauit, ſed lenis eſt, neque excitatur niſi cum homo dimouetur: non enim poteſt pituita cum extenuatur ad tenuitatem flauæ bilis peruenire, & ideo magnum rigorem excitare: accidit autem potiſſimum mulieribus,
b gal. ibid. & l. 2. de cauſa ſympt. c. 5. & his qui in *b* ocio degunt, multiſq; ac frigidis ſuccis nutriũtur, redundantq; humoribus crudis, præſertim vbi poſt cibum exercentur, aut calida aqua lauantur. Accidit autem etiam ſi non febricitent, & non tantum ſemel, ſed etiam repetit: id quod non
c galen. 2. de cauſ. ſympt. c. 5. et Hipp. in principio libri de morbis. eueniebat Hippo. *c* ſeculo, cum homines parcius viuerent, & magis exercerentur; tunc enim vt ipſe teſtatur, rigorem ſemper ſequebatur febris, neq; enim fiebat rigor qui non degeneraret in febrem, quod accenderuntur humores vt qui minus crudi eſſent. Scribit autem Epicratis *d* vxorem quæ multis craſſis ſuccis abundabat, primo & ſecundo die in rigorem incidiſſe, neq; fe-
d Hippo. 3. p. epid. 22. brem ſequutam eſſe niſi tertio. Expoſita cauſa rigoris, non difficile eſt illam inueſtigare, quæ horrorem facit: eadem enim eſt ſed leuior, ſicuti horror idem ſymptoma eſt quod rigor, niſi,
e gal. 2. de differ. febr. c. 7 et 2. de cauſ. ſympt. cap. 5 quod *e* leuius eſt: cum frigore enim ſola concutitur cutis. Cauſa igitur, veluti humor, ſi parum admodum moleſtus eſt vix ſentitur, ita ut uel nullum excitet ſymptoma, vel inæqualitatem duntaxat: ſi paulo moleſtior ſit, efficit laſſitudinem: ſi magis infeſtus horrorem: ſi moleſtiſſimus, rigorem. Proficiſcitur maior & minor moleſtia, partim à corpore ægrotantis, partim ab ipſo humore: in corpore ægrotantis attendimus vires & ſenſum: vires validæ, leuius ſymptoma efficiunt, quod renitantur, & idcirco contemnant cauſam lædentem: contra imbecillæ, cum magis offendantur, & minus reniti poſſint, magis contendunt excutere quod noxium eſt, & idcirco grauius efficere ſymptoma, niſi vbi ob ſummam debilitatem non audeant pugnare cũ cauſa lædente. Quod attinet ad ſenſum, ſi acris eſt, magis percipit quæ moleſta ſunt, magiſq; excitatur natura ad ea expellenda, fitq; grauius ſymptoma quã ſi hæbes: materia verò ſi pauca eſt, ſi lenis, ſi quieta, leue excitat ſymptoma; contra ſi multa, ſi acris,
f gal. l. de rigore. cap. 7. ſi moueatur. Nunquam uerò excitat rigorem quod ſymptoma grauiſſimum eſt, niſi *f* moueatur: mouetur autem & à nobis

cum

cum exercemur, cum verſamur in ſole, aut in balneo: ſponte autem cum transfertur ex vna parte ad aliam, & vt tradit Plato in Timeo, fit rigor à bile cum influit, hoc eſt cum mouetur: nō poteſt autem per ſe multitudo & frigus ac calor humoris rigorem facere niſi moueatur, nam & hydropes & Arquati qui magna copia flauæ bilis, vel pituitæ opprimuntur, non propterea rigent: leuiora ſymptomata poſſunt etiam fieri, ſine motu materiæ. Ea quæ mouetur, quanto velocius mouetur, tanto grauius affert ſymptoma: in vniuerſum igitur grauius vel leuius excitatur, pro vt cauſa validior vel imbecillior eſt, & corpus ægrotantis magis vel minus oportunum eiuſmodi noxæ.

De differentijs febrium humorum putredinem ſequentium. Cap. IIII.

RES præternaturam attinentes ad febrem ex humorum putredine profectam, morbum, cauſas, & ſymptomata, vberrime perſequuti ſumus: reſtant differentiæ quibus illa in vniuerſum diſtinguitur, has cum ſuppeditentur etiam à cauſis ac ſymptomatibus exponere placuit, vt facilius intelligi poſſent poſtquam cauſas & ſymptomata expoſuimus. Omittemus autem & illas quæ ſunt omnino aduentitiæ, cum nihil ad curationem conducant, & illas quibus morbi forma continetur: nam hæ conſtituunt ſpecies, quas explicabimus, vbi abſoluerimus ea quæ in vniuerſum explicanda erant: agemus autem de illis duntaxat, quæ aliquo pacto pertinent ad formam; ſumuntur *a* enim vel à ſubiecta materia in qua reſidet, vel à modo quo in illa verſatur, vel à conſequentibus ipſam, vel à cauſis, vel ab effectis. Attenditur *b* in ſubiecta materia, hoc eſt in corpore ægrotantis, ætas, ſexus, temperatio, robur: Ab ætate ſuppetunt differentiæ quod aliæ febres pueriles ſunt, veluti quotidianæ, aliæ iuueniles, veluti tertianæ puræ, aliæ ſeniles, veluti ardentes illæ quas affert pituita ſalſa. A ſexu, quod aliæ muliebres, vt pituitoſæ, aliæ viriles, vt bilioſæ: ſed hæ omnes differentiæ uidentur ad cauſas referendæ, hoc eſt ad humores putres, & idcirco ēt ad ſpecies, quæ (vt in ſequentibus oſtendemus) diuerſæ ſunt pro diuerſis humoribus putreſcentibus. A temperatione quod aliæ congruæ ſunt veluti ardentes hominibus

a *Supra l. p. cap. 5.*
b *Vid. ibid.*

minibus calidioribus: aliæ non congruæ, veluti eædem frigidio ribus. A robore magno uel paruo, quod mediocres, magnæ ſint comparatæ ad morbum paruum, paruæ ad magnum. Sed pergamus ad modum quò forma reſidet in ſubiecta materia: hic multiplex eſt, vt perfectus & imperfectus, æqualis aut inæqualis, per ſe aut per aliud medium interiectum: efficit autem varius modus, varias febrium differentias; cum forma, hoc eſt calor perfectæ reſidet in ſubiecta materia, tunc contraxit habitum, & occupat ſolidas partes, dicunturq; eiuſmodi febres hæcticæ: ſed quæ nunc nobis proponuntur humorum putredinem ſequentes, non dum perfecte inhæreſcunt, neq; habitum contraxerunt, cum partes ſolidæ non dum ex toto calefactæ ſint, ſed etiam calefiant ab humoribus putribus: pro maiori autem vel minori putredine, magis vel minus hærent, & facilius vel difficilius remouentur. Cæterum immoderatio caloris qua febris cõtinetur, poteſt æqualiter, vel inæqualiter occupare partes noſtri corporis, & ita erit febris æqualis uel inæqualis: Sola aũt hæctica *a* febris æqualis eſt, diaria verò & quæ humorum putredinem ſequitur, neceſſario inæqualis eſt, cum alia ſit temperatio in partibus ſolidis, alia in humoribus & ſpiritibus. Quod ſpectat ad eum modum quem diximus uel per ſe, vel per aliud: ſcire licet, omnes febres eſſe per ſe partium ſimplicium, & per has multiformium: proprie autem quæ conſiſtunt in humoribus putribus, aut ſine inflammatione ſunt, aut cum hac: vbi humores citra inflammationem putreſcunt, febres dicuntur morbi per ſe. Sed ubi adſit inflammatio, hæc proprie appellatur morbus, febres quæ illam ſequuntur dicuntur à veteribus *b* ſymptomata, quod ſymptomatum modo alium morbum ſequantur. Illi verò qui his laborant, vocantur non febricitantes, ſed frenetici, peripneumonici, pleuretici, aut alio eiuſmodi nomine ab inflammatione ducto; quamuis etiam eiuſmodi febres lædant actiones, & idcirco ſint morbi. Conſequuntur formam in ſubiecta materia, quantitas, *c* locus, modus, tempus, ad quantitatem refertur magnitudo & numerus, ſub magnitudine compræhenditur etiam paruitas, vnde aliæ febres dicuntur paruæ, aliæ magnæ. Accipitur magnitudo morbi interdum pro ſpacio *d* maiori, uel minori, quod ab ipſo occupatur, interdum pro parte affecta nobili uel ignobili: utroq; modo accepta refertur ad locum.

a *Gal. l. de inequali in temperie c. 6.*

b *Gal. 4. aph. com. 73.*

c *Supra l. c. 5.*

d *Gal. 4. meth. c. 9.*

Interdũ

Interdum pro prauitate & facilitate morbi,& hoc pacto ſpectat ad ſymptomata & effecta. Interdum pro gradu qualitatis maiori uel minori: hinc dici ſolet, (quamuis minus propriæ) *a* magna febris, cum calor eſt vehemens: parua, cum leuis, atq; hoc pacto aceepta magnitudo ad quantitatem refertur, quemadmodum refertur, plurimum calidum innatum, quod Hippocrates *b* eſſe ait in his qui creſcunt. Numerus, eas ſuppeditat febrium differentias, quod aliæ ſimplices ac ſolæ ſunt,aliæ multiplices ac compoſitæ:componuntur autem cum ſymptomatibus propriam curationem requirentibus,cum cauſis, & cum morbis, præſertim cum aliis febribus. ſiue diuerſi generis,ueluti cũ hæcticis,ſiue eiuſdem,ut cum aliis ab humorum putredine ortis: ſiue ſint eiuſdem ſpeciei,ut bilioſæ omnes, ſiue alterius, ut una bilioſa,altera pituitoſa: quæ ſi eadem hora inuadant, dicuntur etiam *c* confuſæ: ſi diuerſa, appellantur ſolummodo compoſitæ. Locus quem occupat febris quælibet,eſt uniuerſum corpus,& ita quæuis febris communis eſt morbus,nulla *d* proprius, quemadmodum inflammatio alicuius partis: quare à loco, nullæ ſumuntur harum febrium differentiæ.In motu animaduertitur qualitas & modus: conſiſtit qualitas in celeritate & tarditate:ob quam aliæ febres dicuntur celeres, aliæ tardæ: ſed cum celeritas breuitatem,tarditas longitudinem afferat,aliæ febres rurſus dicuntur breues,aliæ longæ: dicuntur longæ, quæcumque *e* ultra quadrageſimum diem trahuntur:breues,quæ citra,ita ut quadrageſimus dies ſit ultimus breuium febrium, primus longarum. Breues ſi continuæ ſint & uehementes,nominantur acutæ, *f* ſiue ſimpliciter, ſicut illæ quæ quatuordecim *g* diebus terminantur,ſiue ualde, ut illæ quæ ante, uel tertio, uel quarto, uel ſeptimo, uel nono, uel undecimo die finiuntur, nominanturque peracutæ ſiue ex recidiua, ut illæ quæ poſt decimumquartum uſquead quadrageſimum. Vocantur autem acutæ ex recidiua,quod cum incæperint ac ceſſauerint, rurſus reuertantur, neq; enim manere acutæ perpetuo poſſunt quadraginta dies, ſed tantum quatuordecim.At neque longæ etiam eodem tempore omnes terminantur, ſed quædam ſexaginta diebus, quædam octuaginta, quædam centum, quædam centum & uiginti,quædam ſeptem *h* menſibus, non nullæ enim quæ hyeme incipiunt, æſtate finiuntur, & ex contrario, hyeme, quæ æſtate:non

a *Gal. contra lycum c. 7.*

b *Hipp. p. aphо. 14.*

c *Gale. 2. criſium. c. 7. & 2. de diff. feb cap. 8.*

d *Gal. de cur. per uenæ ſectio. c. 19.*

e *Hipp. et Galen. p. prog. Tex. cõ. 25.*

f *Gal. 2. de diebus decretoriis. c. 12.*

g *Gal. 2. aph. com. 23.*

h *Gal. et Hippo. aph. tex. com 28.*

te: non nullæ etiam multo diuturniores ſunt, ueluti quartanæ. Modus quem in motu diximus animaduerti, multiplex eſt: primo autem aut unus idemq; eſt à principio uſque ad finem, diciturque à græcis σύνοχος, *a* aut diſtinguitur pluribus circuitibus: ille qui idem eſt, aut eodem *b* modo ſemper procedit, & appellatur ὁμότονος, aut ſemper augeri uidetur, & appellatur ἐπαγμαστικος, aut ſemper minui & dicitur παρακμαστικος, quæ differentiæ tribuuntur febribus illis quæ circuitibus carent: circuitus uerò qui græce dicitur *c* περίοδος, ſignificat æquale tempus quò aliquid ſimiliter reuertitur, ueluti olimpias: ſunt autem alij circuitus ordinati, alij inordinati: ordo qui in ipſis obſeruatur, uocatur à græcis τύπος, circuitus autem ſi quotidie *d* reuertitur, quotidianus eſt: ſi tertio quoque die tertianus: ſi quarto, quartanus; quintanus non apparet niſi rarò & *e* obſcurus: ſeptimanus & nonanus, neque inuenitur, neq; nominatur: at neque reperitur etiam in corpore noſtro humor à quò poſſit proficiſci, ſicuti in ſequentibus oſtendemus oriri à pituita quotidianum, à flauabile tertianum, ab atra quartanum. Ex circuitibus ordinatis, alij repetunt eadem hora, alij anteuertunt, alij tardantur ob vim quandam propriam, præter eam quæ communis eſt, ob quam in vigore reuertuntur eadem hora, in incremento anteuertunt, in remiſſione tardantur: dies verò in quibus reuertuntur, interdum pares *f* ſunt, interdum impares. Eſt præterea circuituum motus aliquando ſtabilis *g* & conſtans, aliquando inſtabilis & inconſtans: illud item ſpectat ad modum motus, quod aliæ febres *h* incipiunt vehementes, ſed vſq; ad vigorem paulatim remittuntur, aliæ cum mediocres incæperint creſcunt paulatim vſq; ad vigorem, aliæ quodammodo ex his compoſitæ ſunt, leues enim incipiunt, ſed poſtquam paulatim increuerunt, & ſuam magnitudinem aſſequutæ ſunt, remittuntur dum diſcutiantur: maxime autem in circuitibus ordinatis, illæ differentiæ attenduntur, quod febres *i* aut intermittunt, aut ſunt continuæ: intermittunt illæ quæ in ſingulis circuitibus ad integritatem perueniunt: continuæ ſunt illæ in quibus homo nullo tẽpore integer eſt: habentur autem in quotidianis, tertianis, & quartanis, tam continuæ quam intermittentes: Sed fit etiam continua febris vbi ſimul coniunguntur k plures intermittentes diuturniores, ita ut noua inuadat antequam vetus receſſerit.

a *Galen. 2. de diff. febr. c. 2*
b *Gal. ibid. & l. 9. meth. ca. 3.*
c *Gal. l. de typis c. 2.*
d *Gal. l. de typis. c. 4.*
e *gal. 3. 3. epid. com. 64 et 3. p. epid. com. 17.*
f *gale. 3. p. epid. com. 18*
g *Hippo. & gal. 3. apho. Tex. com. 8.*
h *gal. 3. p. epid. com. x.*
i *Hippo. 4. aphor. 43.*
k *gal. p. p. epid. com. 23*

rit. Tempus quod ſimiliter morbi formam in ſubiecta materia conſequitur, ob celeritatem motus, breue eſt, ob longitudinem, longum: quare & febres aliæ longæ ſunt, aliæ breues, quarum differentias complures ante perſequuti ſumus. Sumuntur etiam à tempore aliæ differentiæ febrium, prout multo, vel paulo ante incæperunt, dicunturq; recentes vel vetuſtæ: ſed hæ magis monſtrant affectum ſtabilem vel mobilem, quam quod differentiam curationis poſtulent. Quod autem aliæ febres nocturnæ *a* ſint, aliæ diurnæ, magis pertinent ad cauſam quam paulo poſt ſubijciemus, quam ad tempus, quod nunc tractamus. Referuntur etiam ad tempus quatuor partes febris, quæ reſpondent quatuor ætatibus animalium, incipit.n. augeſcit, viget, ſeneſcit ſeu inclinatur: ſunt autem quatuor hæc tempora motiones cauſarum, quamobrem maxime attenduntur in morbis habentibus cauſas, veluti in febribus humorum putredinem ſequentibus, non in hæcticis, aut *b* in diarijs quæ cauſas non habent. Principium eſt cum cauſa agere incipit, terminaturq; incremento, in quò effectionem ſuam auget vſq; ad vigorem, quare & tunc acceſſiones anteuertunt, maiores & longiores ſunt; in vigore maxime agit, & omnia fortiora ſunt inquit Hippo. *c* ſuccedit vigor incremento, ſicuti uigori remiſſio, quod eſt quartum tempus, in quò cauſæ vis remittitur, & omnia imbecilliora ſunt: non reperitur autem niſi in morbis ſalubribus, nam pernicioſi non *d* remittuntur: huiuſmodi ſunt quatuor ætates ſeu quatuor tempora febrium, quæ neq; æqualia ſunt in diuerſis febribus, vt acutis, vel diuturnis, neq; etiam inter ſè in eadem. Animaduertuntur eadem quatuor tempora in vnoquoq; circuitu; incipit.n. augetur, viget, remittitur, ſed inter principium *e* & incrementum, reperitur inæqualitas quædam quæ quaſi quintum tempus adijci poteſt: præterea in febribus intermittentibus, remiſſionem ſequitur intermiſſio, quæ quaſi ſextum tempus illis additur, ita ut diuidatur circuitus intermittentium febrium in ſex partes, continuarum in quinq; quamquam poteſt tam intermittentium quam continuarum circuitus bipartito *f* ſeparari in acceſſionē & remiſſionem: Acceſſio quæ græce dicitur παρoξυσμος, continet ſub ſè partes *g* deteriores ipſius circuitus, principium, incrementum, & vigorem: remiſſio in febribus intermittentibus, non tantum compræhendit inclinationem, ſed etiam intermiſ-

a *Gal. 3. p. epid. com. 6.*

b *Gal. xi. meth. ca. 2.*

c *Hippo. 2. apho. 30.*

d *Gale. 3. de criſib. c. 5. & 9.*

e *Gale. l. de tēporib. morb. ca. 4.*

f *Gale. de totius morbi tempor. c. 6. & p. l. aph: com. xij.*

g *Gale. 9. meth. c. 5 & xi meth. c. p.*

ſionem ſeu integritatem . Differunt igitur febres inter ſe eiuſmodi temporibus,& ipſius circuitus,& totius morbi. Cauſæ tã externæ quam internæ, plurimas ſuppeditant propoſitarum febrium differentias: externæ quidem vel pro vt corpus noſtrum varie afficiunt, vel prout communes ſunt aut propriæ. Afficitur *a* varie corpus noſtrum ab aere,ob regionem,ob præſentem cæli conſtitutionem auſtralem,uel aquiloniam; ſed potiſſimum ob quatuor anni tempora,ob viciſſitudinem diei ac noctis,a quibus ſimiles ſumuntur harum febrium differentiæ: aliæ enim exempli gratia hyemales ſunt,aliæ *b* vernæ, aliæ æſtiuæ, aliæ autumnales: tum aliæ diurnæ, aliæ nocturuæ. Efficiunt etiam externæ cauſæ ſimiles febrium differentias,vt propriæ ſunt,aut cõmunes: propriæ dicuntur cum aliæ alios homines vexant à quibus febres oriuntur propriæ, quæ græce *c* σποράδες , ſeu σποραδικοὶ nominantur. Communes ſunt quæ compſures lædunt,efficiuntq; communes morbos, qui græce πανδήμοι, & παγκοινοι vocantur: in vno autem populo à conſtitutione aeris facti, vocantur ἐνδήμοι : in vna regione, ἐπιδήμοι. Quod ſi communitati adiiciatur prauitas, fiunt febres peſtilentes, quas græci nominant *d* λοιμώδεις. Cauſa interna,hoc eſt humor putris,pro ſpecie, qualitate,motu,exitu,varias efficit differentias . Species humorum quatuor ſunt, ſanguis, pituita, flaua & atrabilis , à quibus conſtituuntur ſpecies propoſitarum febrium,ut *e* ſynocha à ſanguine,quotidiana à pituita,tertiana à flaua bile, quartana ab humore melancholico,quas in ſequentibus perſequemur,cum quæ in uniuerſum de omnibus dicenda erant abſoluerimus : quæcumq; autem ſit ſpecies humoris putreſcentis, ſi purus ſit, facit febrem puram quæ exquiſita dicitur: ſi mixtus, *f* cum alio, mixtam, quæ nominatur ſpuria: nam vt tumores præternaturam,ſi à puro humore fiant,dicuntur exquiſiti,ſi è mixto ſpurii, ſic etiam febres. Qualitas humoris ſimilem efficit febris differentiam; ſi cocta eſt, coctam: ſi cruda, crudam:tum ſi mitis,mitem: ſi praua, prauam: eſt autem praua qualitas,uel manifeſta, ut in flaua & atra bile, uel occulta ob repugnantiam g totius ſubſtantiæ,quemadmodum ubi uim habet ueneni : mouetur interdum putris humor febrem accendens & impetu quodam per corpus uagatur, efficitq; febrem turgentem : plerumq; autem frigeſcit,& tunc febris quam efficit non turget: attenditur & in in-

a *Hippo.2.aphor.25.*

b *Hippo.3.p.epid.6.*

c *Gale.p.p.epid. com.p. et p.ac uter. com.9.*

d *Gal.p.p.epid.com.p.*

e *Galen.2.de diff.feb.c.9.*

f *Galen.2.de diff.febr.c.8*

g *Galen.6.de loc.aff.ca.5. & p.de differ.febr.c.3. & c.4.*

terna cauſa hoc eſt in humore putri, exitus: cum interdum retineatur, interdum exeat: ubi nihil uel paulum exeat materiæ, febris dicitur ſicca: ubi exeat, humida, præſertim ſi exeat humor: nam expirat interdum uapor duntaxat. Ergo ſi exeat multus humor, uelut in illis febricitantibus qui primo die ſudant, & nihil propterea leuantur, eiuſmodi febris ualde humida eſt, appellaturq; græce ατυφώδεις, & ελώδεις: ubi exeat uapor putris, ſi glutinoſus ſit, cum illis inhæreſcat quos contingit, efficit febrem quæ contage *b* contaminat proximos; quod non euenit cum ille qui exit uapor minime glutinoſus eſt. Ab effectis hoc eſt à ſymptomatibus, ſumuntur propoſitarum febrium differentiæ, quod *c* mites ſunt uel prauæ, quod item ſalubres uel pernicioſæ: ſunt.n. prauæ, illæ quibus praua ſymptomata accedunt: non tamen propterea pernicioſæ, cum non omnino ſpem adimant, ſed ſolummodo portendant periculum: ſunt mites, illæ quæ carent prauis ſymptomatibus; pernicioſæ, quæ habent ſymptomata grauiſſima, ſalubres, quæ non multum grauia. Poſſunt autem eſſe ſalubres, quæ tamen non ſint mites aut leues. Abſoluimus differentias quibus diſtinguuntur febres ab humorum putredine profectæ; proximum eſt ut earum cauſas inueſtigemus.

a *Gale. contra lycum. c. 2.*
b *Gale p. de diff. feb. c. 2.*
c *Gal. 3. progn. ab initio & Hipp. in eod. loco.*

De cauſis differentiarum febrium illarum, quæ ab humorum putredine oriuntur. Cap. V.

IN ſuperioribus *d* libris, cum differentiarum quibus morbi diſtinguuntur in uniuerſum cauſas inueſtigaremus, regulam adſcripſimus communem, qua nunc etiam utendum eſt: ea aũt eſt, quod *e* effectorum differentiæ proficiſcuntur à ſimili differentia cauſarum, uel omnium, uel aliquarum: ſiue ſimilitudo aperta & expedita ſit, ſiue implicita & abſcondita: ad cauſas aũt efficientes redigere oportet habilitatem accipientis. Sumamus initium ad illis differentiis quæ ducuntur à ſubiecta materia, hoc eſt à corpore ægrotante, in quò animaduerti monſtrauimus ætatem ſexum, temperationem, uires, à quibus ſuppeditantur uariæ febrium differentiæ, ut quod aliæ pueriles ſint, aliæ iuueniles, aliæ ſeniles: quod item aliæ uiriles, aliæ muliebres: tum aliæ congruæ aliæ non congruæ temperationi, aliæ paruæ,

d *Vidus l. 4. de cur. gen. c 6. par. p.*
e *Galen. p. de cauſ. pulſuũ cap. p.*

quod robur paruum ſit, aliæ magnæ quod magnum: harum differentiarum cauſa, eſt ſimilis differentia in cauſa febris, ſi non in efficiente, certe in habilitate materiei ſubiectæ, hoc eſt corporis ægrotantis: differunt & febres inter ſe, modo quò accipitur forma in ſubiecta materia, vt perfectæ in hæctica, imperfectæ in alijs febribus, cuiuſmodi eſt quam nunc tractamus: æqualiter in hæctica, inæqualiter vt in his. Oriuntur autem à ſimili differentia cauſæ efficientis, quæ vim habet afficiendi perfectæ aut imperfectæ, æqualiter aut inæqualiter. Eadem cauſa per ſe afficit partes ſimplices, per has uerò multiformes, quamobrem & febris per ſe tribuitur partibus ſimplicibus, per has multiformibus. Putredo humorum quæ diffuſa eſt, habet uim efficiendi febrem morbum; quæ uerò concluſa in inflammatione, febrem *a* ſymptoma. Ex conſequentibus morbi formam in ſubiecta materia diximus eſſe quantitatem, locum, motum, tempus quantitati ſubiicitur magnitudo & numerus, magnitudo complectitur ſub ſe quoq; paruitatem. Cauſa febris magnæ uel paruæ, hoc eſt magni, & parui exceſſus caloris, eſt ipſa cauſa febris, nempe humorum putredo uim habens in ſe magnitudinis & paruitatis. Si calidus humor ualde putreſcat, magnam febrem affert, paruã, ſi frigidus reddatur parum putris. Quod attinet ad numerum, febres aut ſimplices ſunt, aut compoſitæ, prout & cauſa poteſt *b* ſimplices uel compoſitas afferre: ſunt item confuſæ uel compoſitæ tantum, prout cauſa iiſdem uel diuerſis horis, poteſt plures febres accendere. Locus in quò reſidet febris, eſt cor, & propterea vniuerſum *c* corpus, ita vt ſit morbus communis totius corporis, quare & cauſa quoq; communis eſt, hoc eſt quæ poteſt in corde & in toto corpore febrem excitare. Ad motum pertinere diximus qualitatem & modum à quibus naſcuntur plures febriũ differentiæ: qualitas conſiſtit in celeritate & tarditate, ob quam aliquæ febres celeres ſunt, aliquæ tardæ: illæ autem quæ celeres ſunt, neceſſario breues ſunt: ſicuti quæ tardæ, longæ, & magis aut minus tales, ſiue longæ ſint ſiue breues, vt acutæ ſimpliciter, acutæ ex recidiua, & peracutæ; quæ differentiæ proficiſcuntur à ſimili differentia cauſæ efficientis febrem, hoc eſt humoris putreſcentis: qui quamuis neq; celer neq; tardus ſit, habet tamen in ſe vim celeritatis cum tenuis eſt & calidus, vt flauabilis: vim tarditatis, cum craſſus & frigidus, vt humor melancholicus.

a Gal. 4. aph. com. 73.

b Gale. 2. de diff. febr. ca. 8.

c Gale. de curat. per uenæ ſect. ca. 19.

licus. Ad modum motus multæ referuntur differentiæ, & primo illæ, quod aliquæ febres, eædem manent à principio ad finem, & dicuntur à græcis ſynochæ vnica acceſſione contentæ, aliquæ pluribus circuitibus diſtinguuntur, & dicuntur periodichæ: oriuntur autem à ſimili *a* differentia cauſæ efficientis, hoc eſt materiæ putris, quæ ſi tota ſimul ſit, ita ut conſtet ex tota ſua materia, facit ſynocham febrem non diſtinctam circuitibus, ſed totam ſimul, cuiuſmodi eſt quam efficit ſanguis in venis putreſcens, vbi reſidet veluti focus totus ſimul: ſi materia non tota ſimul putreſcat, ſed accendatur partita, neceſſe eſt febrē quoque partitam eſſe, & circuitibus diſtingui; quod euenit cum materia certis temporibus cogitur, tranſmittitur ex vno loco ad alium, & putreſcit: quod autem ſynocha perpetuo aut eadem maneat à principio ad finem, aut minuatur, aut augeatur, fit à cauſa, hoc eſt, à putredine humorum, quæ ſimiliter aut eadem manet *b* à principio ad finem, ita ut æqualiter accendatur, & exhauriatur; vel ſemper augetur, quod magis accenditur quam exhauriatur; vel ſemper minuitur, quod magis exhauriatur quā accendatur. At vbi febris circuitibus diſtinguitur, ſi quidem hi ordinati ſint ſequuntur cauſam ordinatam, ſi inordinati inordinatam: qui ordinati ſunt, aut quotidie repetunt, aut tertio, aut quarto quoque die, & ita citius vel tardius prò vi humoris putreſcentis, qui ob multitudinem vel acrimoniam celerius naturam mouet ad expellendum, ita ut celerius reuertatur circuitus; ob paucitatem tardius, tuncq; plus temporis intercedit inter circuitus. Pituita cum plurima ſit, quotidianos efficit: plus autem poteſt præ copia quam flauabilis præ acrimonia: hæc quæ acris eſt, non differt circuitus in quartum diem, vt humor melancholicus, qui neque multus eſt, neque multum acris, ſed tertio reuertitur. Alij circuitus vltra quartanum, vt *c* quintanus, aut ſeptimanus, raro accidunt, & videntur magis tribuendi erroribus ordinatis, quam certe ſpeciei humorum: niſi dicas quintanum referendum eſſe ad paucitatem humoris melancholici, qui longiori interpoſito tempore naturam irritet: nam vbi multus ſit, poſt breuius tempus facit circuitum quartanum. Ad modum motus pertinent conſtantes febres & inconſtantes, tum quod febres vel primo fiant magnæ, vel proceſſu: vel primo fiāt leues, ſed poſtquam paulatim increuerunt remittantur, id proficiſcitur

a *Galen. 2. de diff. febr. ca. 11.*

b *Gale. 2. de diff. febr. ca. 2.*

c *Gal. 3. p. epid. com. 17. & 3. 3. epid. com. 64.*

ficiſcitur à cauſa, hoc eſt à putredine humorum quæ eo pacto mouetur, quod ſi moueatur diebus paribus, fit ſimiliter febris diebus paribus, vt quotidiana; ſi diebus imparibus cauſa ſimiliter mouetur reuertitur imparibus diebus. Quod verò febris anteuertat, aut tardetur, aut eadem hora reuertatur, tribuendũ eſt cauſæ eam vim habenti, ſiue ob *a* proprietatem quandam, ſiue ob communem vim, in incremento anteuertendi, in remiſſione tardandi; in vigore eadem hora reuertendi. Sed quod acceſſio continua ſit aut intermittat, oritur ſimiliter à cauſa, hoc eſt à putredine *b* humorum ſimili, hoc eſt continua vel intermittente. Cum humor putreſcit in venis, putredo continua eſt, cum extra venas intermittit, quoniam quod putreſcit expirat, & ex corpore euadit. Cauſa cur retineatur in uenis, eſt partim imbecillitas facultatis expultricis, partim multitudo & craſſitudo materiæ, partim exitus intercluſus: nec eſt quod tribuas aſſiduitatem & intermiſſionem multitudini & paucitati materiæ putreſcentis, nam hæc facit longitudinem & breuitatem acceſſionis: nec eſt quod dicas in febre intermittente inſpici vrinam, & mitti ſanguinem, quod humor putreſcat in uenis: nam ea ſpectant ad materiam, quæ putreſcere debet, & non ad eam quæ iam putreſcit. Ille uerò humor qui ex venis ad exteriores partes fertur, primo quidem rigorem facit, deinde cum putreſcit, febrem, quæ cum ille poſtea educitur ex cute, intermittit. Locus ergò ubi putreſcit humor eſt cauſa aſſiduitatis & intermiſſionis. Tempus ſuppeditare eas propoſitarum febriũ differentias diximus, quod aliæ breues ſunt, aliæ longæ, tum aliæ recentes, aliæ uetuſtæ: & tandem quod aliæ incipiunt, aliæ increſcunt, aliæ uigent, aliæ remittuntur. Cauſa longitudinis & breuitatis, eſt celeritas & tarditas motus quam ſupra expoſuimus: cauſa uerò nouitatis & uetuſtatis eſt nouitas & uetuſtas efficientis cauſæ, ueluti putredinis, quæ ſi non multo ante fuit, febris recens eſt: ſed ſi iam diu incepit, uetuſta eſt: principij uerò, incrementi, uigoris, & remiſſionis, cauſa eſt illa ipſa quæ febrem efficit, putredo uidelicet, prout incipit, augetur, uiget, remittitur: ſunt enim eiuſmodi tempora febrium mutationes ipſius partis, ſed cum eadem conſpiciantur in ſingulis circuitibus, cauſari ſimiliter oportet putredinis mutationem in unoquoq; circuitu: quæ ſi intermittat, efficit febris intermiſſionem, ſicut ubi inæqualiter accenditur, inæ-

a Gale. p. de criſyb. c. 3.

b Gale. 2. de diff. febr. ca. 11. & l. 2. de cri. c. 3. & 6. & l. de tremore, rigore c. 7.

tur, inæqualitatem. Illarum uerò differentiarum quas depromi à cauſis monſtrauimus, non difficile eſt cauſas inueſtigare: una quæq; enim oritur ab ea cauſa à quà depromitur. Specta illas differentias febrium quæ ſumuntur à cauſis externis, ueluti ab aere, quod aliæ ſint hyemales, aliæ uernæ, aliæ æſtiuæ, aliæ autumnales, uel quod aliæ diurnæ, aliæ nocturnæ ſint: ab aere proficiſcitur, hyemali uerno, æſtiuo, autumnali, diurno, nocturno: ſimiliter quod aliæ febres ſint communes, aliæ vulgares, aliæ propriæ à cauſa externa oritur quæ aut communis eſt, aut propria. Eadem ratio eſt differentiarum illarum quæ ſumuntur à cauſa interna, fiunt .n. ſingulæ ab eadem cauſa à qua ſumuntur, uidelicet ab humore putri, in quò animaduertimus ſpeciem qualitatem, motum, exitum. A diuerſa ſpecie humoris diximus ſumi diuerſas ſpecies febrium, quas ſeorſum in ſequentibus perſequemur. Si humor quicumq; ſit, purus *a* eſt, exquiſitam febrem affert: ſi mixtus, ſpuriam, qualitas etiam humoris putreſcentis, cruda uel cocta, mitis uel praua, eſt cauſa illarum differentiarum quas ab illa ſumpſimus, ut quod aliæ febres coctæ ſint, aliæ crudæ: tum aliæ mites, aliæ prauæ. Motus & quies materiæ, ut ſuppeditat, ita etiam efficit ſimiles differentias in propoſitis febribus, ut quod aliæ febres ſint quietæ, aliæ turgeant. Exitus humoris putreſcentis efficit febrem humidam, ſicuti retentio ſiccam, quas differentias ſumi ab exitu & retentione mõſtrauimus. Sed proficiſcitur exitus & retentio, partim à ui materiæ putreſcentis, partim à cute: materia putreſcens, ubi multa humida, & tenuis ſit, educitur, ubi contraria, detinetur: cutis ſi rara præbet exitum materiæ, ſi denſa minime. Attendi etiam oſtendimus exitum uaporis à quò ſumi diximus eas differentias quod aliæ febres per contagionem afficiunt proximos, aliæ nihil eos lædunt: id quod proficiſcitur à natura uaporis qui ſi glutinoſus & ualde putris *b* expiret, febrem efficit quæ contagione proximos contaminat: ſi uapor minus putris ſit & non glutinoſus, febris non contaminat eos qui proximi ſunt, neq; homines, neque etiam pannos; nam hi quoq; interdum contaminari ſolent à uaporibus ualde putridis & glutinoſis. Differentiæ quæ oriuntur ab effectis, hoc eſt à ſymptomatibus, quod ſcilicet aliæ febres ſint mites, aliæ prauæ, quod item aliæ ſalubres, *c* aliæ pernicioſæ, fiunt à cauſa febris nempe à putredine humorum

a *Galen. 2 de diff. feb. c. 8.*

b *Galen. p. de diff. febr. c. 2*

c *Gale. p. criſium c. 13.*

morum vim habente efficiendi aut leuia ſymptomata,& ita febrem mitem,aut grauiora quam videatur conuenire magnitudini morbi,& ita febrem prauam , aut grauiſſima & ita febrem pernicioſam, aut minus grauia & ita febrem ſalubrem: ſed ſatis iam locuti ſumus de differentiis & differentiarum cauſis deque rebus præter naturum ad propoſitam febrem attinentibus abſolute cognoſcendis.

De recognoſcenda febre ex humorum putredine orta , in vniuerſum. Cap. VI.

PRoximum eſt ut ad ea quæ in ægrotante ſiue præſentia, ſiue præterita, ſiue futura cognoſcenda ſunt pergamus: præſentia ſunt morbus,cauſæ ſymptomata differentiæ de quibus ſupra egimus, exordiamur à morbo , hoc eſt à febre in humoribus, putribus conſiſtente . Recognoſcitur hæc vt febris eſt eo modo quo docuimus *a* recognoſci febrem in vniuerſum, ſed vt ſequitur humorum putredinem , primo die internoſci *b* etiam poteſt à diaria & ab hæctica, quod non magis difficile eſt medico perito atq; exercitato, quam agricolæ *c* cognoſcere hærbas nuper naſcentes, partim autem ſub ſenſum cadit partim mente percipitur: tactui ſubiicitur qualitas ac motus caloris quò hæc febris continetur, eadem mente coniicitur ex cauſis , ex habilitate corporis ægrotantis, ex his quæ proſunt aut obſunt , ex effectis, hoc eſt ex ſymptomatibus: ex quibus omnibus maximam fidem faciunt ea quæ inægrotante apparent , aliquid etiam valent externa, vt cauſæ quæ præterierunt, & ea quæ proſunt aut obſunt: tactu itaq; percipitur & qualitas & motus caloris: qualitas *d* acris & fumoſa eſt,ob acrimonia differt hæc febris à diaria,quæ lenis *e* eſt, ob copiam fumoſæ exhalationis, ab hæctica, quæ quamuis ſit acris, eſt tamen ſquallida *f* ac ſine fumo ; mouetur eiuſmodi calor inæqualiter , & interdum ſæpius accenditur quod non euenit *g* diariis, aut hæcticis, febribus,ſed illis ſolum quæ hnmorum putredinem ſequuntur, quamuis non omnibus: in his enim quæ proficiſcuntur a flauabile, calor vt plurimum æqualis *h* apparet,& ſemel tantum accenditur. Reditus acceſſionum ſimiliter ad motum refertur,& tantum propoſitis febribus accidit, quamuis non omnibus; ſiquidem ſynocha quæ

a *Supra l. p. c. 6.*

b *Galen.p. de diffe. febr. ca. 7.*

c *Gale. l. 14. meth.c.9.*

d *Gale. ibid.*

e *Galen.p. ad Glauc.c.2.*

f *Galen.x. meth. c. 6.*

g *Galen.p. de diff. feb.c.7.*

h *Auic.l.4.f. p.tr.2.c.2.*

ſequitur

ſequitur putredinem ſanguinis vna acceſsione continetur, integritas uerò nunquam ex toto depræhenditur inter acceſsiones harum febriũ ſicut vbi diaria finitur. A tempore quo manet calor, non ſumitur firmum iudicium huius febris, quod. ſ. maneat plures dies, nam nonnullis febribus diarijs idem monſtrauimus *a* euenire: hæcticam verò diuturnam eſſe & circuitibus carere, oẽs intelligunt. Quo pacto igitur qualitas, & motus, caloris poſſit propoſitam febrem demonſtrare ſatis expoſuimus: ſed qua rõne eadem mente conijciatur, videndum ſupereſt, & primo ex cauſis: ſi humorum putredinem quæ continens cauſa eſt intelligeremus, ſimul notum ẽt nobis eſſet hoc genus febris. Quo pacto aũt putredo cum ſenſum lateat deprehændi poſſit in ſequentibꝰ ſubijciemus vbi ad cauſas tranſibimus: aliæ cauſæ internæ vt prohibitus perſpiratus, obſtructio, adſtrictio, humor multus craſſus, & glutinoſus, eatenus indicant hanc febrem quatenus monſtrãt putredinem quam efficiunt. At ſpectamus ẽt num febris ſine cauſa externa atq; euidenti inceperit, quod eſt proprium earũ quæ humorum putredinem ſequuntur; nam diariæ prope omnes *b* incipiunt à recenti aliqua atq; euidenti cauſa, quod interdum ẽt accidit, ſed raro, illis quæ conſiſtunt in humoribus putribus. Incipere ergò ſine huiuſmodi cauſa, magis proprium eſt harum febrium, quam perpetuum: habilitas corporis ægrotantis ad putredinem, non nihil & ipſa valet ad hanc febrem indicandam, in his enim qui *c* calidi ſunt & humidi, & idcirco putredini obnoxij, par eſt febrem ab humorum putredine proficiſci. Iuuantium & lædentium hæc ratio eſt, quod præter frigida & humida quæ iuuant, calida & ſicca quæ lædunt febricitantes omnes, propriè vbi ſit humorum putredo, proſunt ea per quæ illi aut concoquantur, aut educantur, obſunt ea quæ aut illos retinent, aut obſtruendo, vel adſtringendo putredinem augent. Reſtant effecta, hoc eſt ſymptomata ex quibus maximam vim habet pulſus ob calorem cordis, & vrina *d* ob putredinem humorũ qui in venis verſantur, perpendemus tamen & alia quæ ſub quouis trium generum compræhenduntur, ex omnibus enim aliquid colligitur, per quod propoſita febris internoſcatur. Ex actionibus læſis, pulſus aucto calore vt in alijs febribus, ita etiam in hac neceſſe eſt augeatur, fit enim niſi quid prohibeat maior, celerior, ſed proprie in hac febre magis augetur contractio *e* quã dilatatio,

a *Supr 1 l. 2. cap. 4.*

b *Galen. p. de diff. febr. c. 7*

c *Gal. 8. meth. cap. 7.*

d *Gale x. meth. c. 4. & p. ad Glauc. c. 2. & p. de diff. febr. c. 7*

e *Galen. 3. de præſag. ex pulſ. c. 2.*

latatio, cum magis neceſſe ſit fuliginem expellere quæ à putredi ne excitatur, quam temperare uim caloris hauſto aere frigidiore: quamobrem celerior eſt motus contractionis, quam dilatationis, & breuior externa quies, quam *a* interna: quod contra accidit in hæcticis ac diarijs, à principio autem acceſsionis, pulſus fit velox, cum calor contrahatur ſed deinde redditur magnus, neque in intermiſsione reuertitur *b* ad naturam ſuam, etiam ſi plurimum diſtet futura acceſsio vt in tertiana & quartana: præſefert etiam in vno *c* ictu inæqualitatem, cum in medio *c* tardius moueatur, in principio & fine uelocius. Durities verò ipſius pulſus ad nullam febrem *d* proprie attinet, neq; etiã ad hæcticam, niſi adſit aut ſiccitas, aut concretio à frigore, aut materia diſtendens: ſiccitatem affert inanitas & febris ardens, aut diuturna, concretionem frigus: diſtentio ob copiam materiæ maxime ſequitur inflammationes & duros tumores. Eadem ratio eſt reſpirationis quæ pulſus, cum ſimiliter ad refrigerandum, & ad fuliginem expellendam pertineat: quare celerius expellitur aer calidus quam attrahatur frigidus, & quies externa ſimiliter breuior eſt quam interna horror ac rigor qui ſimiliter ad actiones læſas refertur, tantum his febribus accidit non tamen omnibus, neque enim apparet *e* in continuis quare vbi ſit, dijudicare poſſumus febrem ſequi humorum putredinem: ſed non propterea ſi abſit eſſe de numero aliarum; complures aliæ actionum noxæ ſuperueniunt huic febri quæ non apparent in alijs, veluti dolor qui nullus ſentitur in hæctica, at neq; etiam in diaria, niſi ab æſtu, frigore, aut æbrietate profecta fuerit: ſuperuenire etiam ſolet his febribus ſomnus, vigilia, delirium uertigo, morſus in ore ventriculi, ſingultus, ſitis, anxiatus, quæ in alijs minime apparent, & idcirco monſtrant, vbi adſint, hanc febrem. Sed tranſeamus ad alterum genus ſymptomatum, quod conſiſtit in qualitatibus mutatis. Superuenit febricitantibus ex humorum putredine frigus partium extremarum, nigrities & aſperitas linguæ, tumor & durities præcordiorum, quæ neq; in diaria, neq; in hæctica fieri ſolent. ex his quæ detruduntur maximam uim habet vrina ad hanc febrem demonſtrandam, à principio enim aut cruda eſt, aut parum cocta, nunquam verò ex *f* toto cocta vt in alijs febribus, ita ut firmam fidem faciat huius, quam demonſtrant etiam expulſa, aut retenta, quæ ſunt ut plurimum

a *Gale. ibid.*
b *Gale. p. ad Glauc. c. 2.*
c *Gale. p. ad Glauc. c. 6.*
d *Galen. p. de diff. febr. c. 7*
e *Gal. de temporib. morb. c. 7. & 2. criſ. c. 3. & 6.*
f *Gal. p. ad Glauc. c. 7.*

rimum immutata, & ſudor quem conſequatur ex toto integritas, quemadmodum vbi diaria febris recedit.

De recognoſcendis cauſis & ſymptomatibus febrium in humoribus putribus conſiſtentium. Cap. VII.

CAuſæ verò, quæ recognoſcendæ ſunt in ægrotante, ſi præterierunt pertinẽt ad præterita, ad quorum cognitionem ueniemus ubi præſentia abſoluerimus: ſin præſentes ſint, qua ratione recognoſcantur, iam nunc explicandum eſt: ſunt autẽ præſentes cauſæ primum putredo, *a* quæ proxime propoſitam febrem efficit, deinde prohibitus *b* perſpiratus, à quò proxime proficiſcitur putredo, tum obſtructio & adſtrictio, quæ perſpiratum prohibent, & tandem humor multus, vel craſſus, vel glutinoſus obſtruens, & frigus ac ſiccitas adſtringens: latent oẽs hæ cauſæ ſenſum, & idcirco coniectura colligi debent, ex cauſis vnà cum habilitate ægrotantis, ex his quæ proſunt aut obſunt, ex effectis. Colligitur itaq; putredo primum ex cauſa proxima, quam diximus eſſe prohibitum perſpiratum, ex habilitate corporis ægrotantis, quod diximus eſſe calidius *c* & humidius, ex his quæ aut proſunt ſeu exhauriendo uel concoquendo humores putres, ſeu perſpiratum expediendo, aut nocent intercludendo exitum humoribus putribus, & calidæ expirationi: ex effectis demom, & proprie ex propoſita febre, quam acri & fumoſo *d* calore diximus contineri, & ex morſu qui in varijs corporis partibus ſentitur, ex inæqualitate pulſus, ex his quæ expelluntur putredinem quandam præſeferentibus, vt ex vrina, deiectione, ſudore, ſan guine vndecunque effluente. Prohibitus perſpiratus colligitur ſimiliter ex cauſis, vt ex obſtructione vel adſtrictione, tam internorum cauorum, quam externorum foraminum cutis, ex his quæ uel iuuant remouendo eiuſmodi cauſas, uel nocent eaſdem augendo: ex effectis, ut ex putredine & ſenſu caloris praeternaturam in intimis partibus ob calidam expirationẽ retentam. Obſtructio indicatur à cauſa, quae eſt humor uel multus, uel *e* craſſus, uel glutinoſus: ab habilitate ægrotantis habile enim eſt ad obſtructionem id corpus, cuius anguſta ſunt uel interna caua, uel externa foramina cutis: ab his quæ proſunt exinaniendo, extenuando, incidendo, detergendo, uel obſunt

augendo

a *Gal. xi. meth. c. 4.*

b *Gal. ibid. et xi. meth. c. x*

c *Gale. 8. meth. c. 7.*

d *Galen. 1. de diff. febr. c. 7*

e *Gal. xi. meth. c. 4.*

augendo humores multos, craſſos, vel glutinoſos: ab effectis ut à prohibito perſpiratu cum ſenſu quodam grauitatis. Adſtrictionis indicia ſunt cauſæ, ut frigus ac ſiccitas, habilitas corporis ægrotantis in quo ſimiliter externa foramina & interna caua anguſta ſint, quæ iuuant relaxando, aut nocent adſtringendo, effecta, vt prohibitus perſpiratus ſine ſenſu aliquo grauitatis. Cauſa obſtruens ut humor multus, craſſus uel glutinoſus, conijcitur ex cauſis, vt ex exculentis & poculentis ſimiliter multis, craſſis, & glutinoſis, ex habilitate corporis ægrotantis quod ob frigidiorem temperationem eiuſmodi humorem naturaliter contrahat; ex his quæ vel iuuant, quatenus talem humorem corrigunt aut educunt, uel nocent, quatenus eundem contrahunt; ex effectis hoc eſt, obſtructione. Cauſa adſtringens ſiue *a* ſit exceſſus frigoris, ſiue ſiccitatis, ſiue utriuſq; ſimul, deprehenditur ex cauſis, quæ aut refrigerare, aut ſiccare, aut vtrumq; efficere potuerint: ex habilitate corporis ægrotantis, quod in eiuſmodi immoderationem temperationis facile incidat; ex his quæ aut calefaciendo & madefaciendo iuuant, aut nocent refrigerando, & ſiccando: ex effectis vt ex adſtrictione. Symptomata ſequuntur, quæ ſimiliter recognoſcenda ſunt in ægrotante, recognoſcuntur autē ſenſu, ita ut non opus ſit argumentis ex quibus conijciantur: id quod patebit ſi omnia tria genera percurramus, & primo actiones læſas, vt *b* mutationem pulſus ac reſpirationis, dolorem, ſomnum, uigiliam, difficultatem reſpirandi, morſum in ore uentriculi, ſitim, ſingultum, anxietatem, horrorem, rigorem: omnia enim ſub ſenſum cadunt, ſicuti & qualitates corporis præter naturam, ueluti frigus partium extremarum, inæqualitas frigoris & caloris in uniuerſo corpore, nigrities & aſperitas linguæ, tumor & durities præcordium. Senſu ēt accipiuntur quæcumq; præter naturam aut retinentur, aut expelluntur, ut deiectio, uel retenta uel mutata, urina, ſudor, uomitus, fluxus ſanguinis, aut eiuſmodi aliud præternaturam.

a Gal. de cauſ. morborum cap. 7.

b Supra in c. antec.

De re cognoſcendis differentiis febrium in humorum putredine conſiſtentium. Cap. VIII.

SVperſunt ex praeſentibus recognoſcendis in homine qui laborat febre ab humorum putredine orta, differentiae quas

quas a ſupra pro poſuimus, recognoſcuntur autem ferè omnes ſenſu, ſed colliguntur etiam ex iiſdem ex quibus indicatur ipſa febris, ut ex cauſis, ex iuuantibus & lædentibus, ex effectis aſſumentibus aliam differentiam aperte uel latenter ſimilem, id quod uberrime docuimus cum de morborum differentijs in uniuerſum recognoſcendis locuti b ſumus: nunc aũt ualere eandẽ regulam monſtrauimus in differentijs propoſitæ febris, unamquamq; ſeorſum percurrentes. Illæ quæ ſpectant ad ſubiectam materiam hoc eſt ad corpus ægrotantis q̃d pueriles, iuueniles, aut ſeniles ſint, tum uiriles, & muliebres, indicantur primo à cauſis, hoc eſt ab eiuſmodi ætate uel ſexu, uel à tẽperatione qua aut ætas aut ſexus continetur, tum ab his quæ huic uel illi ætati aut ſexui prodeſſe uel obeſſe conſueuerunt, & tandẽ ab effectis hoc eſt à ſymptomatibus quæ ſuperuenire ſolẽt cuiuis ætati ac ſexui; quod aũt febres congruæ ſint uel non congruæ, intelliges ex ipſa habilitate ægrotantis quæ ad cauſam refertur, ſiquidem calidioribus corporibus, congruunt ardentiores febres, quæ frigidioribus nõ conueniunt. Depræhenduntur ſimiliter ex habilitate corporis ægrotantis febres magnæ & paruæ ad uires collatæ, quas ſiquis cognoſcat imbecillas, mediocrem febrem iudicabit magnam, eandemq; paruam exiſtimabit ubi vires ualidæ uidebuntur. Quo pacto autem uirium robur quale ſit percipiatur, in pronoſtico docuimus, quod in c ſuperioribus libris in uniuerſum perſequuti ſumus. Differentiæ quæ à modo quo forma in ſubiecta materia reſidet depromũtur, ut quod propoſitæ febres ſint ſtabiles uel inſtabiles, percipiuntur ex ſimili differentia addita & cauſis & effectis, quæ ubi ſtabilia ſint, ſtabilem formam demonſtrant, ubi inſtabilia inſtabilem: ſed cum quæuis ex propoſitis febribus inæqualis ſit, non eſt quod inquiramus ſigna per quæ diſcernantur æquales ab inæqualibus, ſed potius diſcernere oportet eas quæ morbi ſunt, ab his quæ ſymptomata dicuntur, diſcernentur aũt ex cauſa hoc eſt, ex putredine quæ ſi diffuſa ſit febrem efficit morbum, ſi concluſa, quemadmodum in inflãmationibus, efficit febrem d ſymptoma. Sumuntur differentiæ pertinentes ad conſequentia formam in ſubiecta materia, & primo à quantitate, quod aliæ febres magnæ ſint, aliæ paruæ, ob maiorem uel minorem exceſſum caloris. Diſcernuntur autem primo ex cauſis, ut ex putredine, quæ ſi magna fuerit in humore cali-

a *In hoc libr. cap. 4.*

b *Vidus. l. 8. decur. gen. c. p. par. p.*

c *Vidus. l. x. de curat. gener. cap. p. par. p.*

d *Galen. p. ad Glauc. c. 3.*

do ac multo magnam febrem efficit, ac demonſtrat, paruam in contrario, effecta etiam hoc eſt ſymptomata ſi magna ſunt magnam febrem denunciant, ſi parua, paruam, quæ proſunt ēt magnæ febri auxilia, neceſſe eſt magna ſint, quæ paruæ non item. A numero depromi diximus differentias, quod febres aut ſimplices ſunt aut multiplices, ſeu compoſitæ tantum, ſeu ēt confuſæ: depræhenduntur autem ex ſimili differentia: nam cauſæ, iuuātia & lædentia, atq; effecta ſimplicia, ſimplicem demonſtrant, multiplicia multiplicem, compoſitæ compoſitam, confuſæ confuſam. In motu diximus attendi qualitatem & modum: qualitas motus eas ſuppeditat differentias quod aliæ febres celeres ſunt & idcirco breues, aut etiam acutæ, aliæ tardæ & idcirco longæ: monſtrantur hæ differentiæ primo à cauſis quæ quales efficiunt, tales demonſtrant, deinde ab his quæ uel tarde uel celeriter proſunt, aut obſunt, & tandem ab effectis quæ celeriter, uel tarde apparent, plurimum autem ualent ad celeritatem & tarditatem demonſtrandam quæ detruduntur, quæ ſi diu cruda permanent tarditatem ſignificant, ſi celeriter mutantur, ita ut uel cōcoquantur uel deteriora fiant monſtrant celeritatem. A modo motus ſumuntur febrium differentiæ quod aliæ febres carent circuitibus, aliquæ circuitibus diſtinguuntur, illæ ſunt totæ ſimul, & idcirco colliguntur ex cauſis, ex iuuantibus & lædentibus, ex effectis quæ tota ſimul ſint, hæ partitæ ſunt, & certis temporibus redeunt. Quamobrem conijciuntur ex cauſis, ex iuuantibus & lædentibus, ex effectis partitis, & non totis ſimul. Rurſus quæ circuitibus diſtinguuntur, ſi ordinatæ ſunt, ex ijſdem ſignis colligūtur ordinatis; ſi inordinatæ, inordinatis. Sunt autē ordinatæ febres quotidianæ, tertianæ, quartanæ, quę deprehenduntur ex ijſdem ſignis, per quotidianos, tertianos, quartanos circuitus redeuntibus, uel eadem hora, uel tardius, uel citius prout & febres aut eadem hora reuertuntur, aut anteuertunt, aut tardantur. Eadem ſigna prout magna, uel à principio, uel proceſſu temporis apparent, ita febrem, uel primo, uel proceſſu temporis uehementem denunciant: eadem prout continua ſunt uel intermittunt, ita continentem uel intermittentem febrem demonſtrant: tempus prout ad breuitatem uel longitudinem refertur, eas efficit differentias, quod aliæ febres longæ ſunt aliæ breues, ſunt autē eædem ac celeres & tardæ, & ideo ex ijſdem ſignis colliguntur

paulo *a* ſuperius oſtenſis, ſed complectitur tempus etiam ſub ſè uetuſtatem, & nouitatem, quæ differentiæ febris colliguntur ex cauſis & effectis ſimilibus, hoc eſt nouis ac uetuſtis. Differentiæ quæ ſumuntur à quatuor temporibus, quod aliæ febres incipiãt, aliæ increſcant, aliae uigeant, aliae remittantur, depræhenduntur ex ſignis habentibus in ſe uim principij, incrementi, uigoris, aut remiſsionis, & primo ex cauſa hoc eſt ex putredine quæ prout ſuo motu facit, ita etiam demonſtrat principium incrementũ, uigorem, & remiſsionem. Iuuantium & laedentium haec ratio eſt, quod alia alijs temporibus proſunt aut obſunt: incipientibus morbis inquit Hippocrates *b* ſi quid tibi uidetur mouendum moue, in uigore quieſcendum eſt. Quae igitur ſolent aut prodeſſe, aut obeſſe, hoc uel illo tempore, prout proſunt, uel obſunt, ita ipſum ſignificant. Effecta etiam hoc eſt ſymptomata, prout incipiunt augentur, uigent, remittuntur, ita indicant principium, incrementum, uigorem aut remiſsionem: circa principia & fines ſcribit Hippocrates *c* omnia imbecilliora, in uigore omnia fortiora: indicantur & quatuor haec tempora febris ab his quae expelluntur crudis aut coctis, cruditas monſtrat *d* principium, coctio uerò ubi manifeſta incipit incrementum ubi perficitur, uigorem, ubi iam perfecta eſt remiſsionem: quò tempore autem maxime perficitur ſymptomata *e* ualidiora ſũt, & propterea febris uiget, quod perpetuum eſt in febribus morbis, nam in illis quae ſymptomata nominari diximus, cum inflammationis materia paulatim effluit *f* proceſſu temporis cum perfecte coquitur, quamuis ſymptomata tunc ob feruorem augeantur, minora tamen ſunt quam ante, quod longe minor ſit materiae copia quam ante fuit, nam plus eſt, quod inopia materiae detrahitur, quam quod adijcitur feruore coctionis: ubi uerò materia nõ effluat paulatim, tunc quando maxime coquitur, maxima etiam ſunt *g* ſymptomata. Eadem quatuor tempora quæ in tota febre animaduertimus, animaduertuntur in ſingulis circuitibus, cum ſimiliter incipiant, augeantur, uigeant, remittantur: quibus quatuor temporibus in intermittente febre accedit inaequalitas, & intermiſsio. depraehenduntur haec omnia, primo ex cauſis ſimilem differentiam in ſe habentibus, deinde ex his quae proſunt aut obſunt, alia enim alijs temporibus, ut totius morbi, ita etiam cuiuslibet circuitus commoda ſunt, uel incom

a *In hoc eod.*
b *Hippo. 2. aphor. 29.*
c *Hippo. 2. apho. 30.*
d *Gal. l. de totius morbi tempor. c. 3. & l. p. criſ. c. 9. c. x.*
e *Hippo. 2. aphor. 30.*
f *Gal. 3. acutorum. com. ult.*
g *Hippo. 2. aphor. 47.*

moda. Somnus exempligratia cum incipit acceſsio incommodus *a* eſt, cum remittitur commodus: quò nomine demonſtrãt illud tempus, cui commoda, uel incommoda eſſe conſueuerũt; ſed maxime depraehenduntur tempora circuituum ex ſymptomatibus, quae prout incipiunt, augentur; uigent, remittuntur, intermittunt, inaequalia ſunt, ita monſtrant ſingula haec tempora ſeu partes circuitus. A cauſis ſuppetere monſtrauimus differentias, & primo ab externis quod hae febres ſunt hyemales, uernae, æſtiuae, autumnales: praeterea diurnae, nocturnae: indicantur autem primo à cauſis, ut à tali aere, qualis eſſe ſolet his temporibus: ab his quae tunc obeſſe, aut prodeſſe ſolent. Aeſtate exempli gratia magis conferunt refrigerantia & madefacientia, hyeme extenuantia & incidentia. Ab effectis deniq; , quae talia appareant qualia ſolent his temporibus apparere. Ob eandem externam cauſam quatenus communis uel propria eſt, febres aliae commnnes ſunt, aliae propriae: cognoſcuntur autem ex ſignis communibus uel proprijs; ſiue ſint cauſae ſiue effecta, ſiue iuuantia & laedentia. Quod ſi communia ſunt & ſimul praua *b* peſtilentem febrem denunciant. Cauſa interna ſuppeditat differentias pro qualitate, motu, exitu: nam pro ſpecie humoris putreſcentis, fiunt diuerſae ſpecies febrium ut in ſequentibus apparebit: quae ſpecies ſi humor purus ſit, dicuntur exquiſitae, ſi mixtus *c* cum altero ſpuriae. Colliguntur ſincerae & exquiſitae, ex ſinceris, & exquiſitis cauſis, ex iuuantibus & laedentibus, atq; effectis: ſicuti ſpuriae ac mixtae ex ſpurijs ac mixtis. Qualitas uerò humoris prout cocta uel cruda eſt, ita efficit febres uel coctas, uel crudas: ad cognoſcendam coctionem uel cruditatẽ, ſpectabimus ea quae expelluntur, & potiſsimum urinam, quae cocta, coctam febrem, cruda, crudam ſignificat ad qualitatem referuntur & illae differentiae quod febris aut mitis eſt aut praua: demonſtratur aũt ex ſimili cauſa quò ſpectant etiam ſymptomata *d* leuiora aut grauiora: quot attinet ad motum aliae febres turgent, aliae ſunt quietae, turgentes depraehenduntur ex cauſa quae uarie per corpus *e* mouetur, & non occupat certam ſedem: proſunt his quae turgent purgãtia *f* medicamenta, quamuis materia cruda ſit. Effecta etiam, ut uarietas ſymptomatum, & anxietas, demonſtrant turgentem febrem: ſicuti quietam contraria ſigna. Differentiae quae ab exitu uel retẽtione materiae ſuppeditantur

a *Gal. 2. aph. cap. p.*

b *Gale. p. de diff. febr. c. 4*

c *Galen. 2. de diff. febr. c. 8*

d *Gal. l. de cõſti. art. c. 18. & l. 2. de criſi. c. 13.*

e *Gal. p. aph. com. 22.*

f *Gal. ibid. & 4. aph. x. & Hipp. in contextu.*

tantur, vt quod aliæ febres humidæ ſint, aliæ ſiccæ, vel ex ſolis expulſis ac retentis conijciuntur. Si multus exeat ſudor à principio, febris eſt humida: ſi nullus ſicca. Quod ſi vapor exeat glutinoſus febrem efficit quæ contage proximos contaminat, quod non euenit vbi non ſit glutinoſus: depræhenduntur hæ differentiæ ſenſu, quamquam ſi quis nouerit cauſas, poſſunt ex ipſis quoq; depræhendi. Reſtant differentiæ quæ ducuntur à ſymptomatibus, vt quod aliæ febres mites ſint, aliæ prauæ, indicantur autem à ſimilibus tam cauſis quam effectis. A grauiſſimis item ſymptomatibus febres pernicioſæ dicuntur, ſicuti ſalubres à leuibus, ſed quia dignoſcere ſalubrem vel pernicioſam febrem ſpectat ad futurum tractabitur à nobis in prognoſtico. Explicatis præſentibus recognoſcendis in ægrotante ſequuntur præterita, huiuſmodi ſunt cauſæ quæ præterierunt, referuntur autem ab ægrotante, vel à familiaribus: ſed poſſunt etiam arte conijci ex effectis, quod quo pacto fiat, cum *a* ante abunde expoſuerimus in tractandis febribus diarijs, nunc prætermittentes tranſibimus ad futurorum præſagitionem.

a *Supra l. 2. cap. 6.*

De futuris præſagiendis in febre ab humorum putredine orta, & primum de euentu. Cap. IX.

FVtura quæ præſagire oportet, ſpectant *b* vel ad euentũ, vel ad tempus & modum, quæ ſunt differẽtiæ ipſius: duplex aũt euentus in propoſita febre expectari pōt, ſalus videlicet, & interitus, nam neuter ſtatus non pōt in hoc morbo vt in quibuſdam alijs vſu venire, cum neceſſe tandem ſit hominem aut interire, aut ſanari: nequit.n.cum hac febre conſeneſcere. tempus quò expectandus eſt euentus, longum & breue eſſe poteſt, lateq; patet tam longitudo quam breuitas. Via euentus varia eſt, cũ aliquando febris hæc ſubito finiatur, aliquando paulatim; & ſi ſubito vel cum pugna, vel ſine pugna: cum pugna aũt vel educta, vel translata materia quæ febrem accendit. Hæc ſunt quæ præuidere oportet: latent aũt ſenſum, qui tantum *c* percipit quæ præſentia ſunt, quamobrem mente conijci debent: at non pōt coniectura duci ab effectis, cum nondum ſint: non ab his quæ proſunt aut obſunt, neq; .n. ei quod non eſt, aliquid prodeſſe pōt aut obeſſe: relinquitur ergo vt ſolis cauſis conijciantur quæ futura ſunt

b *Galen. 4. de præſag. pulſuum c. xi.*

c *Ariſt. 2. de Anima & Gal. p. đ loc. affect. ab initio.*

a *Vidus.l.xi. de cura.gen. c.p.par.p.*

b *Gale.p.prognoſt. com. 3. & 4.*

c *Gal. de conſtit. artis c. 18.*

d *Gal.ibid.& 4. de præſagit.pulſ.c.xi*

e *Gale.3.criſium ca.5.*

f *Galen.2. de cauſ. ſympt. cap. p.*

g *Gal.xi. meth. c.9.*

h *Gal.l x. meth.cap.p.*

ra ſunt, vt in ſuperioribus *a* libris oſtenſum eſt qua de prognoſtico in vniuerſum: cauſæ aũt rerum futurarum præſentes *b* ſunt, & iam ad efficiendum aggrediuntur, præſeferuntque quam habent vim. Sunt cauſæ futuri euentus natura *c* & morbus inter ſe pugnantes, ſi videatur natura in eo certamine *d* validior, ſuperabit febrem, & erit cauſa ſalutis: contra ſi febris validior appareat, vincet naturam, & interitum afferet. Intueri tamen oportet ut in geſtando onere, itineris longitudinem, ita in ſubſtinendo morbum, eius *e* diuturnitatem: natura enim quamuis valida videatur, diuturnitate temporis interdum ſuccubent: quare cum extimatur naturæ robur, conferturq; cum robore morbi, primo perpendere diuturnitatem oportet. Spectemus ante illa indicia à quibus patefiat robur naturæ, deinde tranſibimus ad ea quæ indicant vim morbi, & proprie febris, quam diximus conſiſtere in humoribus putreſcentibus. Naturam *f* intelligimus facultatem gubernantem corpus noſtrum, & non modo naturalem, ſed etiam vitalem & animalem, quas omnes facultates expedit validas eſſe in quouis morbo, ſed aliæ in alijs magis neceſſariæ ſunt, exempli cauſa vbi humor ex aſpera arteria educendus ſit, neceſſarium eſt robur facultatis animalis ad arbitriũ noſtrum mouentis, quod non ita requiritur in propoſita febre, magis enim opus eſt facultate naturali concoquente & expellente *g* putreſcentes humores. Non cadit ſub ſenſum naturæ robur, ſed mente colligitur ex cauſis, ex his quæ proſunt aut obſunt, ex effectis. Cauſæ cur natura valida ſit ſunt moderata qualitas & quantitas ſpirituum, *h* humorum, & partium ſolidarum: ſed cum febricitantibus non poſſint eſſe hæc moderata, extimabimus qualia eſſe naturaliter ſoleant, nam hoc patefaciet etiam dum homo febricitat, naturæ robur. Videbimus item quantum recedant à naturali ſtatu, ſiquidem cum paruo receſſu ſeruatur adhuc magnum. Iuuantium & lædentium hæc ratio eſt quod ea quæ parum prodeſſe ſolent, ſi multum proſint quæ multum obeſſe ſi obſunt parum, magnum monſtrant naturæ robur, ſin contrario modo ſe habeant paruum. Effecta in vniuerſum ſiue ſint actiones, ſiue qualitates corporis, ſiue expulſa & retenta quanto magis ſimilia ſunt naturalibus, tanto maius indicant naturæ robur, quanto magis diſsimilia, tanto minus, maxime autem ex actionibus attendere naturales oportet & proprie

coctio-

a coctionem quæ ubi adſit mõſtrat, naturam omnino ualidam eſſe & ſuperaturam febrem. Indicant coctionem ea quæ expelluntur, & potiſsimum vrina cum ex venis b emanet, vbi reſident humores à quibus ſubinde putreſcentibus hæc febris accēditur: tanti aũt ponderis eſt ſi vrina bene cocta perſeueret, vt veteres c medici cum hac nullum febricitantem ſcribant interijſſe: ſed quia facultas naturalis fouetur à vitali tentare arterias oportet: validus.n.earum pulſus validam oſtendit facultatem vitalē quæ plurimum conducit ad naturalem: hactenus de robore naturæ. Morbi nempe putridæ febris robur colligitur ſimiliter ex cauſis, ex his quæ proſunt aut obſunt, ex effectis. Cauſæ non tantum ſunt illæ quæ morbum faciunt ſed etiam differentiæ pro quarum varietate morbus interdum adeo validus eſt vt naturā ſuperet & interitum afferat: interdum adeo imbecillus ut ſoluatur & ab ea ſuperetur: Species verò febris humorum putredinem conſequentis ob cauſam hoc eſt, ob humorem putreſcentem mitiorem uel deteriorem, validior eſt aut imbecillior. Intueamur primo differentias, deinde cauſas perpendemus tam externas quam internas tum iuuantia & lædentia & tandem effecta, ex quibus intelligere poſsimus robur morbi paruum aut magnum. Ordiamur à differentijs quæ ſumuntur à ſubiecta materia, hoc eſt à corpore ægrotantis: pertinent autem aut ad uim naturæ quam proxime tractauimus, aut ad temperationem ob quam febres congruæ ſunt aut non congruæ: quæ non ſunt congruæ, vt ardentes ſenibus, d ualidiores ſunt quod à ualidiori cauſa fiant: quæ congruæ, imbecilliores. Modo quò forma reſidet in ſubiecta materia propoſitæ febres differunt, quod aliæ ſtabiles ſunt aliæ facile remouentur, & non dum hærent, conſtat aũt has eſſe imbecillas, illas verò firmas: quod verò non ſequātur alium morbum, ſed dicantur ipſæ morbi, aut exiſtimentur ſymptomata inflammationum, non propterea ſunt imbecilliores aut ualidiores. ſed quatenus ſequuntur grauiorem uel leuiorem cauſam, hoc eſt putredinem humorum. Plurimum aũt poſſunt illæ differentiæ quæ ſumuntur ab his quæ conſequuntur formam in ſubiecta materia, & primum à quantitate, aliæ .n. magnæ ſunt, aliæ paruæ: quæ magnæ ſunt, præſeferunt robur, quæ paruæ imbecillitatem. Numero diſtant inter ſe quod aliæ ſimplices ſint, aliæ multiplices: ſimplices imbecilliores ſunt, multiplices va-

a *Gale. xi. meth. ca 9.*
b *Gal. 2. 3. epid. com. 6. & 4. aphor. com. 77. & 3. criſ. c. 3.*
c *Gal p. d diebus decretoriis. c. xi.*
d *Gal. p. aph. com. 14.*

ces validiores, ſiue tantum compoſitæ ſunt, ſiue etiam confuſæ. In motu animaduerti diximus qualitatem, & modum: qualitas conſiſtit in celeritate & tarditate, quò fit vt aliæ febres celeres ſint, & idcirco breues, aliæ tardæ, & idcirco longe: *a* longitudo, vbi par ſit magnitudo, febris robur demonſtrat, breuitas imbecillitatem: efficiens enim cauſa, quò diuturnior eſt, plus efficit, & idcircò ualidior eſt quam quæ breuior; modo alioquin æquales ſint, nam ſæpe breuiores morbi vehementiores ac peracuti ſunt deteriores quam longi, & idcirco etiam validiores. Admodum motus pertinet primum, quod aliæ febres totæ ſimul ſunt, aliæ circuitibus diſtinguuntur: quæ totæ ſimul ſunt, validæ ſunt ob aſsiduitatem, ſed non propterea validiores quam illæ quæ circuitibus diſtinguuntur: Oriuntur enim à ſanguine putri, qui mitior *b* eſt quam ille humor qui febrem cũ circuitibus accendit: Differentiæ verò illius febris quæ circuitibus caret quam ſynocham dicunt, quod aliæ ſemper augeri videantur, aliæ ſemper minui, aliæ in eodem ſtatu perſeuerare à principio ad finem, validiorem & imbecilliorem febrem denunciant: validior enim eſt, quæ ſemper *c* augeri videtur; imbecillior quæ ſemper minui: quæ in eodem ſtatu perſeuerat, media eſt inter vtrãque: vbi ſint circuitus, ſi inordinati ſunt, imbecilliorem febrem demonſtrant, cum ab externa cauſa, & a prauitate *d* victus proficiſcantur: ordinati, ualidiores ſunt, cum cauſam internam, & ſtabilem ſequantur. Sunt autem circuitus ordinati, quotidiani, tertiani, quartani: robur quod demonſtrant & imbecillitas, ad cauſam refertur, quæ ſi multa eſt ut pituita in quotidiano, monſtrat morbum ualidum, id quod facit etiam ubi acris ſit ueluti flauabilis in tertiano. Quæ autem neq; ita multa, neq; ita acris eſt, circuitum imbecilliorem reddit, ut quartanum, humor melancholicus. Poſſunt autem ordinati circuitus quicumque ſint, & eadem hora reuerti, & anteuertere, & tardari: qui eadem hora reuertuntur, ualidiorem febrem ob magis ſtabilem *e* cauſam denunciant, qui uerò anteuertunt, ex quadam proprietate, *f* non ex ui incrementi, ualidiorem febris uim monſtrant quam qui tardantur: Ex magnitudine febris ſtatim apparente in principio quam paulo poſt ſequatur leuitas, indicatur minus robur febris, quam ex leuitate à principio quam ſequatur magnitudo: ſi autem ut pleriſq; euenit, paulatim febris augeatur, dein minuatur, non

a *Hippo. 2. aphor. 25.*

b *Galen. 2. de diff. febr. c. 9*

c *Hipp. apho. 43.*

d *Galen. 2 de diff. febr. c. 11.*

e *Hippo. l. 2. apho. 30.*

f *Gal. p. de criſyb. ca. 3.*

tur, non monſtrant propterea robur aut imbecillitatem ubi motus inconſtans eſt: cæteris paribus, febris ualidior eſt quam ubi conſtans: quæ mouentur diebus imparibus imbecilliores ſunt quãquæ paribus, quod non tantum proficiſcitur à ui dierum, ſed etiam ab humore, ut à pituita quæ mouetur diebus paribus, & quia multa craſſa & glutinoſa ualidiorem efficit febrem quam flauabilis quæ diebus imparibus mouetur; quamuis hæc magis ardentem febrem efficiat, & hoc nomine etiam ualidiorem. Pertinet quoque ad modum motus, quod aliæ febres continuæ ſunt, aliæ intermittentes; quæ continuæ, ſunt ualidiores; quæ intermittunt, *a* imbecilliores, ita ut periculo uacent: quæ plus temporis intermittunt, imbecilliores ſunt ueluti quartana. Sequuntur differentiæ attinentes ad tempus, ad quod ſpectat, quod aliæ febres diuturniores ſunt aliæ breuiores, de quibus ſupra locuti ſumus eum egimus de celeritate & tarditate. Refertur etiam ad tempus, quod febris aut uetuſta aut recens: uidetur imbecillior, quæ recens eſt quod non dum hæreat, uetuſta ualidior quod ualde hæreat, & ſtabilem cauſam ſequatur: nouitas *b* & uetuſtas per ſe nihil requirunt. Quatuor uerò tempora totius febris, mõſtrant quando idem morbus ſit ualidior, quando imbecillior; id quod faciunt etiam quatuor tempora totius circuitus, febris enim cum incipit imbecilla eſt; cum creſcit, ualidior; cum uiget ualidiſſima; cum minuitur deinde, maxime imbecilla. Circa initia & fines inquit Hippocrates *c* omnia imbecilliora, in ſtatu omnia ualidiora: non tamen monſtrãt quatuor tempora, & totius febris, & cuiuslibet circuitus, robur & imbecillitatem abſolute. Superſunt differentiæ quæ ſumuntur à cauſis & ab effectis à quibus per ſe ſumemus etiam indicia: intuebimur primum quo pacto cauſæ tam internæ quam externæ, deinde iuuantia & lædentia, poſtremo effecta, hoc eſt ipſa ſymptomata monſtrent robur & imbecillitatem febris. Cauſæ aut externæ ſunt, aut internæ ſunt, autem externæ quæ extrinſecus incidunt ut aer, quæ offeruntur; ut cibi & potiones ſub externis compræhendi poſſunt quæcumq; euidentia ſunt, ueluti quæ excernuntur ac retinentur, motus quies, ſomnus, uigilia, animi tranquillitas; oĩa hæc ubi ualida ſint, febrẽ ut efficiunt, ita ẽt demonſtrant ualidam; ubi imbecilla, imbecillam: non tamen proxime & per ſe, ſed per internam atq; abditam cauſam,

hoc

a *Hippoc. 4. aphor. 43.*

b *Gal. 4. met. cap. 5.*

c *Hippoc. 2. aphor. 30.*

hoc eſt humorum putredinem quam mouent, præclare enim ſcriptum eſt à ueteribus *a* medicis cauſas euidentes mouere eas quæ abditæ ſunt: quatenus uerò externæ atq; euidentes cauſæ communes ſunt uel propriæ, nihil faciunt ad ſignificandum robur aut imbecillitatem febris, niſi cum prauitate quadam iungantur, quemadmodum aer putris ac peſtilens, ſic enim notant magnum febris robur: interna cauſa eſt humorum *b* putredo. Poteſt tam putredo quam humor putreſcens, & ualidam, & imbecillam febrem afferre: putredo enim interdum magna eſt, interdum parua: quæ magna eſt, magnam febrem indicat, paruam quæ parua: ueluti cum humores ſunt *c* ſemiputres. Differunt etiam inter ſe humores putreſcentes, ſpecie, quantitate, qualitate, motu, exitu; pro quorum uarietate efficiunt ac denunciant febrem nunc ualidam, nunc imbecillam. Species quidem humorum refertur ad qualitatem, aliis enim præditi ſunt qualitatibus tam primis quam ſecundis aliæ humorum ſpecies, quamobrem de ſpecie paulo poſt agemus cum qualitatem perpendemus. Miſcentur interdum inter ſe humores *d* & efficiunt febres ſpurias, interdum ſinceri ſunt & faciunt exquiſitas: ſinceri ualidiorem febrem afferunt quam mixti, propterea quod qualitas quæ in ſinceris excedit, mixtura contrarii humoris nō remittitur, quo nomine Hippocrates *e* malum eſſe ait, cum ex corpore ſincerum aliquod educitur, notat enim humorem à quò morbus proficiſcitur ſincerum eſſe: expedit autem magis eſſe mixtum, cum(ut diximus) ſic remittatur eius uis à contrario; non tamen expedit uitioſos plures humores ſeparatos eodem tempore in ægrotante uerſari, qui multiplicem morbum efficiant: eiuſmodi enim ualidior eſt, & maiori negocio aufertur. Sed ſi humor unus duntaxat morbum excitet, expedit tunc mixtum eſſe magis quam ſincerum: quamuis ubi ſimul plures humores putreſcant ualidior *f* ea ratione interdum febris ſit, quia iidem difficilius concoquuntur. Illud tamen obliuiſci non oportet quod ſanguis qui maxime naturæ conuenit, minus nocet cum putreſcit ubi ſincerus eſt quam ubi miſcetur cum alio humore, ueluti cum flauabile: quantitas putreſcentis humoris ubi maior eſt ualidiorem reddit febrem, ubi parua imbecilliorem quicumque ille humor ſit: ſequuntur.n. ualidiores cauſas effecta ualidiora: qualitas conſiſtit & in primis & in ſecundis

a *Gale.p.de cauſ. pulſuū c.p.*

b *Gal.xi.methodi c. 4.*

c *Gal. l. de diff febr.c.6 & l.artis. medi.c.89.*

d *Gale.2.de diff. feb.c.8.*

e *Hippoc.2. progноſt. c. de ſputo.*

f *Gale.p.de criſium cap. 11.*

cundis qualitatibus quod attinet ad primas, quò humor calidior eſt, eo maiorem febrem & ualidiorem accendit, quò frigidior, eo imbecilliorem Siccitas humoris reddit acriorem calorem, et propterea ualidiorem febrem, ſed humida qualitas magis eſt obnoxia putredini quæ maior effecta ualidiorem ipſa quoque reddit febrem: ex ſecundis qualitatibus craſsitudo *a* humorum cum difficilius ſuperetur quam tenuitas maius propterea robur demoſtrat, uerum humores non tantum qualitate nocent, ſed interdum etiam tota *b* ſubſtantia pugnant cum natura noſtra quod ubi accidit uires addunt morbo quem efficiunt, ſi humor qui febrem accendit moueatur et non occupet certam ſedem efficit *c* turgentem quę longe ualidior eſt quam quieta, nam præterquam quod poteſt quæ mouetur materia occupare præcipuam aliquam partem et interitum afferre, non ita facile concoquitur ſicuti quæ quieſcit quamuis facilius expellatur. Retinetur materia ex toto interdum in febribus ita ut ſiccæ ſint, interdum à principio incipit euidenter effluere ita ut ſint humidæ utræque ualidæ ſunt, admodum humidæ propter copiam materiæ ualde ſiccæ propter craſsitudinem atq; exitum interclusum præſtat autem neq; omnino humidam eſſe febrem neq; omnino ſiccam, ſic enim imbecillior eſt et facile ſuperatur, quod attinet ad uapores expirantes ſi glutinoſi ſint quemadmodum in febre illa quæ contagione proximos contaminat, robur demonſtrat, quod non euenit ubi non ſint glutinoſi. Hoc pacto igitur colligitur robur, & imbecillitas febris. Accedunt iuuantia et lædentia, quæ ſimiliter poſſunt uim febris ſignificare: ubi ea quæ plurimum iuuare ſolent, aut parum iuuent, aut etiam noceant, quemadmodum de ſomno tradidit Hippocrates *d* malum eſt, morbus enim tunc uidetur naturam ſuperare, quod ſi ea quæ parum lædere ſolent ualde noceant, monſtrant ſimiliter robur febris ualidum: lædit ægrotantem præcipue ipſa febris; quæ cum facile toleratur, imbecillior eſt: cum aegrum maxime uexat, itaut uix eam ferre poſsit, ualida eſt, et naturam uincit. Vxor Dromedai quam deſcribit Hippocrates, *e* non facile morbum ferebat, ſexto autem die interiit. Heropytus qui ſimiliter non facile morbum ſuſtinebat, ſed alioquin ualidus erat, centeſimo tandem die ſanatus ab Hippocrate *f* commemoratur. Effecta reſtant, hoc eſt ſymptomata,

quæ

a *Galen. de conſt. art. c. 16.*

b *Gale. 3. 3. Epid. com. 77.*

c *Gal. p. aphoriſm. com. 22.*

d *Hippoc. 2. aphoriſm. p. & 3. 3. epid. 76.*

e *Hipp. 3. p. epid. 28.*

f *Hippo. 3. 3. epid. 80.*

quae maxime demonſtrant qualis ſit febris, ualida ne an imbecilla: nam ut in ſuperioribus *a* libris oſtenſum eſt, ubi prognoſticum tractauimus in uniuerſum, ſymptomata quanto plura & grauiora ſunt, tanto ualidiorem morbum denunciant: quanto pauciora & leuiora, tanto imbecilliorem: proprie autem cũ laeduntur actiones illae quae magis neceſſariae ad uitam ſunt, maius robur febris denunciant, quam ubi offenduntur aliae quae minus neceſſariae ſunt: illae actiones quae proxime proficiſcuntur a parte praecipua, ut a corde à iecinore, ubi grauiter laedantur, ualidam eſſe febrem ſignificant. Animales actiones, aut ad præcipuas facultates attinent, ut ad intelligentiam, rationem & memoriam: aut ad ſenſum: aut ad motum uoluntarium. Vbi grauiter laedatur intelligentia, atque immaginum cõpraehenſio, ut in his qui floccos *b* carpunt, & faeſtucas legunt, neceſſe eſt cerebrum male affectum ſit, & idcirco febrem eſſe ualidam cum laeditur ratio. minus graue delirium eſt cum *c* riſu, quam ſerio: minus item cum cerebrum aliis partibus aegrotantibus *d* congruit, quam cum per ſe aegrotat: ubi laeditur memoria, ſiquidem grauiter, *e* extingui calorem in cerebro denunciat, & propterea febrem ualidam. Senſus uerò, aut communis eſt, aut proprius: ad ſenſum *f* communem pertinet ſomnus & uigilia, quae ubi modum ualde excedant, *g* malum: immoderata enim uigilia ab immoderato calore ac ſiccitate cerebri proficiſcitur, ſicuti imoderatus ſomnus ab immoderato frigore & humore eiuſdem: quamobrem neceſſe eſt tunc febrem eſſe ualidam, ſiue ferueat calor in cerebro, ſiue etiam extinguatur. Senſus proprii, ſiue ablati, ſiue grauiter laeſi, grauem febrem denunciant, praeſertim illi qui prope cerebrum reſident, ut uiſus & auditus: quare grauiſſimum ſignum eſt tam caecitas quam ſurditas *h* ſuperueniens. Ad ſenſum tactus refertur dolor, qui ubi uehemens ſit circa uentriculum, ut docuit Hippocrates *i* in febre, malum eſt: malum etiam ſi ſtatim dolor ceſſet manente adhuc cauſa. Motus uoluntarius ſi in toto corpore auferatur, quemadmodum in attonitis febris aut pernicioſa eſt, aut ſanatu difficilis: minus graue eſt ubi motus minuatur duntaxat. Vbi deprauetur motus uoluntarius, ſuperueniatque neruorum diſtentio ob febris calorem exſiccantem, ſignificatur febris ualidisſima: quod ſi homo ſuſtinere K membra non poteſt, neque iacere cruribus paulum reductis, ſed ſubinde ad pedes delabitur,

a *Vidus l. x. de cur. gen. c. 5. par. p.*

b *Hippoc. & Gal. p. prognoſt. 23.*

c *Hippoc. & Gal. 6. apho. tex. cõ. 53.*

d *Gal. p. proritic. com. 8.*

e *Gal. 2. proritic. com. 30*

f *Gale. p. de cauſ. ſympt. cap. 8.*

g *Hipp. 2. aphoriſ. 3.*

h *Hip. p. proritic. 32.*

i *Hipp. 4. aphoriſm. 65.*

K *Hip. p. prognoſt. 14 & 15.*

labitur, febrem adeo ualidam demonſtrat, ut labefactet facultatem ad arbitrium mouentem: quae ſi non ita deſideratur *a* ualida in propoſita febre ut coctrix, eſt tamen neceſſaria propter reſpirationem, quae in morbis acutis ubi ſecundum *b* naturam fiat imbecillam febrem denunciat, ubi auferatur, minuatur, deprauetur, grauem, praeſertim ſi auferatur, malus eſt & anhelitus ſubſiſtens; grauis etiam eſt difficultas magna ſpirandi. anhelitus magnus & rarus, notat *c* delirium: ſi exeat frigidus, extinctionem *d* caloris. Ad uitalem facultatem ſpectat animae defectio & laeſio pulſus: docet autem Hippocrates *e* eos repente mori quibus ſine cauſa manifeſta magna & frequens accidat animae defectio. Pulſus uerò, magnum febris robur demonſtrat, non ſolum ubi ualde praeter naturam augetur, ſed multo magis ubi ualde minuitur, itaut fiat rarus, tardus, uel etiam intermittens: notat enim extinctionem *f* caloris innati. Ad facultates naturales, referuntur quatuor miniſtrae, attractrix, retentrix, concoctrix, expultrix, quae ſunt ad alendum neceſſariae: quibus accedit etiam appetitio & cibi potionis ut fames, & ſitis. Vbi appetitio cibi uehementer augeatur, notat frigus uentriculi, *g* magnum, quod deinde ſequitur animae defectio: ubi auferatur, niſi homo fortis ſit, conetur que omnibus modis cibum ſumere, uires deficiunt, ut ſaepe in peſtilentia *h* uſuuenit. Sitis uehemens ardentem febrem denunciat, ſed ſi praeter rationem *i* ſubito ceſſet, notat extinctionem caloris innati. Attractio & retentio, quanto grauius laeduntur, tanto ualidiorem febrem oſtendunt: coctio, ſicuti cum perficitur denuntiat k naturae uictoriam ita cum corrumpitur morbum ualidiorem ſignificat: quae autem aufertur indicat morbum non ſuperari à natura: hae laeſiones deprachenduntur ex his quae excernuntur, potiſſimum ex urina, quae paulo poſt ſubiiciemus. Expulſio ubi auferatur ex toto, aut extinctionem ſenſus & caloris ſignificat, aut calorem ualde urentem aut exſiccantem, quod nõ fit ſine magno febris robore. Ad expulſionem pertinet rigor, qui ſi in febribus intermittentibus principio acceſſionum fiat, bonus eſt: quibus enim quotidie rigores fiunt, quotidie febres ſoluuntur inquit *l* Hippocrates: idem ſi ſuperueniat continuis, & potiſſimum *m* ardentibus, monſtrat magnum naturae robur, quae deinde per ſudorem expellit bilem, à quò eiuſmodi febris

a *Gale. l. xi. meth. c. 9.*
b *Hippoc. p. prognoſt. 25*
c *Hippoc. p. progn. 24.*
d *Hipp. ibidem.*
e *Hippoc. 2. aphor. 41.*
f *Gale. p. de cauſ. pulſ. cap. 6.*
g *Gal. de arte medic. cap. 63.*
h *Hippoc. & Gale. 3. 3. epid. 58.*
i *Hippoc. 2. proriticorũ 22.*
k *Hipp. 2. p. epid. 45.*
l *hippoc. 4 aphoriſ 63.*
m *Hipp. 4. aphoriſm. 58*

febris proficiſcitur: ubi non ſequatur ſudor aut non incaleſcat post rigorem homo, aut adſit uirium imbecillitas, *a* obliuio, ſtupor, deprauatio oculorum malum: notat enim febris robur à quo natura ſuperatur, quamuis tentet pugnare: malum autẽ ſi ſexto *b* die ſuper ueniat rigor, quoniam eiuſmodi motus non eſt ordinatus, ſed irritatur natura ante tempus, id quod febrẽ ualidam denunciat. In ſecundo genere ſymptomatum ſunt ea quae praeter naturam apparent mutata in corpore noſtro, ſiue uni, ſiue pluribus ſenſibus: quò magis autem recedent à ſtatu naturali, eò ualidiorem febrem indicant: ordiamur ab his quae ſub aſpectum cadunt, colores cutis *c* monſtrant quales ſint ſubiecti humores qui febrem accendunt, prout autem uel boni ſunt uel praui, ita imbecillitatem, uel robur febris denunciant, qui ſuffuſa bile arquati fiunt ante ſeptimum *d* diem, his natura ob ualidam morbi uim cogitur intempeſtiue transferre ad partes externas ea quae laedunt internas, ſed ſi tales reddantur poſt *e* ſeptimum diem, natura ſuperat morbum. Color niger *f* innati caloris extinctionem denunciat: extinguitur autem, uel à cauſa urente, & tunc praecedit *g* color uiridis, uel refrigerante, & praecedit liuor: utrouis modo maximum febris robur demõſtratur, interdum nigreſcunt externae partes humore melãcholico ad ipſas transmiſſo, quod ubi tempeſtiue *h* fiat magis eſt opus naturae quam ſymptoma, & maius demonſtrat robur naturae quam morbi. Sub auditum cadit uox & *i* crepitus ex inteſtinis aeditus: notat uox mutata delirium, ubi non mutetur uitio inſtrumentorũ & facultatis mouentis: idem notat & crepitus ubi non aedatur ad ſe dandum dolorem: at delirium (ut in ſuperioribus oſtenſum eſt cum laeſo cerebro ſequatur, ſignificat magnum eſſe febris robur. Quod ſpectat ad odoratum, fætor ex corpore febricitantis exhalans, magnae putredinis *k* eſt indicium, & ideo ualidam febrem demonſtrat. Guſtu percipitur qualis ſit ſaliua aut ſudor à fronte deſtillans in os, repraeſentat ſapor humoris redundantis ſpeciem, & propterea qualis ſit febris cauſa, ex quà robur uel imbecillitatem colligi ſupra demonſtrauimus. Tactu deprachenduntur & primae qualitates, & quaedam etiam ex ſecundis: praeſtat aequaliter totum corpus calidum eſſe ut docuit Hippocrates *m* ualidus aeſtus circa uentriculum in febre continua malum, monſtrat enim focum febris

a *Hippoc. 4. aphoriſm. 46.*
b *Hippoc. 4 aphoriſ 29*
c *Gal p. aphoriſm. com. 2.*
d *Hippoc. & Gal. 4. aphoriſm. Tex. com. 62.*
e *Hippoc. 4. aphoriſm. 64.*
f *Hippoc. p. progn. 7.*
g *Gal. p. criſium c. 13.*
h *Hippoc. & Gal. 2. progno. Tex. com. 9.*
i *Hippoc. 2. prognoſt. 24*
k *Gal. 8. methodi. c. 7.*
l *Gal. x. ſimplicium c. de ſudore.*
m *hip. 2. progn. 56. & Teſt. 5.*

febris in principali parte reſidere: malum & frigus *a* extremarum partium, quoniam ſignificat internarum inflammationem quæ cucurbitulæ modo attrahat ad ſe ſpiritum & ſanguinem. Inæqualitas etiam frigoris & caloris per uniuerſum corpus, mala, cum nequeat morbus à natura ſuperari: malum etiam ſi frigus ſit in aliqua parte, ueluti in *b* ueſica, notat enim illam emortuam eſſe.

a hippoc. 7. aphor. p. & 2. prognoſt. 4 & Gal. dictis coment.

b Hippoc. 2. proritic. com. 16.

Humor & ſiccitas ex mollitie & duritie percipiuntur quæ ſunt ſecundæ qualitates: expedit uniuerſum corpus *c* molle eſſe, malum eſt ſi præcordia dura ſint, duros enim tumores denunciant: ſed longe deterius ſi totum corpus reddatur durum; ſūmum enim frigus denunciat & caloris extinctionē. Ex his quæ pluribus ſenſibus accipiuntur, ſunt magnitudo numerus, figura, ubi augeantur, minuantur, uel à naturali ſtatu mutentur. Si craſſa & glutinoſa materia *d* circa dentes concreſcat in febre, malum eſt, ob materiam quæ non facile ſuperatur, & calorem exſiccantem. Si partes corporis tabeſcant, neque id ab euidenti cauſa proficiſcatur, ſignificatur febris liquans ob quam efficitur cadaueroſa illa facies quam Hippocrates *e* in prognoſticis enarrat. Abſceſſus qui febrem ſequuntur, ubi non ſint opera naturæ transferentis tempeſtiue ad externas partes quæ ſuperant in internis, ualidam febrem denunciant. Supereſt tertium genus ſymptomatum quod pertinet ad ea quæ preter naturam expelluntur: ſunt autem ea quæ naturaliter expelli ſolent, ſed mutata, ut deiectio, urina, ſudor, uel noua aliqua, ut cum effluit ſanguis ex naribus. Animaduertimus autem mutationem ſubſtantiæ, quantitatis, qualitatis, habitus, temporis, loci: quæ cōmuniter in omnibus expulſis attenduntur: ſed maxime nunc à nobis animaduertentur in urina, quam maximum eſſe diximus indicium in propoſitis febribus: in uniuerſum autem quæ à naturali ſtatu mutata expelluntur, ſi facta coctione detrudantur, conferatque eiuſmodi expulſio, ac facile tolleretur, opus naturæ exiſtimanda ſunt & non ſymptoma, magiſque ſignificant robur naturæ quam morbi: quod contra accidit ubi ante coctionem, detrudantur & æger debilitetur, ac magis à febre opprimatur. Subſtantia urinæ debet eſſe aquoſus humor, ac ueluti ſerū ſanguinis, in qua reſideat crudum *f* id quod in uenis concoqui nullomodo potuit. Exit interdum cum urina, adeps, caruncula,

c hippoc. 2: prognoſt. 5. & 56.

d hippoc. 4. aphoriſ. 53.

e hippoc. p. progn. 5.

f Gal. p. prognoſt. ul.

ſquamma

ſquamma aliqua, à quibus indicatur febris calor urens, ac liquans non ſolum adipem & carnem ſed etiam *a* ſolidas partes: quod ubi euenit, febris omnino ualida indicatur. Quantitas urinæ reſpondere naturaliter debet quantitati eorum quæ bibũtur: Si copioſior eiiciatur, aut eſt naturæ opus & ſignificat febrem imbecillam, aut ſymptoma, & ualidam notat: diſcernes ex ſignis proxime dictis quando ſit ſymptoma, quando naturæ opus: malum autem eſt ubi pauca reddantur quæcumque expulluntur, monſtrant enim naturam tentare expulſionem eius quod morbum facit, ſed uictam deſiſtere ab opere: quare deterrimum etiam eſt, cum paucæ admodum guttæ *b* ſanguinis exnaribus exeunt. Ad qualitatem urinæ ſpectat primo color, tum odor, præterea calor & frigus: color tam humoris aquoſi, quam eorum quæ in ipſo continentur, quanto magis ſecundũ naturam eſt, tanto notat febrem imbecilliorem: ſed tanto ualidiorem, quanto magis à natura recedit. Deterrimus eſt *c* color niger, qui extinctionem caloris ſignificat: fætor, magnæ putredinis indicium eſt; calor*d* & acrimonia, cum urina exit, acres ſuccos denunciat; deteriora ſunt quæ frigida exeunt, ueluti ſudor, *e* nam aut ſummam cruditatem, aut extinctionem caloris ſignificant: habitus urinæ, *f* debet eſſe mediocris, nam tenuis, magnam cruditatem demonſtrat, craſſus concretionem materiæ, aut mixturam aliquam præter naturam, aut feruorem ac perturbationem: quæ autem cruditatem notant, ueluti concretio, aut ſunt opus naturæ, ſi tempeſtiue fiant: aut ſymptoma, ſi intempeſtiue, & eatenus indicant febrem imbecilliorem aut ualidiorem. Tempus quò urina expelli debet, eſt id quod uſitatum eſt cum homo bene ualet, ſed tempus quò expellitur copia urinæ præter naturam, ſi poſt coctionem ſit, notat opus naturæ & febrem imbecillam: ſi ante coctionem, ſymptoma, & robur febris. Locus quo expellitur urina unus & idem eſt, ſed materia quæ redundat & febrem facit poteſt & per urinam, & per aliam uiam excerni: malum eſt ubi per plures excernatur, quod natura ualde oppreſſa plures uias tentet, nec poſſit ſuum opus perficere: tentat autem interdum ſanguinem *g* ex naribus, uomitũ, deiectionem, ſudorem, quæ omnes uiæ oportunæ ſunt ſi ſeparatim tententur à natura: nam ubi ſimul plures, magnum monſtrant morbi robur. Hactenus expoſita ſunt ſigna monſtrantia

robur

a *Hippoc. & Gal. 2. prognoſt. Text. 35.*

b *Gal. p. proritic. com. p.*

c *Hippo. 2. prognoſt. Tex. 32. 33*

d *Hip. & Ga. ibidem.*

e *Hippo. p. prognoſt. 26 & 4. aphor. 37.*

f *Galen. p. criſium ca. 12.*

g *Galen. 2. p. epid. 79. & & Hippoc. in Textu.*

robur naturæ & morbi,& idcirco euentum ſalubrem vel pernicioſum. Oportet autem omnia inter ſe *a* conferre,& intueri,nõ ſolum numerum,ſed magnitudinem ac vim,& inde æſtimare maius ne ſit robur naturæ an morbi.

a *Gal. de conſtit. artis c. 18.*

De præcognoſcendis differentijs euentus temporis modi, & ſtabilitatis in febre à putribus ſuccis profecta. Cap. X.

PErſpecto euentu futuro, prouidere differentias oportet: tempus uidelicet & modum quò expectandus eſt. Præſtat autem vtramque differentiam *b* cognoſcere, non ſolum vt ex prædictione futurorum, auctoritas artis comparetur, ſed etiam vt facilius ſuccuratur & tutius ægrotanti. Si prouideatur *c* tempus, non difficile eſt idoneam rationem victus inſtituere. Si prouideatur modus,non auertetur natura à ſuo munere: confert autem prouiſio temporis perſpecta ad prouidendum modum,ſicuti prouiſio modi ad tempus præſagiendum. varium eſt tempus pro uario modo, varius modus, pro vario tempore:tractabimus ergò vtrumque ſimul: oſtendemus tamen primo varietatem temporis deinde modi. Tempus,quo futurus euentus expectari debet, aut longum eſt, aut breue: vtrumque ſpatium patet. Quadrageſimo die (vt in ſuperioribus *d* oſtenſum eſt) incipit morbus eſſe longus; ſed 60. etiam 80. 100. 120.& poſt ſextum menſem quoque dicitur longus. At breuis trahi poteſt vſque ad quadrageſimum diem, quamuis finiatur. 3. 5. 7. 9. 11. 14. 17. 20. & tandem uſque ad 40. prædicere autem oportet quo tempore, & non ſolum longo ne an breui, ſed etiam quota die euentus ſit futurus, præſertim vbi debeat eſſe ſubito: modus enim, ad quem iam pergimus uarius eſt, cum euentus aut *e* paulatim fiat,aut ſubito:& ſi ſubito,vel cum pugna, vel ſine pugna;vbi pugna fiat,vel educitur ex corpore materia faciens febrem,uel transfertur ad aliquam partem, vel ſubito coquitur, quemadmodum in infantibus *f* per longum ſomnum. Vbi paulatim ſequatur euentus, bonus quidem fit per coctionem materiæ,malus per tabem. Quadruplex autem proponitur euentus ab Hippocrate, *g* ad ſalutem, ad interitum, ad melius ad deterius ſpectans: poteſt quilibet & paulatim ſequi & ſubito: qui ſubito ſequitur, vel ad ſalutem, vel ad melius ſpectet, ne

b *Gale. 4. de præſag. pulſuum. c. 11.*

c *Gale. criſium c. 5.*

d *In hoc lib. cap. 4.*

e *Gale. 3. criſium c. p.*

f *Gal. p. proritic. com. 29.*

g *Hippo. 3 p. epid. 16.*

ceſſe eſt fiat cum pugna quam ſequatur eductio materiæ, vel abſceſſus aut longus ſomnus cum valida coctione, quemadmodũ infantibus. Mutatio ad deterius ſpectans vel ad interitum, poteſt ſimiliter ſubito ſequi, vel paulatim: ſi ſubito ſequatur, poteſt fieri vel cum pugna, & ſimul cum eductione aut abſceſſu, vel ſine pugna; quod homo uel *a* initio acceſsionis à multa materia cruda ſtranguletur, vel à ui ſymptomatum in incremento aut uigore acceſsionis obruatur, uel cum remittitur acceſsio, deficiant uires exhalantes unà cum calore. Mutatio quæ fit paulatim, ut ante dictum eſt, ſi ſalubris ſit, per coctionem ſequitur: ſi pernicioſa, per tabem. Ex propoſitis mutationibus uidere oportet quò tempore febris quæuis accidere poſsit, ut intelligamus quod tempus ſit prædicendum. Illa mutatio, quæ optima eſt, ſubita ſcilicet ad ſalutem, fit cum materia cocta *b* eſt, & idcirco in fine uigoris: quæ uero ante hoc tempus fit, ſi multũ diſtet, deterior, quam ſi parum. Mutatio ad melius fit paulo ante perfectam coctionem; ſed mutatio ad deterius multo ante, ueluti in incremento, nam non poteſt eſſe principium ubi eſt mutatio uel ad deterius, uel ad interitum, ſed utraque neceſſario erit aut in incremento, aut in uigore. non in remiſsione, quia *c* cum natura tunc ſuperauerit febrem, non poteſt neque mori homo, neque deterior fieri, quæ autem fit ſubita mutatio ſine pugna ad interitum, uel in incremento, uel in uigore totius febris accidit, numquam in principio aut in remiſsione *d* totius febris: quamuis ſequi poſsit in principio, aut in remiſsione unius acceſsionis, quemadmodum paulo ſupra oſtenſum fuit. Expoſitis mutationibus ſeu modis euentus, illi qui ſubito fiunt & cum pugna, criſis *e* nomen apud græcos inuenerunt; quod uocabulum tranſtulerunt uulgares ab his *f* qui coram iudice, capite damnandi iudicium timent, ad ægrotantes, cum maxime agitantur pugnante natura cum morbo. Medicus autem *g* ab Hippocrate edoctus, non timet ualde, mala quæ præter rationem eueniunt: definitur ergo criſis, ſubita mutatio cum pugna, ſed quæ ad ſalutem ſpectat, dicitur ſimpliciter *h* criſis ſine adiectione quæ ad interitum criſis mala: quæ ad melius, criſis bona imperfecta: quæ ad deterius criſis mala imperfecta. Eſt autem opus naturæ pugnantis cum materia faciente morbum, quæ prout uincit, aut uincitur, uel ex toto, uel ex parte diuerſas efficit mutationes ſubiectas cum

a *Gale. 3. criſium c. 9.*

b *Gale. 3. criſium. c. x.*

c *Gale. 3. criſium. c. 9.*

d *Gale. ibid.*

e *Gale. p. criſium. c. 20.*

f *Gale. 2. criſium. ca. 2.*

g *Hippo. 2. aphor. 27.*

h *Gale. 3. criſium c. 2.*

ctas cum pugna, quæcumq; uerò, uel ſine pugna fiunt, uel paulatim, non appellantur nomine criſis.

Dies autem criſimi, ſunt quibus fiunt criſes, hoc eſt eiuſmodi mutationes ſubitæ cum pugna: quorum uim in ſuperioribus *a* libris fuſius explicatam paucis nunc repetere oportet, ut ea perſpecta, poſsimus uenari ſigna non ſolum temporis, ſed etiam diei quò futurus euentus expectatur. Dies pro ſpacio accipitur xxiiij. horarum: *b* nō omnes autem dicuntur criſimi, quā uis omnibus poſsit fieri criſis, hoc eſt ſubita mutatio cum pugna, ſed illi duntaxat in quibus ea fieri frequenter *c* ſolet, & bona. Comprobatur dierum criſimorum uis experimento, & ratione, quemadmodum in ſuperioribus *d* libris monſtrauimus, ubi ſoluimus argumenta eorum qui eiuſmodi dies tollebant: ibi etiam internas ſpecies ipſos diſtribuimus, cum aliqui iudicent, aliqui indicent, aliqui intercidant: iudicantes dicuntur illi in quibus fit eiuſmodi mutatio quemadmodum 7. & 14. indicantes ſunt illi a quibus indicatur ſubita mutatio futura 4. dies indicat mutationem futuram in primo ſeptenario 11. in 14. & ita deinceps, quartus dies præcedens ſeptimum, ſemper eius *e* index eſt. Sequuntur autem motum *f* lunæ hæ mutationes, quæ ſeptimo quoq; die inſignem accipit luminis mutationem, ſed in medio ſpacio monſtratur quod futurum eſt: dies uerò intercidentes non ſunt ex numero indicantium, ſed habentur in iudicantibus, cumq; non ſequantur lunæ motum, ſed fiant à natura *g* coacta, uel ob uim acceſsionis, uel ob errorem aliquem, dicūtur intercidentes: intercidunt aūt ante diem 20. cum ualidior eſt acceſsio: huiuſmodi eſt 3. dies 5. 9. ſed poſt 14. cum non numerentur dies integri 17. eſt index *h* 20. & non 18. uigeſimi primi. Similiter uigeſimus quartus, eſt index 27. trigeſmus, trigeſimi quarti: trigeſimus ſeptimus quadrageſimi. Dignisſimus inter dies iudicantes eſt *i* ſeptimus, tum decimus quartus, poſtea uigeſimus: deterrimus omnium eſt ſextus, ſæuoq; tiranno * ſimilis, ut ſeptimus optimo principi: eſt ſextus dies in intercidentibus, quò die febris terminari ad interitum ſolet. Sexti diei nullus ex toto prauitatem imitatur, octauo tamen, & decimo die fieri etiam mutationes prauæ ſolent: poſt quadrageſimum † ſoluitur uis dierum criſimorum, & longe imbecillior redditur: fiunt autem mutationes ſubitæ cum pugna, non ſeptimo, ſed

a *Vid. l. 9. de cur. gen. uarijs c. par. p.*
b *Gale. 2. criſium c. 2.*
c *Galen. p. de dieb. decret. ca. 3.*
d *Vidus l. 9. de cur. gen. c. 6. par. p.*
e *gal. et Hipp. 2. aph. 24.*
f *gal. 3. de diebus criticis c. p. et c. 12.*
g *gal. 3. de diebus crit. c. 8.*
h *gale. ibid. ca. 9.*
i *gal. p. de diebus critic. cap. 4.*
* *gal. ibid.*
† *gal. p. de dieb*^o^ *crit. c. 10*

a galen. 2. de diebus crit. cap. 9.

uigeſimo quoq; die, ut ſexageſimo, uel *a* octuageſimo, uel centeſimo, & vigeſimo.

b galen. 4. de præſag. pulſuum c. xi.

c In hoc libr. ca. 1.

His ita conſtitutis, tranſeundum eſt ad ſigna quæ differētias futuri euentus patefaciant: & primo tempus, deinde modum. Demonſtrantur *b* differentiæ ab ijſdem ſignis, à quibus demonſtratur euentus, ſed aſſumentibus differentiam ſimilem, ſiue aperte ſiue implicite: oſtendimus *c* autem euentum demonſtrari à cauſis, à robore videlicet maiore uel minore naturæ & morbi: eædem cauſæ aſſumentes differentias longitudinis, aut breuitatis, patefacient nobis differentias temporis longi aut breuis. Proficiſcitur longitudo & breuitas temporis (vt in ſuperioribus oſtenſum eſt) à celeritate & tarditate motus, quamobrem robur naturæ & morbi, prout præditum eſt vi mouendi celeriter aut tarde, ita etiam ui longitudinis & breuitatis temporis ſiue ſuperare natura debeat, ſiue morbus: ſequetur euentus poſt breue tempus ſi illi inſit vis celeritatis: poſt longum, ſi tarditatis: cauſæ enim hoc pacto monſtrant effectum. Conſtat autem efficientem vim, eo celerius efficere, quò ualidior *d* fuerit, eò tardius quo minus valida: vteruis effectus ſequatur, ſiue bonus, ſiue malus, debet aut natura, aut morbus ſuperare, & ideo validior eſſe: ſed huiuſmodi exceſſus roboris magnus & paruus eſſe poteſt: ſi magnus ſit, celeriter & poſt breue tempus ſequetur euentus, ſi paruus, tarde & poſt longum. Sed roget quis ex quibus cognoſcatur maius vel minus robur naturæ vel morbi, cui reſpondendum eſt, ex ijſdem ſignis ex quibus ſupra diximus *e* indicari robur ipſorum monſtrari etiam maiorem uel minorem exceſſum eiuſmodi roboris. Depromebantur ea ſigna à cauſis, à iuuantibus, ab effectis: cauſam roboris naturæ poſuimus bonam temperationem, ad quam refertur ætas: ea quanto melior fuerit, & magis moderata, tanto validiorem naturam demōſtrat. Cauſam roboris morbi monſtrauimus eſſe, non tantum ſpecies, ſed etiam differentias: ubi plures concurraut & magnæ differentiæ indicantes robur morbi, denunciabunt ipſum maius. Cauſæ etiam morbi, prout ualidiores, uel imbecilliores ſunt, maius, uel minus robur patefaciunt: ſunt tamen quædam cauſæ morbum efficientes, præditæ ui celeritatis & tarditatis, quemadmodum humores: nam flauabilis celeriter monetur, pituita tarde. Iuuantia & lædentia quanto magis id habent,

d Ariſto. l. 5. de gen. anim. c. 7. & 6. l. phiſico. tex. 14.

e In hoc lib. cap. 9.

bent,per quod demonſtrari diximus morbi vel naturæ robur, tanto maius ipſum denunciant. Effecta quæ naturalibus ſimilia ſunt, denunciant naturam validiorem: quæ diſſimilia, *a* morbũ: verum maior ſimilitudo maius naturæ robur oſtendit,ſicut maior diſſimilitudo,maius morbi robur. Illa autem ſigna quæ poſt apparent poſita ab Hippo., *b* conſiſtunt in his quæ excernuntur: quanto celerius apparent ſigna coctionis, tanto validiorem & celeriorem eſſe indicant naturam, Quod ſi pro coctione prauitas appareat, tanto maiorem vim morbi & celeriorem ſignificat: vtraque autem & coctio & prauitas, ſi tarde appareat *c* imbecilliorem vim,& tardiorem motum naturæ vel morbi denunciant: ex his colligi poteſt longum vel breue tempus futuri euentus; ſed quo die futurus ſit, ex quibus indicijs colligatur nunc videndum ſupereſt. Colligetur autem primo *d* ex die indice,deinde ex die quo fit acceſſio,vt pari vel impari; ex celeritate motus,& tandem ex erroribus ſi qui accidant: ſequitur .n. euentus & ſubita mutatio cum pugna vbi indicetur à die indice, proxime die iudicante, potiſſimum ſi in eo fit acceſſio : nam maxime fit in die acceſſionis: vel ante diem iudicantem vbi motus celerior ſit,vel poſt diem iudicantem vbi tardior. Dies quartus *e* (vt in ſuperioribus oſtenſum eſt) index eſt ſeptimi: vndecimus decimi quarti: & decimus ſeptimus vigeſimi: apparent in die indice ſigna coctionis aut ſigna prauitatis,vel grauia quædam ſymptomata quæ monſtrant euentum futurum in proximo die iudicante: à quarto indicatur ſeptimus, ſi euentus futurus ſit ſalubris: ſin *f* pernicioſus,ſextus. Error ſi accidat, efficit vt bonus euentus tardetur, malus anteuertat: ſed magis aut minus,prout maior vel minor fuerit *g* error. Inſtans iam euentus,& mutatio ſubita cum pugna , cognoſcitur ex grauitate ſymptomatum ſuperuenientium nocte *h* præcedente diem quò futurus eſt euentus, aut die *i* præcedente noctem quà ſimiliter idem futurus eſt: plerumque autem deteriori parte acceſſionis fit ſubita mutatio, præſertim illa quæ ſpectat ad interitum: hic.n.ut in ſuperioribus oſtenſum eſt, principio acceſſionis ſequitur cum homo ſtrangulatur à multa materia *k* cruda: in incremento vel vigore, cum obruitur vi ſymptomatũ: in remiſſione,cum debilis calor *l* exhalat & vnà vires deficiunt. Modus quò euentus in febre ſiue ſalubris ſiue pernicioſus ſequi poteſt, varius *m* eſt: cum & ſubito

a *Hipp.p.prognoſt.tex.5.*
b *Hippo.p.apho. 12. & 2.p.epid.45*
c *Hippo.p.apho. 12.*
d *gal.l.3.criſium ca.4.*
e *Hippo.2 apho. 24.*
f *gal.p.d diebus criticis ca. 4.*
g *galen.p.de diebus criticis c.11.*
h *Hipp 2.apho. 13.*
i *gal.3. criſiũ cap.2.*
K *gale.3.criſium c. 9.*
l *Ibidem.*
m *gale 3.criſium c.7.*

accidat,& paulatim,præterea cum pugna,& ſine pugna: tum ef fuſa,uel ad alias partes tranſlata materia quæ febrem accendit. Quicumq; futurus ſit, diximus eſſe præſagiendum, & ut maior comparetur auctoritas arti,& ne auertatur natura ab opere ſuo. Intelligetur modus futuri *a* euentus ex ſignis demonſtrantibus euentum, aſſumentibus tamen differentiam modi, ſi non aperte,ſaltem latenter ſimilem. Significari euentum monſtrauimus à cauſis,hoc eſt à natura & morbo: ſi ſubito futurus ſit, ineſt tam naturæ quam morbo uis ſubitæ mutationis: ſi paulatim ſequi debeat ineſt iiſdem contraria uis. Videre igitur oportet, qualis natura,& qualis morbus habeat uim utriuſque mutationis, & ſubitæ, & lentæ. Natura quò ualidior *b* eſt, eo magis ſubitam efficit mutationem: quò imbecillior eò magis lentam. Conſiſtit robur naturæ in ipſa temperie moderata ad quam refertur ætas: iunioribus fit mutatio ſubita: ſenioribus paulatim. Morbus itidem *c* ualidus habet uim ſubitæ mutationis : imbecillus lentæ: auget morbi robur,magnitudo,prauitas,& celeritas;quæ differentiæ ubi concurrant,fit ſubita mutatio: ex contrario lenta ubi morbus contrarijs differentijs diſtinguatur. Ad celeritatem motus refertur breuitas temporis, ſicut ad tarditatem longitudo. Non fit ſubita mutatio aut raro in morbis poſt quadrageſimum *d* diem;ſed maximè uſque ad uigeſimum: quamquam non rarò fit à uigeſimo ad quadrageſimum. Cauſæ etiam quæ febrem faciunt, ipſæ quoque uim afferunt ſubitæ uel lentæ mutationis: aer calidus, ſiue ob regionem, ſiue ob anni tempus,ſiue ob præſentem cœli conſtitutionem,ad ſubitam mutationem confert,ſicut frigidus ad eam quæ fit paulatim. Eadem ratio eſt cauſæ internæ; humor *e* calidus & tenuis ſubitam excitat mutationem, ut flauabilis, craſſus & frigidus, lentam, ut pituita, & humor melancholicus. Symptomata illa grauia, quæ ſuperuenire ſolent ubi maxime natura pugnat cum morbo, mutationem ſubitam denunciant : abſunt enim illa vbi hæc paulatim fiat: hoc pacto igitur depræhendere licet modum futuri euentus,paulatim vel ſubito : verum diſtinguere oportet eum qui ſubito fit an cum pugna ſequi debeat, an ſine: vbi ſubitus euentus ad ſalutem ſpectat,ſemper fit cum pugna : vbi ad interitum , poteſt etiam fieri *f* ſine pugna. Diſcernes vtromodo expectandus ſit,ex ſignis monſtrantibus euẽtum ex natura videlicet & morbo vim

a *Galen.4.de præſag. pulſuum c. 11.*

b *Gale.3.criſium c.x.*

c *Gal. ibid.*

d *gal.p.de diebus critic. ca. x.*

e *gal.2. criſiũ cap.11.*

f *gal.3. criſiũ cap.x.*

haben-

habentibus pugnandi vel non pugnandi: cum natura ualde imbecilla *a* eſt, non audet pugnare cum morbo qui grauiſſimus ſit; quamobrem expectandus eſt interitus ſine pugna: veluti in principio acceſſionis, vbi materia *b* cruda eſt; aut in incremento & vigore, vbi grauiſſima ſunt ſymptomata: aut in remiſſione vbi calor imbecillus vnà cum *c* viribus totus exhalat. Quod ſi natura validior fuerit, non tamen ita ut non ſuperetur à morbo, audet pugnare cum eo, ſequiturque tunc interitus cum pugna: vbi fit ſubita mutatio cum pugna poteſt ad ſalutem fieri per longum *d* ſomnum, per exitum humoris noxij ex corpore per abſceſſum. Si euentus futurus ſit pernicioſus, neceſſe eſt ſequatur ſubitam mutationem cum pugna uel expulſio materiæ, uel abſceſſus. Declarantur hi *e* modi, ſomnus, expulſio, abſceſſus, ſimiliter à ſignis monſtrantibus euentum, à natura videlicet & morbo præditis vi huius vel illius modi. Somno duorum dierum in ſubita mutatione cum pugna ſequitur coctio, & propterea ſalus, ſi natura & morbus habiles fuerint ad eiuſmodi ſomnum, & coctionem: habiles ſunt natura infantes *f* ad coctionem & ſomnum longum præſertim hieme *g* & uere: habilis eſt ad eadem febris orta ab humoribus ſemiputribus, concoqui enim illi poſſunt longiori ſomno: quod non eueniret ſi ex toto eſſent putres. At debeat ne febris quæ non finitur per ſomnum, finiri per expulſionem, an per abſceſſum, intelliges itidem ex natura & morbo, hac vel illa vi præditis: natura ualidior qualis eſſe in iuuentute ſolet, magis materiam expellit, quam efficiat abſceſſum: pulſus vehemens & ſublimis notat vim concoctricem, & propterea expultricem validam, & idcirco expulſionem, non abſceſſum: quem efficit materia ſi non ex toto cruda, certè non cocta: quamobrẽ febris quæ à materia frigida & craſſa orta eſt per abſceſſum terminatur, & vrina multa craſſa ſignificat abſceſſum inquit Hipp. *h* præſertim ſi uires fuerint imbecilliores. Illa verò febris quam affert materia calida & tenuis *i* per expulſionem terminatur, præſertim vbi celer ſit motus: nã vbi tardus, magis fit abſceſſus. Ex ſymptomatibus rigor k monſtrat naturã tentare expulſionem, quamobrem in tertianis & quartanis vbi validi rigores *l* fiũt effunditur noxius humor ex corpore nõ transfertur ad alias partes neq; facit abſceſſum. Poteſt tam expulſio quã abſceſſus varie fieri quò verò pacto expectari debeat, nunc

a *gal. ibid.*
b *gal. 3. criſiũ ca. 9.*
c *Ibidem.*
d *gal. 2. proritic. com. 29.*
e *gale. 3. criſium c. 11.*
f *gal. 2. proritic. com. 29.*
g *Hippo. p. aphor. 15.*
h *Hipp. 4. apho. 74.*
i *Gale. 3. criſium c. 11.*
K *gale. ibid.*
l *Hipp. et Gale. p. 6. epid. Tex. com. xi*

exponendum ſupereſt: ſumemus initium ab expulſione. Expellitur humor febrem accendens varie, nam alijs effluit ſanguis ex naribus, ex vtero, ex venis ani: alijs mouetur vomitus; alijs deiectio; alijs vrina: alijs ſudor. Quid horum ſequuturum ſit prædices ſpectans ad nãm *a* & morbum ex quibus vt colligitur euentus, ita ẽt modus. Sanguinem ex naribus fluxurum expectabis, vbi multo ſanguine natura redundet, quemadmodum adoleſcentibus & iuuenibus vſq; ad trigeſimum quintum annum, ſiue maribus, ſiue fœminis inquit Hippo. Ad naturam *b* refertur tempus anni: verno *c* .n. tempore ob copiam ſanguinis, æſtiuo ob acrimoniam, magis accidit ſanguinis fluxus ex naribus, per quem maxime terminatur morbus ille qui proficiſcitur à ſanguine *d* multo, vel acri: quemadmodum febris ſynocha, & ardens: tunc autẽ potiſſimum expectabitur, cum materia morbum faciens ad ſuperiores partes feretur: indicant hoc præcordia *e* contracta, difficultas anhelitus, grauitas pulſus, & palpitatio capitis: ſplendor oculorum: robur genarum & faciei: lachrimæ præter voluntatem fluentes. Admotio autem frequens manus ad nares iam inſtantem hunc fluxum ſanguinis ex naribus denunciat. Ex vtero ẽt effluens ſanguis finit aliquando febrem: hunc *f* ſignificat natura, vt mulierum à decimoquarto ad quadrageſimum quartum annum, quibus abunde menſtrua reſpondere conſueuerint, & quæ plurimo redundent ſanguine, aut etiam acriori: morbus autem qui menſtruorum fluxu facile terminatur, eſt ille idẽ quem diximus finiri per ſanguinem ex naribus, nempe qui oritur à multo uel acri ſanguine, quemadmodum ſynocha & ardẽs febris. Quod ſi materia febrem faciens deorſum feratur, itaut mulieres ſentiant grauitatem lumborum, multo magis hac via finiendam febrem iudicabis. Venis etiam in ano ſanguinẽ fundentibus quibuſdam febris finitur, quod rarius accidit, conijciturque ſimiliter ex natura & morbo vim habente eiuſmodi fluxus: natura non omnium idonea eſt ad ipſum, ſed paucorum, & eorum duntaxat, quibus ſiue maribus, ſiue fœminis, conſueuerinc certis temporibus venæ ani ſanguinẽ fundere: nam in alijs, non magis hic expectari debet, quam fluxus menſtruorum in viris: maxime autem accidere ſolet ætate conſtante, & cum atra bilis plurima *g* redundat. Inſpicies etiam morbum, qui ſi à melancholico *h* ſanguine proficiſcatur, eiuſmodi fluxu facile terminari

a *Gal. 4. đ præſag. pulſuum cap. 11.*

b *Hipp. 3. prognoſt. 12. & 33.*

c *Hippo. 3. aphor. 20.*

d *P. p. epid. text. com. 9*

e *Gale. 3. criſium c. 11.*

f *Hipp. 3. progno. tex. 50. & 51. & Gal. in com.*

g *Hipp. 6. apho. xi.*

h *Hipp. 6. apho. 21.*

nari poterit: melancholia, uel affectus renum, ſi cum febre iungantur, ſignificant hunc fluxum, præſertim ubi materia morbũ faciens deorſum feratur, ſentiaturque circa lumbos grauitas. Vomitu ſæpe finiuntur febres: monſtrant hunc natura hominis facile *a* uomentis, cuiue fuerit uomitus uſitatus: huc ſpectat bilis multitudo, bilioſi enim ſucci facile euomuntur: quamobrem Hippocrates *b* iubet ut æſtate homines uomitu purgemus. Morbus etiam ſi fuerit bilioſus, ueluti tertiana febris, facile uomitu purgatur: quamobrem bilioſis magis prædicendus eſt futurus uomitus quam pituitoſis: quamquam ob facilitatem uomendi pituitoſæ febres quibuſdam uomitu ſoluantur. Quod ſi materia ſurſum feratur, multo magis futurum uomitum indicabit: tunc autem ſuperueniet morſus *c* in ore uentriculi, nauſea, frigus & contractio præcordiorum, dolor totius capitis cũ quodam morſu, uertigo, tenebræ oculis offundentur. Deiectionem futuram monſtrat natura idonea: quidam enim ab alui profluuio maxime capiuntur, quemadmodum balbi, *d* in quibus expectare deiectionem oportet, præſertim ſi redundent pituita, aut humore melancholico, qui humores deiiciantur magis quam euomantur: quod ſi febris ab ipſis proficiſcatur, magis deiectionem expectabimus præſertim ubi contineantur in caua *e* parte iecinoris, aut in primis uenis: ubi ſentiantur ilia ſuſpenſa, murmurantia, materia uitioſa tendit ad inteſtina & deiectionem monſtrat, præſertim ſi retineatur *f* urina. Contra ſi retineatur deiectio, monſtratur copia urinæ fluxura quã febris terminabitur, præſertim ſi natura & morbus habiles fuerint ad eiuſmodi expulſionem: his quibus natura urinæ canales laxiores fuerint, quiue conſueuerint facile & large urinam reddere expectanda eſt urinæ copia, præſertim ſi morbus à bilioſis ſuccis & tenuibus oriatur, aut ſi aquoſus humor cum uitioſis ſuccis plurimum admixtus ſit: quamquam interdum etiam pituitoſi & craſſiores ſucci cum urina expelluntur. Plurimum etiam confert ad urinæ copiam demonſtrandam, grauitas, & dolor circa ueſicam. Reſtat ſudor quò ſæpe finiuntur febres, præſertim ubi homo ſecundum naturam facile ſudet: quod euenit his quibus redundant tenues ſucci, & foramina cutis patefacta *g* ſunt, nam ubi illi craſſi fuerint & hæc clauſa, non eſt quod ſudorem expectes. Febres ſi longæ fuerint, cum proficiſcantur ab humoribus

a *Galen. 3 criſium ca. xi.*
b *Hippoc. 4. aphoriſm. 4*
c *Gal. p. ad Glauc. cap. 15 & 3. criſium c. xi.*
d *Hippo. 6. apho. 32.*
e *Gal. 3. criſium cap. 3. & Hipp. 4. aphor. 73.*
f *Hipp. 4. aphor. ult & Gale. 3. criſium ca. xi.*
g *Gale. 3. de cauſ. ſympt. cap. 2.*

ribus

ribus craſsis, non ita terminantur per ſudorem, ſicut acutæ quæ à tenuibus oriuntur: quamquam interdum pituitoſæ febres ſudore finiuntur, ſed multo ſæpius quartanæ, quod melancholicus humor concoquatur & extenuetur: quod ſi materia feratur ad cutim educitur per ſudorem. Indicat eiuſmodi motum rigor *a* ſuperueniens tam intermittentibus, quam continuis febribus; præterea exitus uaporum cum rubore cutis.

a *Gal. 4. aphoriſm. 58.*

Abſceſſus uarius ſequi poteſt ſubitam mutationem cum pugna: humor enim qui febrem accendit interdum transfertur ad cutem, in qua colorem mutat quemadmodum in arquatis, uel puſtulas excitat: interdum ad glandulas quæ iuxta aures ſunt, aut ſub alis, aut in inguinibus: interdum ad articulos, qui *b* cũ laxiores ſint, & moueantur, facile admittunt quod aliunde trãſfertur, ſicut & glandulæ quia laxiores *c* ſunt, & cutis quia facta eſt imbecilla à natura, & ſolummodo ad tegendum, non ad aliud munus obeundum: prædicere autem oportet non ſolum futurum abſceſſum, ubi natura media ſit inter ualidam & imbecillam, media item materia morbi inter crudam et coctam; ſed qui abſceſſus proprie futurus ſit colligere oportet ex natura & morbo uim habente huius uel illius abſceſſus. Communiter quidem omnibus tam cutis quam glandulæ & articuli, facile admittunt quod aliunde transfertur: ſed proprie aliis imbecilliores ſunt articuli, aliis glandulæ, alijs cutis, quæ quibuſdam mollis eſt & rara: expectandus eſt abſceſſus in eo loco qui maxime imbecillus ſit, & potiſſimum conſueuerit accipere quod ſuperat in partibus nobilioribus. Demonſtrat etiam morbus locum abſceſſus, tum genere humoris uitioſi, tum loco in quò uerſatur: genere quidem humor tenuis facile ad cutim tranſmittitur, craſsior ad glandulas *d* et ad articulos inferiores, minus craſſus ad ſuperiores glandulas. Quod attinet ad locum, ſi materia uitioſa diffuſa ſit per habitum corporis, facile transfertur ad cutem: ſi contineatur in cerebro, ad glandulas poſt aures: ſi in thorace, ad eas quæ ſunt ſub alis: ſi in uentre, ad eas quæ in inguinibus, aut ad inferiores articulos. Plurimum etiam confert ad præſagitionem huius uel illius abſceſſus, intueri quò feratur impetus humoris; mutatur enim color & intumeſcit locus ad quem uergit: ubi etiam morbus diutúrnior *e* ſit, & tardius moueatur, magis fit abſceſſus *e* in partibus inferioribus, ſed ante

b *Hippoc. 2 aphor. 44.*

c *Gal. 2. de diff. feb. ca. ult.*

d *Hip. & Galen. 3. prognoſt. Tex. com. 23.*

e *Galen. ibid. & 3. l. de criſibus ca. ult.*

uigeſimum

uigeſimum diem in ſuperioribus.

Præter differentiam temporis & modi euentus operæ prætium eſt etiam præſagire num euentus qui fit, aut iam factus eſt, futurus ſit ſtabilis: nam interdum ſequitur *a* recidiua ſalutem, aut mutationem ad melius. Comparabit auctoritatem artihuius differentiæ prædictio, & ſecuritatem homini, qui ubi nõ timeatur recidiua liberius uiuet, ubi timeatur magis ſe continebit & magis exquiſita ratione uiuendi utetur. Colligetur hæc differentia ſtabilitatis & recidiuæ ex natura & morbo. Natura ualidior qualis eſt adoleſcentium, & eorum qui moderata temperatione continentur, ſtabilitatem efficit. In ea quæ imbecilla eſt, magis timeri debet recidiua. Morbi qui ab humoribus tenuibus & calidis proficiſcatur euentus ſtabilis eſt, contra timẽda recidiua in eo quem excitauerunt craſsi ac frigidi ſucci. Monſtrant etiam iuuantia & lædentia ſtabilitatem uel recidiuã, nam ubi ſubita mutatio cum pugna plurimum contulerit & facile feratur denunciat ſtabilem futurum euentum, ubi minus *b* toleretur, aut non ita proſit, recidiuam timere oportet. Poſtremo ex effectis naturæ & morbi colligitur ſtabilitas uel recidiua: ſi eiuſmodi naturæ motus fuerit in diebus criſimis à præcedente indice indicatus, ſperanda eſt ſtabilitas euentus: ubi neque in die *c* criſimo ſequatur euentus, neque antea fuerit indicatus à die indice, timenda eſt recidiua: magis tamen ubi ſequatur abſceſſus quam ubi materia uitioſa ex corpore educatur: magis item ubi materia pauca quam ubi multa transferatur aut educatur; quæ enim relinquuntur in corpore noxia *d* recidiuã facere conſueuerunt. Indicat relictam materiam eſſe in corpore ſitis, faſtidium, aut aliud eiuſmodi ſymptoma remanens in ægrotante: non difficile eſt igitur coniicere quando ſperare ſtabilitatem debeamus, & quando timere recidiuam: ineſt enim uis ſtabilitatis aut recidiuæ tam naturæ quam morbi, quam demonſtrant cauſæ, iuuantia & lædentia, atque effecta, quemadmodum docuimus. Quæ cognoſcenda erant in uniuerſum de febre ab humorum putredine orta habeant hunc terminum.

a *Gal. p. de diebus criticis cap. 2.*

b *Gale. p. aphoriſ. com. 20.*

c *Hippoc. 4. aphoriſm. 36. & 3. prognoſt. 9. & 22.*

d *Hipp. 2. aphoriſm. 12.*

Finis Libri Tertij de Febribus.

VIDI VIDII DE FEBRIBVS.

LIBER QVARTVS.

Qui eſt de Ratione Curandi Febres ab humorum putredine ortas.

De operibus, & inſtrumentis, in uniuerſum req ſitis, ad curandam Febrem in humorum putredine conſiſtentem. Cap. I.

EXpoſitis his quæ cognoſcenda erant in uniuerſum, de febre in humoribus putribus conſiſtente, proximum eſt ut ad rationē curandi aggrediamur: continetur hæc operibus & inſtrumentis, quæ primo inueſtigabimus unà cum animaduerſionibus ad rectum ipſorum uſum requiſitis: dein de ſeorſum tractabimus unumquodque. Opera quae in curanda febre propoſita requiruntur, uaria ſūt, prout & illa à quibus ſumuntur: uerſantur enim in homine febricitante tria praeter naturam, morbus, cauſa, & ſymptomata: quae *a* contrariis operibus tollere oportet: quibus accedūt, res *b* ſecundum naturam, ut uires, & temperatio corporis, quae conſeruandæ ſunt opere ſimili: neq; enim maneret uita, niſi defenderetur, neq; reſtitueretur uera ſanitas, niſi naturalis tēperatio ſeruaretur: poſtulant igitur uires, & naturalis temperatio, conſeruationem per opera ſimilia: ſicut & res praeter naturam, febres, cauſae ſymptomata, curationem per *c* contraria. Sed cum animaduertendae ſint etiam differentiæ rerum, cuiuſmodi ſunt plurimae illae, illas in febribus ab humorum putredine profectis inueſtigauimus: habenda quoque eſt illarum ratio. Similem autem deſiderant differentiam in opere quod requiritur:

a Gale. l. xi. meth. c. 12
b Gal. l. 9. meth. cap. 14. & c. 15.
c Gal. l. xi. Meth. c. 12.

quiritur: ſiue ſimilitudo aperta ſit, ſiue implicita: ſed cum multæ ſint res præter naturam, præſtat uenari quæ opera ab unaquaque requirantur: ſumpto initio à morbo: hic cum ſit febris, & propterea calor ad igneum uergens refrigerantibus *a* æget, & madefacientibus: quod ſupra *b* cum de curatione febrium communiter egimus, commune eſſe diximus omnium febrium. Duplex igitur eſt opus, quod ipſa febris poſtulat, ut refrigeremus ſcilicet, & madefaciamus. Sed cum ea quæ in humoribus putribus conſiſtit, adhuc *c* fiat, neque ſit ex toto facta, neceſſe eſt quoque proximam cauſam adimere, quam diximus eſſe humorum *d* putredinem. Opus quod à putredine requiritur duplex eſſe debet, prout humores qui febrem accendũt, uel ſemiputres *e* ſunt, uel ex toto putruerunt: qui ſemiputres ſunt, aut coctione corrigendi ſunt, aut educendi ex corpore: qui ex toto putruerunt, omnino neceſſe eſt educantur. At putredo, cum aſſidue fiat, neque ſolum facta ſit, non tantum curanda eſt, *f* ſed etiam propulſanda ne amplius fiat, id quod ſuccedet remota cauſa proxima, quam diximus eſſe prohibitum perſpiratum: hunc igitur remouere oportet ne putredinem efficiat: remouebitur *g* autem ablata cauſa, quam oſtendimus eſſe obſtructionem uel adſtrictionem: auferuntur hæ ſublatis cauſis. obſtructio quidem ſi humoribus multis occurramus per detrahentia, craſſis per extenuantia, glutinoſis per incidentia & detergentia: adſtrictio uerò, ſi utamur relaxantibus: multa igitur ſunt opera quæ à cauſa febris & proxima & remota requiruntur, Symptomata etiam, plurima ſuperueniunt huic febri, quæ quamuis ceſſent, ubi hæc remoueatur una cum cauſa, ſæpe tamen interea adeò moleſta *h* ſunt, ut cogamur ea lenire: leniuntur autem contrario *i* opere, ut uigilia, per ea quæ ſomnum faciunt: alui profluuium: per adſtringentia. Differentiæ rerum à quibus opera deſiderantur, ſimilem ut diximus differentiam poſtulant in opere requiſito: illæ enim differentiæ, quas ſupra animaduertimus in his febribus, ſimilem deſiderant differentiam in opere requiſito, ſiue ſimilitudo expreſſa ſit, ſiue implicita, ut in ſequentibus pateſiet. Ex operibus & differentiis ad hanc curationem requiſitis, ubi inter ſe conferantur, alia eadem inuenientur, alia diſſimilia, alia etiam contraria: ubi eadem requirantur, non eſt cunctandum k ea efficere, cum nihil ſit quod repugnet:

a *Gal. l. x. met. cap. x.*
b *Supra l. p. cap. 7.*
c *Gal. l. xi. meth. c. 2.*
d *Gal. l. xi. meth. c. 4.*
e *Gale. de arte medic. cap. 89. & p. acutor. com. 18.*
f *Gale. xi. meth. c. x.*
g *Gale. l. xi. meth. ca. 4. & cap. x.*
h *Gal. xii. meth. cap. p. & p. ad Glauc. cap. 14.*
i *Gal. l. xi. meth. c. 12.*
k *Gal. x. met. cap. p.*

gnet: ubi diuerſa ſint quæ requiruntur, aut opera aut differentiæ operum, ſi poſſunt omnes ſimul fieri: effici ſimul debent: ſi non licet eodem tempore plura efficere, primum efficiendum eſt id, quod à re *a* magis urgente requiritur, deinde id, quod debet eſſe cauſa reliquorum quæ efficienda ſunt: tum id, ſine quò nequeunt cætera effici. At ubi quæ indicantur contraria ſunt, inſpicere oportet an unum aliquod ex ipſis præter cætera maxime deſideret an plura æqualiter, an unam magis quam alia, non tamen itaut & ipſa *b* non magnopere requirantur: id quod præter cætera, maxime deſideratur, ſolum efficiendum eſt, cæteris omiſsis: quæ æqualiter requiruntur, æqualiter facienda ſunt: quæ magis requiruntur, magis efficienda: magis autem requiruntur, quæ à pluribus *c* rebus, & maiorem uim habentibus deſiderantur: neque enim ſolum oportet inſpicere numerum, ſed etiam uim requirentium: conſiſtit uis non ſolum in magnitudine ſed etiam in qualitate requirentium. Digniſsimæ *d* ſunt uires quibus uita continetur, quamobrem eò primum ſpectare oportet ut conſeruentur, neque inedia, aut detractione humorum utendum eſt, ubi ſint imbecillæ: ſed magis refectione *e* per cibum & potionem. Symptomata ubi grauia ſunt, & uires conuellant, aut nimis moleſta *f* ſint, rapiunt conſilium curantis, & quod magna ſint & quod referantur ad uires, quæ digniſsimæ ſunt: quod ſi morbum, hoc eſt febrem, cum cauſa conferamus, ſiquidem pares ſint, præſtat remouere cauſam, quà remota ſimul remouebitur & febris: ſed ſi febris ſit ardens, qualis eſt quæ à flauabile putreſcente proficiſcitur, ſuperat magnitudo caloris magnitudinem cauſæ, itaut magis incumbendum ſit in ea quæ refrigerant, & madefaciunt, quàm in ea quæ tollunt putredinem aut putredinis cauſam. Opera quæ propoſuim⁹, ſatisfaciũt reb⁹ requirentib⁹: ſed differẽtiæ operũ debent ſatisfacere differentiis rerum à quib⁹ requirũtur Attenditur in operibus facultas, per quam aut conſeruetur quod ſecundum naturam eſt, aut tollatur quod præter naturã: ſed attenduntur in operibus etiam differentiae, & ueluti animaduerſiones quaedam, per quas ſatisfaciunt *g* differentiis rerum requirentium: non ſunt autem animaduerſiones quae in operibus attenduntur, quot differentiae rerum à quibus opera deſiderantur: cum eadem *a* animaduerſio interdum pluribus reſpõdeat:

a Gal. 3. meth. cap. 9.
b Gal. p. ad Glauc. c. x. & l. xi. meth. cap. 9.
c Gal. 8. methodi c. 9 & l. 11. meth. c. 3.
d galen. xi. meth. c. 3.
e gale. 9. methodi c. 13.
f galen. xii. meth. cap. p.
g Vidus l. 3 de curat. gener. cap. 4. par. p.

deat: rediguntur omnes ad qualitatem, quantitatem, numerum, tempus locum, modum, ordinem, quas obſeruare oportet ubi ſtatuerimus opus aliquod efficiendum eſſe: reſpondere *b* debent animaduerſiones operum ſimilibus differentiis rerum requirentium, ut qualitas qualitati, quantitas quantitati, numerus numero, tempus tempori, locus loco, modus modo, ordo ordini. Inſtrumenta neceſſaria ſunt cuilibet facultati, ſiue à natura, ſiue ab arte proficiſcatur ad opera *c* efficienda: quamobrem medicus, ut efficiat quae requiri diximus ad curationem propoſitae febris, neceſſe eſt utatur inſtrumentis ea facultate praeditis, ut poſſint requiſitum opus efficere: ut autem opus non tantum debet reſpondere requirenti, ſed etiam differentiis per animaduerſiones iam dictas, ita in inſtrumenta *d* non tantum debent opus perficere quod deſideratur, ſed reſpondere etiam animaduerſionibus dictis: id quod facient, ſi eaedem in ipſis attendentur quae dictae ſunt in operibus, utraque enim materia ſunt auxiliorum: efficiuntur autem auxilia per animaduerſiones propoſitas, ut per qualitatem, quantitatem, numerum, locũ, modum, tempus, ordinem ſed ſatis de operibus & inſtrumentis attinentibus ad febrem ex humorum putredine ortam in uniuerſum locuti ſumus: nunc ſupereſt ut uideamus à quibus proprie inſtrumentis perficiatur unumquodque opus, atque hoc pacto ſimul cum opere uim inſtrumenti perpendemus: ubi uerò idem aptabitur pluribus operibus, ſemel tantum tractabitur ubi agetur de eo opere cui maxime conuenit, ſed ſimul etiam omnis eius facultas explicabitur per quam poſſit aliis operibus ſatisfacere, ne ad idem inſtrumentum ſaepius redeundum ſit, ordiemur à uiribus conſeruandis, quibus maxime aptatur ratio uictus, quam ſimul cum conſeruatione uirium perſequemur: nam de temperatione agemus cum ueniemus ad inſtrumenta refrigerantia, & madefacientia febrem.

a Vidus ibidem.
b Gale. 5. de Tuen. ual. cap. 2. & x.
c Ariſt. l. 2. de partibus animal. cap. 4.
d Vidus l. 14 de Curat. gener. cap. 5. par. p. & Gale. l. de Conſtitutione artis c. 14

De conſeruatione uirium, & ratione uictus in Febre ab humorum putredine orta. Cap. II.

VIres in quibus *e* uita conſiſtit, tam ſanis quàm ægris conſeruandæ ſunt; nam ubi deficiant, neque defendere amplius ſanitatem oportet, neque morbum ſanare, cum homo intereat

e Gal. 9. Meth. cap. 13.

tereat. Continentur uires, moderata *a* qualitate & quantitate partium ex quibus conſtamus, ſpirituum uidelicet, humorum, & partium ſolidarum: quamobrem conſeruantur, ubi eiuſmodi moderatio qualitatis & quantitatis retineatur, retinetur autē ubi aſsidue reficitur id quod abſumitur, remittiturquè qualitatis exceſſus, neque aliquod adhibetur remedium, quod qualitatis, uel quantitatis immoderationem afferat: ergo uires ut conſeruentur poſtulant ea à quibus temperetur ſubſtantia & qualitas; repudiant ea à puibus exhauriantur, ut inediam uenæ ſectionem, purgationem : quæ inſtrumenta quo pacto repudientur à uiribus, declarabimus cum ad ea ueniemus: nunc inſiſtemus in illis quæ à uiribus proprie requiruntur. Vt remittatur qualitas caloris, requiritur aer, qui per os, & nares *b* fertur ad pulmonem & cor: frigidior enim eſt quam qui in his partibus continetur, & idcirro temperat caloris exceſſum. ſubſtantia uerò quà uires retinentur, quo pacto reficiatur, nunc uidendum eſt. Sed quia continetur ſpiritibus, humoribus, & partibus ſolidis, in quibus conoſtit ſubſtantia noſtri corporis; neceſſe eſt reficiantur *c* ſimilibus, ut ſpiritus aere, humores potionibus, ſolidæ partes cibis: quāquā potione reficiuntur ēt ſpiritus & partes ſolidæ, ſicuti cibis ſpiritus & humores oſtendere igitur oportet quales debeant eſſe aer, cibus & potio ad uires conſeruandas. Sed quia ſub uictu continentur, præſtat ſimul etiam explicare reliquas res, quae ſub eodem compræhenduntur, cum & ipſae nō nihil ad conſeruandas uires pertineant, & omnes etiam accomodentur ad alia opera quæ ad curandam propoſitam febrem deſiderantut. Complectitur *d* ratio uictus, ea quae quotidiana ſunt & uſitata cum homo ſanus eſt: ſunt autem ſex res quas nominant *e* non naturales, aer nimirum, cibus & potio, ſomnus & uigilia, motus & quies, animi perturbatio & tranquillitas, ea quae expelluntur ac retinentur: quae omnia ſeorſum perſequemur exorſi ab aere. Aer ut proxime monſtrauimus ad uires conſeruandas pertinet duplici nomine, & quod ſubſtantia reficiat ſpiritus, & quod qualitate temperet immoderationem caloris: quamobrem eligi debet ſubſtantia pura, & qualitas moderate frigida dum homo ſanus eſt : dum febricitat, accomodatur aer, non ſolum ad conſeruandas uires, ſed etiam ad ſummouendam *f* febrem: idoneum enim eſt auxilium, cum aſſidue feratur

ad

a *gale. l.xi. met. c.p. & ca.3.*

b *Galen. l.x. met. c.7. & 8.*

c *Gale l.xi. met. ca.3.*

d *Gal. de Tu. ual. ad Traſyb. cap.35.*

e *Gale. de ar. te medic. c. 85.*

f *gal. x. meth. cap.7.8.*

ad cor, vbi maxime reſidet febris: talem igitur eligere oportet, qualis ſatisfaciat operi quod deſideratur à febre, hoc eſt refrigeret, & madefaciat: neque ſolum eligatur moderate frigidus, ſed adeo vt queat exceſſum caloris temperare: quod ſi non habetur talis, paretur *a* arte in cubiculo aliquo frigidiore, ubi frigidæ ſtirpes ſternantur: perfundatur aqua frigida, prohibeatur hominum frequentia, quemadmodum docuimus *b* quà de curatione febris in vniuerſum: ſed cum in ea quæ oritur ab humorum putredine, præcipue periculum ſit ne retineatur calida expiratio, ſi ab aere frigido claudantur foramina cutis, danda opera eſt ut reliquæ partes *c* capite excepto tegantur: ſic enim percipietur vtilitas frigidi aeris citra omnem noxam: hoc pacto accommodatur aer, & ad conſeruandas vires, & ad curandam febrem, neque neceſſariæ ſunt animaduerſiones omnes quas in multis inſtrumentis obſeruamus, tantum talis eſt ſubſtantia & qualitas eligenda ipſius aeris, qualis perficere poſſit, quæ tradidimus ab eo deſiderari. Cibus requiritur à uiribus, vt reficiatur quod aſſidue *d* abſumitur, & potiſſimum ſubſtantia ſolida, *e* tam in homine ſano, quàm in ægrotante: ſed cum homo ſanus eſt, nihil eſt quod cibum repudiet, ita ut tuto dari poſſit: cum ægrotat poteſt quod præter naturam eſt cibum repudiare, id quod euenit in ea febre quam nunc tractamus ab humorum putredine profectam: cauſa enim continens, inediam *f* poſtulat & cibum reijcit, ſi quidem humor qui putreſcit, partim concoqui, partim educi à natura debet: quæ ſi occupetur *in* cibo, ab vtroque munere auertetur: ſed cum cibus ſimul & requiratur à uiribus, & reijciatur à cauſa febris, hoc eſt ab humorum putredine, videndum eſt, vt in pugnantibus operibus ante demonſtrauimus, utrum plus poſſit id quod requirit cibum, an id quod poſtulat inediam: ſi æqualiter poſſint, medium quemadmodum tenere oportet, inter cibum & inediam, quod fiet minuendo quantitatem: *g* ſi plus poſſit vnum quam alterũ, vbi exceſſus magnus ſit, ſolum in id incumbendum eſt, quod maioris eſt momenti; & ita vel ſolum adhibenda eſt inedia propter cauſam morbi, vel ſolũ dandus eſt cibus propter vires: ſi non ita magnus eſt exceſſus, & dari cibus debet, & adhiberi inedia: ſed magis in his ſpectandũ ad id quod plus poteſt. Vires vbi imbecillæ ſũt, non tolerant inediam, quamuis requiratur à cauſa morbi: ſunt

a *Gal. ibid. & l. 9. meth. c. 14.*
b *Supra l. p. cap. 8.*
c *Gale. l. 10. meth. c. 8.*
d *Galen. p. de tuend. ual. cap. 2.*
e *Gal. xi. meth. ca. 3.*
f *galen. p. ad glauc. c. x. et Hipp. 7. aphor. 79.*
g *gal. ibid.*

autem dignisſimæ, *a* cum in illis conſiſtat vita : quare tunc ẽt ſi morbi cauſa maxime inediam deſideret, cibo reficiendæ ſunt. Si vires ſint validæ tolerant inediam : quod ſi parua fuerit febris cauſa inediam poſtulans, ſiue vires validæ ſint, ſiue imbecillæ , non eſt quod inedia vtaris, ſed dare cibum oportet quem uires poſtulant. At cum in alimento ſit uis medicamenti teſte Hipp. *b* cibus requiri à morbo poteſt ut medicamentum, ueluti frigidus & humidus *c* à febre . Cum datur cibus plura animaduertenda ſunt, ut qualitas, quantitas, modus, tempus, ordo, quæ ſunt veluti differentiæ ipſius, quas oportet reſpondere differentijs eorum quæ requirunt aut tolerant cibum. Quantitas ut ab hac ordiamur, tanta eſſe debet, quanta requiritur à uiribus, & toleratur à cauſa febris. Vires quò maiores fuerint, eo plus cibi deſiderant, non tantum in homine ſano, ſed ẽt in febricitante : quò minores, eo contentæ ſunt pauciore cibo. Cauſa febris hoc eſt humorum putredo, quò maior fuerit, eò magis ut requirit inædiam, ita reijcit maiorem cibi copiam : quò minor fuerit , minorem deſiderat inediam, & idcirco plus cibi admittit. Minor cibi copia loco inedię eſt: ſi uires ualeant, ferre poterunt minorem cibi copiam quà ſuſtineri non poſſent, ſi imbecilliores eſſent: quare, ut in dando cibum ita etiã in quantitate imperanda, ſi morbi cauſa ualidior ſit, ad ipſam magis ſpectandum eſt, modo uires ferre poſsint, ut inediam, ita paucitatem cibi ab ea requiſitam: quod eueniet, ubi ualidiores erunt nam ubi infirmiores conuellerentur : ſpectare autem oportet , non tantum quales ſint uires præſentes , ſed quales *d* futuræ ſint in uigore febris : qui ſi multum diſtet, plus cibi dandum eſt, cum non poſſint tandiù uires ſuſtineri: ſed ſi celeriter expectetur, poterunt uires pauciori cibo ſeruari uſque ad uigorem , neque interea deficient : quamobrem obſeruatio futuri uigoris neceſſaria ad quantitatem cibi imperandam, ad uires refertur, ſi non ad præſentes, certe ad futuras: cum febris per acuta eſt, ob breuitatem temporis ſufficit *e* ſola potio , uelut in illis quæ quarto die finiendæ ſunt aut cremore ptiſſanæ, ueluti in his quæ ſeptimo; ſed ſi acuta ſit & terminari debeat decimo quarto, dabitur maior cibi copia , & tota ptiſſana, *f* quæ magis uires reficit quam cremor. In febribus longioribus opus eſt pleniori *g* uictu, ſeſt ubi uires imbecilliores ſint, etiam in acutis febribus , alere uberius hominem oportet,

a *gal. l. xi. meth. c. 3. & 9. meth. c. 13.*

b *Hipp. et galen. p. acut. 18. & gal. 3. de tẽper. 2.*

c *Hipp. p. apho. 16.*

d *Hipp. p. apho. 9. & x. & Gale. 3. criſ. c. 5.*

e *Galen. 2. de diebus crit. ca. xi.*

f *gal. ibid.*

g *Hippocr. p. apho. 4.*

oportet, ut uires ſuſtineantur ad quas referuntur regio, tempus anni, præſens cæli ſtatus, ætas, pituitoſa vel bilioſa temperatio, conſuetudo ſumendi plures vel pauciores cibos: cuncta .n. eatenus maiorem vel minorem copiam cibi dandam eſſe demonſtrant, quatenus vires reddunt validiores, vel imbecilliores. Qualitas cibi pro ſubſtantia etiam accipitur, nam cum medici oſtendunt quales cibi conueniant, intelligunt qui cibi, & ita vſurpant qualitatis nomen ad ſubſtantiam ſimul & qualitatem notandam: homini igitur qui laborat febre ab humorum putredine orta, illi cibi conueniunt, qui aptantur viribus, & admittuntur à febre ſimul & putredine. Quod attinet ad ſubſtantiam, debet cibus qui ſumitur eſſe boni ſucci, & idoneus *a* qui facile concoquatur ac diſtribuatur; eiuſmodi ſubſtantia vt requiritur à viribus ita ēt fertur à febre ac putredine, modo cibum non recuſent: id tamen cauere oportet, ne ille cibus ſumatur, qui quamuis alioquin boni ſucci ſit, & coctu ac diſtributu facilis, plurimū alimenti ſuppeditat, quemadmodum caro ſuilla, quam Petronas *b* Medicus febricitantibus non prohibebat: ſed hoc refertur magis ad alimenti quantitatem. Qualitas verò, ſi proprie accipiatur, & non pro ſubſtantia, ſiue ex primis ſit, vt calor, humor, frigus, ſiccitas: ſiue ex ſecundis, vt mollities, durities, craſſitudo, tenuitas ſimilis eſſe *c* debet uiribus hoc eſt ſubſtantiæ noſtræ quà vires continentur, talis enim requiritur ad eam reficiendam: ſed videndum an toleretur à morbo & cauſa. Morbus mediam, ac moderatam qualitatem tolerat; ſimilem reijcit à quà augetur: contrariam deſiderat *d* tanquam medicamentum: eadem ratio eſt cauſæ, putres enim humores ſimili qualitate augentur, contraria diſſipantur, aut corriguntur: vbi qualitas eadem à viribus, à morbo, à cauſa deſideretur, audacter accipienda eſt: ſed ſi quod deſideratur ab vno, repudietur ab altero; veluti calor & ſiccitas, quæ interdum deſideratur à viribus, ſed repudiatur à febre: veluti etiam frigus quod requiritur *e* à febre, ſed reijcitur à cauſa febris, & putredinis, *f* vt à prohibito perſpiratu. Conuenit igitur tunc ſpectare ad id quod magis vrget, vt ad vires, aut ad morbum, aut ad cauſam, alijs non neglectis: quod ſi reperire liceat aliquem cibum, qui his omnibus aptetur, eo maxime vtendum eſt, quemadmodum ptiſſana hordeacea, quam Hippocrates *g* mirum in modum probat in morbis acutis: refrigerat .n.

a *Hipp. et gal. p. acut. 18.*

b *Cor. Celſ. l. 3. ca. 9.*

c *gal. l. xi. meth. ca. 5.*

d *gal. p. acut. com. 18. & Hipp. & gal. l. p. l. apho. 16.*

e *gale. 8. meth. ca. 9.*

f *gal. p. acut. com. 18.*

g *Hippo. p. acut. 18. & gal. in com. & l. p. ad Glauc c 13.*

& madefacit; ſine aſperitate detergit; non obſtruit aut adſtringit: quare accommodatur & ad vires ſuſtinendas, & ad febrem & ad cauſam. Pro cremore ptiſſanæ, licet cremorem auenæ ſumere, aut panem elotum, vel decoctum ex aqua: tum ex oleribus cucurbitam, lactucam. Pepones madefaciunt & modice refrigerãt, & detergunt, ſed vertuntur *a* in bilem & perturbant ventriculũ. Arborum fructus æſtiui ac dulces modice guſtari poſſunt, nam large ſumpti nocent, ſed modice guſtati madefaciunt, refrigerãt, & nauſeæ aduerſantur: mala verò vt punica, & cotonea adſtringunt, prohibent perſpiratum, & putredinem augent: quamobrẽ non debent dari niſi vbi pugnandum *b* eſt contra alui profluuiũ, aut contra aliquem affectum in ore ventriculi: vbi febris diuturnior eſt, vtiliter ẽt petuntur cibi ab aĩalibus, vt piſces ſaxatiles, oua *c* ſorbilia, teſtes gallorum, alæ gallinarum, pedes ſuilli. Recentiores contundunt carnem gallinarum, & ex iuſculo dilutam potui dant febricitantibus: non nulli exprimunt ſuccum ex carne aſſa, vel auium vel quadrupedum, quem ſimiliter dant potui: alij vtuntur iure in quo elixus tabuerit pullus gallinaceus: maxime aũt ad rem pertinet quò cibo magis delectetur æger nam Hippocr. *d* auctore, ẽt ſi paulo deterior fuerit, eligendus eſt. Non eſt autem quod cibos refrigeres niue, aut aqua, quia diutius manent in viſceribus, & canales claudunt: quod non euenit potioni quæ celeriter per venas permeat, ita vt magis liceat refrigerare potionem, quam cibum: æſtate præſertim & ubi timeatur febris ardens: fructus autem illi dulces æſtiui quos poſſe *e* guſtari diximus à febricitante, refrigerati minus nocent quam alij cibi, cum celeriter attrahantur ad iecur, & concoquantur. Modus in eo conſiſtit, ut id cibi quod requiritur, vel totum ſimul detur, vel diuidatur, ſumaturque eodem die ſæpius: dandum autem eſt, quemadmodum maxime requiritur à viribus, & toleratur à morbo unà cum cauſa; vbi datur ut alimentum (nam ut medicamentum, requiri diximus à morbo, & tolerari à uiribus.) Vires eo modo cibum poſtulant, quò refici poſſint: at reficiuntur cocto cibo, quare eo modo dandus eſt, quò concoqui poſſit: ſi uires ualidæ ſunt, poſſunt totum ſimul concoquere, ſi infirmæ, aut extinguerentur *f* à multo cibo ſimul dato, aut certe non poſſent ipſum concoquere: quamobrem diuidi tunc debet, ut bipartito, aut tripartito ſumatur quod ſumendum eſt: huc ſpectant

a *Gal. l. de ſuccorum bonit. & uitio cap. 8.*

b *Gal. ibid. & p. acut. com. 20.*

c *Gal. p. acut. com. 27. & p. ad Glauc. cap. 9.*

d *Hipp. 2. aphor. 38.*

e *Galen. p. ad Glauc. c. 9.*

f *Hipp. p. aphor. 14.*

conua-

conualeſcentes,& ſenio propè confecti, qui ſæpius *a* reficiendi ſunt. Iuuenes verò,& qui in ætate conſtante, aut in prima ſenectute ſunt, cum vires habeant adhuc validas, poſſunt totum ſimul concoquere: ſed pueris multum cibi datur,& ſæpius, quod vires habeant validas,& plurimum exhauriatur ex eorum ſubſtãtia. Conſuetudo etiam ad vires refertur: qui totum cibum ſimul capere ſolent, totum etiam *b* ſimul concoquere poſſunt: contra qui ipſum diuidere,& ſæpius ſumere conſueuerunt: Ad vires quoq; referuntur tempora anni, nam æſtate & autumno, cum vires ſunt imbecilliores, præcipit Hippocrates, *c* vt ſæpius detur cibus: hyeme,& vere, cum valeant, licet dare totum ſimul: ſed cum debeat tolerari à morbo, cauendum eſt ne cum diuidatur, incurrat cibus in acceſſionem, nam tunc Hippocr. *d* abſtinendum eſſe arbitratur: vbi tamen ſumma eſſet virium imbecillitas, ad conſeruandam vitam *e* cogeremur etiam in acceſſione ipſas reficere,& cibum dare. Tempus dandi cibum eſt, cum requiritur à viribus,& toleratur à morbo, vires tunc cibum deſiderant, cum coctus eſt,& ex ventriculo ad inteſtina deſcendit ille, qui prius abſumptus erat, modo non ſint externæ partes balneo *f* ira aut exercitatione *g* plurimum calefactæ: nam ſic crudus cibus attraheretur à uenis, & ipſas obſtrueret: idcirco cifferendus eſt dum calor ille conquieſcat, ac ſedetur: id quod tam ad ſanos pertinet, quam ad ægrotantes; ſed proprie in his qui laborant febre ex humorum putredine orta, eò tempore fertur *h* facile cibus, quò leuior eſt febris. In ſynocha, cum à principio ad finem eadem ferè ſit, æque toleratur cibus quauis hora: illa autem *i* eligenda eſt, quæ uſitata eſt & quotidiana: contra ſi febris circuitibus diſtinguatur, non eſt æqualiter homo affectus qualibet hora; ſed ſi ſit ex numero intermittentium, in intermiſſione cum homo minus affligatur, ſumere cibum debet: in continentibus autem oportet quam maxime ipſum reducere à uigore præcedentis acceſſionis,& ab initio * ſequentis: namque hoc tempore facilius feretur, præſertim ſi longum ſit eiuſmodi ſpacium: ſin breue non ita facile: deligendum itaque eſt tempus remiſſionis, quæ quidem eſt altera pars circuitus, nam altera eſt acceſſio, quæ comprælendit principium, incrementum, & uigorem: quibus temporibus, cum homo magis affligatur, debet à cibo abſtinere: quod Hippocr. † uoluit cum dixit, in acceſſio-

a *Gal. l. artis med. c. 100. et l. 5. de Tu. val. c. 4.*

b *Hipp. 2. acutorum a 24. ad 29. tex.*

c *Hipp. p. aph. 15. 17. et 18*

d *Hippo. p. apho. 11.*

e *Gal. 9 meth. cap. 13.*

f *Hipp. 3. aph. tex. 56.*

g *Gal. et Hippo l. de ſalubri dieta 12*

h *Gale. l. 11. meth. c. 5.*

i *Gal. ibid.*

* *Galen. l. 11. metho. c. 21.*

† *Hippo. p. apho. 11.*

ceſſionibus ſubtrahere oportet. Quod ſi uires ob imbecillitatē cibum deſiderent, periculumque ſit, ne ſi expectetur remiſſio, interea deficiant, nutriendus eſt homo antequam febris remittatur; ſed cum quidam magis affligentur initio acceſſionis ob copiam, & cruditatem ſuccorum, quidam in incremento & uigore, propter uim ſymptomatum: ſi uires permittant, id tempus acceſſionis eligendum eſt, quò minus urgetur ægrotans: alioquin præferre uires morbo oportet, & nè deficiant, quouis tempore cibum dare, etiam in principio cum homo obruitur multitudine, & cruditate humorum: datur enim tunc aliquid panis ex uino, ut recreentur uires: ſed ut diximus ſi fieri poteſt expectanda eſt remiſſio; & ut tradidit Hippocrates, *a* dum calor ex thorace ad pedes diffundatur, ita ut non ſolum æque calidi, ſed etiam calidiores, atque ipſe thorax ſentiantur: cum ualidus manet calor febris in uiſceribus, cibus ſummopere nocet, implet caput, & uiſcera, & febrem ac putredinem auget. Quod ſi conſideres cibum, ut medicamentum requiſitum à febre, quouis tempore æque deſideratur: ſed uidendum quo maxime feratur à uiribus: maxime aũt fertur quò tempore maxime deſideratur, id autem eſt, cum præcedens iam coctus ex uentriculo delapſus eſt ad inteſtina. Ordo ſupereſt ex animaduerſionibus ad cibum attinentibus: attenditur autem ubi plures ac uarij cibi dentur; dari autem prius debent, qui prius requiruntur ac tolerantur: huiuſmodi ſunt molles, tenues, atque aluum *b* laxantes: poſt uerò duri, craſſi, aut adſtringentes, ſi ob aliquam neceſſitatem tales dentur febricitantibus: ſic enim & opera quibus reſpondent poſtulant, & facilius tolerantur. Potio ſimiliter ad reficiendas uires neceſſaria eſt, potiſſimum autem accommodatur ad *c* recreandos humores, qui aſſidue abſumuntur: quamquam neceſſaria etiam eſt ad cibi coctionem, ac digeſtionem: facilius .n. concoquitur ac diſtribuitur, cum *d* dilutus eſt potione in uentriculo: quamobrem ualet potio ad reficiendas uires, & per ſe, & per opem quam affert cibo concoquendo, ac diſtribuendo. Dedit natura ſitim, hoc eſt *e* appetitionem potionis, ſicuti famem, hoc eſt appetitionem cibi, cum vtroq; opus ſit: at debet potio tolerari à rebus præter naturam, & proprie ab humorum putredine, quæ deſiderat inediam, & ideo reijcit potius potionem, ne auertatur natura à ſuo munere: minus tamen auertitur à potione

a *Hippo. p. acuto. 46. & 4. acut. 39.*

b *Gal. l. de aliment. fac. c. 31.*

c *Gal. l. xi. meth. ca. 3.*

d *Auic. l. p. f. p. doct. 4. c. 2.*

e *Ariſt. l. 2 anim. tex. 28.*

quam à cibo, cum facilius *a* concoquatur, ac diſtribuatur: à mor bo autem non repudiatur potio, feruor enim febris remittitur ab humore, à quò ſi frigidus fuerit, etiam extinguitur. Quam obrem, ut medicamentum requiritur potio *b* à morbo: quam quam poteſt etiam talis eligi quæ medeatur cauſis, ut detergens extenuans, incidens, urinam uel ſudorem euocans. Vbi autem cauſa febris ualida ſit, abſtinendum à potione erit, niſi uires adeo langueant, ut periculum ſit, ne ſine ipſa deficiant: tunc enim maxime ſpectandum eſt ad uires, quibus uita continetur. Ex animaduerſionibus in potione obſeruandis, cum datur ad reficiendas uires, tanta eſſe debet, quantam illæ deſiderant, & quantam conſueuit ſumere homo dum ſanus eſt: modo cauſa eam pati poſſit; quæ ubi ualidior ſit, largam potionem reijcit: ſed tunc ea moderatione utendum, ut & uiribus, & cauſæ aliquid tribuamus: plus tamen ei quod magis urget. Sed ubi ſumitur potio ut medicamentum aduerſus morbum, liberalius ſumpta efficacior eſt, ſicut & aduerſus cauſam, modo toleretur à viribus: quæ vbi exiguæ *c* ſunt, periculum eſt ne calor debilis à multitudine potionis ſtranguletur. At videndum eſt qualis potio conueniat, hoc eſt quæ potio, vt de cibo diximus. Subſtantia debet eſſe boni ſucci, & nullo pacto aliena naturæ noſtræ. Qualitas verò ſiue prima ſiue ſecunda, ſimilis qualitati noſtrarum partium: quod ſi detur potio vt medicamentum contra morbum, qualitas conuenit frigida & humida; contra cauſam, incidens, extenuans, detergens, vrinam, uel ſudorem euocans, ut proxime monſtrauimus. Sed pugnant ſæpe inter ſe qualitates requiſitæ, tam à rebus præter naturam, quam à rebus ſecundum naturam: neceſſe aũt eſt ei plus tribuere, quod plus poteſt, ut ſæpe dictum eſt. Ex potionibus autem uſitatis apud ueteres in febribus, & proprie ab Hipp. *d* in morbis acutis, ſunt uinum, mulſa, oximel, aqua. Valet uinum, quod in primis reficiat uires, conferat ad concoquendos humores ſemiputres, & ad euocandum ſudorem, & urinã: ſed nocet quod cum calidum ſit, febrem augeat, & cum tenue ac facile penetret, ſuo calore ſecum trahat multos, craſſos, & glutinoſos ſuccos; & propterea prohibeat *e* perſpiratum, & putredinem augeat: tamen ſi, & quale cõuenit, & quò tempore, & in qua febre, bibatur, citra noxam proderit: eligendũ tenue eſt & aquoſum, non dulce craſſum, aut uehemens: ſumẽdum cum apparent

a *Hipp. l. 2. aphor. xi.*

b *Gal. xi. meth. cap. 9.*

c *Gale. 9. metho. c. 5.*

d *Hipp. l. 3. acut. per totum librum.*

e *Gal. 3. acut. com. 2.*

† ſigna coctionis,& non ante:& ubi febris non ſit ardens,ſed leuior.Mulſa ēt,uires reficit,& contra cauſam febris ut contra ¶ obſtructionem valet: habet enim vim detergendi,ſed febrem auget: quare, hæc vbi ardens ſit, uitanda eſt , quamuis minus lædat bilioſos, teſte Hippocr. ,* quam aqua, quoniam facilius penetrat: magis autem idoneum eſt apomeli,quod fit ex aqua & fauis mellis, minus enim calorem auget . Oximel obſtructioni *a* medetur, quæ fit ab humoribus craſsis ac glutinoſis, præditũ eſt enim facultate incidendi , ſed non reficit vires , fermentat *b* atrambilem, ac lædit neruos, quas noxas minus affert vbi dilutum eſt: quamobrem vbi in propoſita febre craſsi & glutinoſi ſucci obſtructionem faciant, vtemur oximelle , quod eò tutius erit,quò magis diluetur. Aqua parum vires reficit: prodeſt tamen quatenus non ſinit ita exſiccari corpus noſtrum, & quatenus per ipſam cibus coquitur, ac digeritur : eſt tamen idoneũ medicamentum *c* febri, cum frigida ſit , & humida : monet tamen Hippocr. *d* ne detur bilioſis,nam cum diutius moretur in viſceribus,conuertitur in flauam bilem: neque.n.purum elemẽtum eſt,& mixta in ventriculo & iecinore cum flauabile poteſt in illam degenerare, quod non euenit mulſæ quæ celeriter per venas permeat, & idcircò minus nocet quam aqua. Quod attinet ad modum dandæ potionis, eò modo, requiritur à viribus, quò & cibum requiri diximus: ſi validæ ſint,tota ſimul, ſi infirmæ partita: *e* tolerabitur aũt à morbo vtrouis modo tantum vitanda eſt in acceſsione præſertim in principio & incremento . Cũ datur vt medicamentum,potio magis proficit ſi tota ſimul detur,modo non ſit calor valde *f* imbecillus:tunc aũt danda eſt potio,cum præcedens iam educta eſt à ventriculo:vitare tamen oportet, quantum per vires *g* licet acceſsionem: vbi aũt potio ſũmitur vt medicamentum ad euocandum ſudorem,maxime conuenit in vigore acceſsionis, quò *h* tempore ſequi ſolet ſomnus & exire ſudor. Ordo autem in danda potione ille tenendus eſt, vt ſequatur *i* cibum: ſiue totum, ſiue partem,ita ut viciſſim detur. Somnus & vigilia ſub victu continentur, attenduntúrq; & in viribus conſeruandis, & in tollendis rebus præter naturam , ſiue quod requirantur, ſiue quod repudientur. Quò pacto autem illis vtendum ſit,intelliget qui vtriuſque facultatem cognouerit . Vigilia inſtituta * eſt à natura propter munera quæ in

ipſa

† *gal.l.xi. meth.c.9.& p. ad Glauc.c. 9.*
¶ *gal.l.xi.meth.ca.xi.*
* *Hipp.l.3.acut.c.de mulſa & ca. de Aqua.*
a *gal. l.xi.meth. c.xi.*
b *Hipp.l.3.acut. de oximelle.*
c *gal.l.xi. meth cap.9.*
d *Hipp.l.3.acut. c.de aqua.*
e *Gal.l.7. meth.cap.6.*
f *Gal. l. 9.meth.cap.5.*
g *Hipp.l.4.acuto. 39.*
h *Gale.l.2.de criſib. c.3.*
i *Hipp.l.6.epidemiorum & Gale.l.2. de tuen. ualet. cap.2.*
* *Ariſto. l. de ſomno et uigilia.*

ipſa exercentur, ut propter ſenſum & motum, quæ quia non poſ ſunt eſſe aſſidua, cum defatigentur inſtrumenta, neceſſaria fuit quies, quam præbet ſomnus quem efficiunt uapores *a* cibi & po tionis excitati dum in uentriculo concoquuntur: confert tam ſomnus quam uigilia ad uires reficiendas, quoniam in ſomno cõtrahitur *b* calor à quo alimentum concoquitur: idẽ diſtribui tur concoctum in uigilia, cum calor ad externas partes euoca- tur: ad recreandas autem uires opus eſt alimento non tantum cocto, ſed etiam diſtributo: quamobrem utendum eſt & ſom- no, & uigilia uiciſſim, prout conſueuit homo cum bene ualet: metitur enim natura ipſa ſpacium ſomni, tuncque expergiſci- tur homo cum non amplius opus eſt ſomno: cauendum ab ex ceſſu *c* tam ſomni quam uigiliæ, nocet enim cum hæc quaſi ho minem aſſet, *d* ille elixet. Ex rebus præter naturã, morb⁹, nẽpe febris ipſa, ſimiliter moderatione gaudet: ſed cũ madefacienti- bus ægeat, magis illi aptatur ſomnus, qui madefaciendi uim ha bet, quam uigilia, *e* quæ ſiccãdi: refrigerat ſomnus partes exter nas, cum calorẽ cõtrahat *f* ad internas quas calefacit: refrigerat uigilia partes internas, cum calorem euocet ad externas, quas calidas reddit, adeo ut quod ad calorem ſpectat, utriuſq; exceſ ſus alienus ſit: ſed quod ad ſiccitatem, diuturnior conuenit ſom nus: cauſa uerò febris, hoc eſt humor putris, coctionẽ & expul- ſionẽ deſiderat: coctioni aptatur ſomnus, concoquũtur g. n. hu mores in ſomno calore ad interiores partes contracto: expulſio ni magis confert uigilia, ſiquidem in ſomno retinentur oĩa quæ expellẽda *h* ſunt excepto ſudore. Quare confert ſomnus & ad cõ coquẽdũ humorẽ putrẽ, & ad ſudorẽ educẽdũ: nocet tamẽ qua tenus noxios ſuccos ad uiſcera *i* allicit, & caput implet. Quo no mine ſemper alienus eſſet, niſi plus proficeret coctione. Multũ autem detrahitur de noxa quam afferre ſolet, ſi febricitans eo tempeſtiue utatur, ut dum uiget acceſſio, & ad remiſſionem iã intendit: non in principio, cum humores contrahuntur ad par tes internas, uel in incremento, cum adhuc contracti ſunt. Le nitur & uis quam ſomnus habet calefaciendi partes internas, ſi homo dormiat in aere frigido, ueſtibus tamen tectus, ut præ cipit Hippocrates k in his qui calorem acrem habent: ſic enim refrigeratur cor, & nõ claudũtur à frigore foramina cutis: ut aũt ſit, ita etiã cõuenit poſt cibũ *l* & coctionẽ ſomnus. Præbet cib⁹ *m*

a *Ariſt. ibid.*
b *Hippoc. & Gale. 4. 6. epid. Tex. com. 14 & gale. 3. de cauſ. pul. c. 9*
c *Hipp. 2. l. aphor. 3.*
d *Hippoc. & gal. 2. l. acut. Tex. com. ult.*
e *gal. 4. 6. epidem. cõ. 17.*
f *Hipp. 4. 6. epid. 14. & l. 3. de cauſa pulſ. c. 9.*
g *gale. 4 6. epid. cõ. 17.*
h *Hippoc. & galen. 4. aphoriſm. Tex. 15.*
i *gal. 4. apho. 67. com.*
K *Hipp. 4. 6. epid. 16.*
l *Hippoc. 6. epid. 8.*
m *Ariſt. l. de ſomno & uigilia.*

materiam facientem ſomnũ,& ſomnus ipſum concoquit, ita ut ſibi mutuo auxilientur. Motus & quietis eadem ratio eſt quæ ſõni & uigiliæ: reſpondet quies ſomno: (reuocat .n. calorem ad partes internas & coctionem perficit,) motus uigiliæ :(elicit.n. calorẽ ad externas partes & alimentum diſtribuit:) quò nomine accommodantur ad uires reficiendas. Conuelluntur autem uires nimio motu; quiete potius recreantur: febri autem alienus *a* eſt motus, cum calefaciendi uim habeat: aptatur quies, cũ refrigeret & madefaciat. Laudat Hippocrates *a* in calida natura quietem, reprehenditque Prodicum, qui febricitantes uehementer exercebat. Humor putris qui febrem accendit, ut concoquatur, maxime quietem *b* expetit, magis .n. aſſidue ſic attingitur quod concoquendum eſt à partibus ſolidis: ſed ut per ſudorẽ expellatur aliquid, confert motus, ueluti frictio mollis, cum febris iam incipit remitti. Perturbationum ac tranquillitatis animi eadem ſimiliter ratio eſt: reſpondet tranquillitas *c* quieti: perturbatio, motui. Quamobrem uiribus reficiendis, febri, & cauſæ, magis conuenit tranquillitas, quam perturbatio: ſicuti magis quies, quam motus: quæuis perturbatio, propter motum ſanguinis, aliena eſt: ſed potiſſimum ira, in qua non ſolummouetur, ſed etiam feruet ſanguis: minus nocet ſpes & gaudium, ſub quibus calor ab internis partibus effunditur ad externas.

a *Hipp. 4. 6. epid. 15. & 3. 6. epi. Tex. com. 31.*

b *Hippoc. & Gal. 4 acutorum. Tex. com. 44.*

c *Gal. 4. 6. epid. comento 15.*

Reſtant ex his quæ ſub uictu continentur, ea quæ expelluntur, ac retinentur, quorum moderationem uires deſiderant: nã ubi retineantur quæ expelli ſolent, ſtrangulant calorem innatũ, & idcircò uires labefactant: ubi expellantur quæ retinenda ſũt, uires exhauriunt: quamobrem danda opera eſt ut educantur quæ naturaliter redundant, ueluti deiectio, ſudor, urina & ut retineatur ſi quid nimis profluat, quod, quò pacto fiat, docebimus cum ad curationem ſymptomatum ueniemus, hactenus de uictu, & de opere à uiribus requiſito.

De refrigerantibus & mandefacientibus ad Febrem adhibendis. Cap. III.

MOrbus, hoc eſt febris, id opus deſiderat, *d* ut hominem refrigeremus, & madefaciamus. Inſtrumenta quæ hoc præſtant, partim ad uictum, partim ad medicamenta, partim ad chirurgiam referuntur. Ratio uictus qualis requiratur aut

d *Gal. l. 11. meth. c. 9.*

toleretur

toleretur à febre, proxime declarauimus: ſequuntur medicamẽ
ta, quæ differũt ab his quæ ſub uictu continentur, quod nõ ſint a *Gale.p.acutor. com.6.*
uſitata *a* ſanis: requiruntur hæc frigida & humida, ſiue tactu *b*
talia ſentiantur, ſiue facultatem *b* habeant refrigerandi, & made b *Gale.l.xi. meth. cap.2*
faciendi, quamuis talia non uideantur: poſſunt tam hæc, quam
illa & intus dari, *c* & extrinſecus adhiberi. Ordiamur ab his c *Gale.l.x. meth. c.7.*
quæ intus dãtur; omniũ efficaciſſimum eſt aqua frigida potui
data, quæ non ſolum refrigerandi, & madefaciendi uim d *galen.l.xi. method c.9.*
habet, ſed tangitur etiam frigida & humida, & idcirco cuiuslibet *d* febris remediũ eſt: ſed cum magnum ſit auxilium, non cõ e *Gal.9.meth.cap.5.*
uenit niſi magnis febribus, ut *e* continentibus, ſynochis, ardenti
bus, quarum proprium eſt medicamentum, præſertim ſi ho f *gal. ibid.*
mo non aſſueuerit *f* ipſam bibere cum ſanus eſt: adde quod ne
mo ferè ſolet ex his qui eam bibunt, affatim ipſam haurire cum
ſani ſunt, ſicuti quando datur febricitantibus medicamenti lo-
co; omnibus ergò ferè medicamentum eſt; refrigerat .n. & ma-
defacit & propterea, febrẽ extinguit, temperat feruorem & te-
nuitatem bilis, & reddit ſolidas partes ualidiores, itaut expellãt
g deiectione, ſudore, urina, uomitu id quod noxium eſt; præter g *Gal. ibid.*
quam quod imminentem *h* tabem propulſat, refrigerando ac h *gal.l.de marasm.c.7.*
madefaciendo. Videndum tamen an repudietur ab aliis rebus
ſiue ſecundum naturam, ſiue præter naturam, ſiue mediis. Ex i *gal. l. ix. meth.cap.5*
rebus ſecundum naturam ſi homo gracilis *i* ſit & exigui calo-
ris, non aſſuetus potioni aquæ frigidæ, ſummopere læditur, in
terdum k enim extinguitur calor, ſuperuenit ſingultus, neruorũ k *gale.ibid.*
diſtentio, difficultas deglutiendi, & tandem interitus. Ex rebus
præter naturam reiicit aquæ frigidæ potum, humorũ cruditas, l *Gale.ibid.*
obſtructio, inflammatio, l quæ augentur aquæ frigidæ potu; æ-
riſipelas tamen exquiſitum hoc ſolo remedio curatur. Aer au
tem, qui medius eſt inter res naturales & præter naturam, ſi fri
gidus eſt, prohibet potionem aquæ frigidæ, cum periculum ſit
ne refrigeratum *m* corpus ab aere, non poſſit deinde ſuſtinere m *Gale. l xi. meth.c. 9.*
aquam frigidam, quod non euenit æſtate, confert .n. calor aeris
ad remittendum frigori aquæ. Sed fac requiri à morbo potum
aquæ frigidæ, repudiari uerò ab aliqua alia rè: præferre tunc o-
portet ut ſepe diximus id quod magis urget. Alexander *n* Tral n *Trallian l. p.cap.13.*
lianus, tunc pro aqua frigida dat potui calidam, quæ paulatim
deponens calidos uapores, reuertitur ad naturam ſuam frigi-

dam:

dam: & ita refrigerat ſimul & madefacit temperatque ardorem bilis: quam nos ſæpe uſu comperimus plurimum profeciſſe. Venit in mentem Thomæ Cornacchini Medici clariſſimi, quo cũ mihi ſũma neceſſitudo intercedit, hic annum agens trigeſimũ ſextum incidit in febrem bilioſam ſatis ardentem; cumque nõ cederet feruor flauæ bilis aliis medicamentis, neque liceret ob uiſcerum obſtructionem aquam frigidam dare, dedimus calidam largè, quà ſumpta ſtatim remiſſa eſt febris, & anxietas incredibilis, quam flaua bilis afferebat in uentriculo, ſunt qui cum aqua frigida miſceant aliquid aceti, uel puri, uel cum ſaccharo mixti, per quod aut euomitur, aut facilius penetrat, & diſtribuitur per corpus. Liberaliter autem danda eſt, itaut homo quantũ uult bibat: quod Hippoc. etiã in febre ardente præcepit non ſolum de aqua, ſed etiam de mulſa *a* loquens. At non quouis tempore conuenit, ſed tantum ubi apparet *b* coctio: quod nõ accidit uenæ ſectioni, licet.n. ſanguinem mittere etiam ubi cauſa febrem faciens cruda eſt. Præter potum aquæ frigidæ licet etiam uti medicamentis quae nõ tactu, ſed facultate frigida ſint, cuiuſmodi ſunt quæ à pharmacopolis nunc ſyrupi nominãtur, ut acetoſus, uiolatus, de endiuia, de Gicorio, de Acetoſitate citri, de omphacio; miſcentur autem cum aqua, in qua fuerit incocta frigida aliqua herba; ueluti lactuca, cucurbita, nimphea, oxalis, endiuia, cicorium. Sunt *c* qui eiuſmodi aquam per clyſterem in aluum demittant, quod comodiſſimum eſt, ubi materia putreſcens, & focus ipſe febris reſidet in uentre. Sumitur etiam utiliter ad refrigerandum & madefaciendum confectio diacodion, ſaccarum uiola, uel roſa conditum. Ex medicamentis externis maxime præſens eſt balneum *d* aquae frigidae: eſt autem medicamentum illis, quibus non eſt uſitatum dum ſani ſunt: cauendum tamen ne detur ubi naturalis calor debilis ſit, & homo gracilis, hyeme, ſed ut praecepit Hippocrates *e* in ſanando neruorum rigore per frigidæ aquæ perfuſionem elegit enim iuuenem bene carnoſum, media aeſtate. ubi tamen periculum ſit ne homo ex febre ardente in tabem incidat, licet homo gracilis ſit, praeſtat experiri anceps hoc auxilium, ſiquidem una ſalus uictis nullam ſperare ſalutem. Valet etiam ceratum *f* liquidum, quo thorax & praecordia inunguntur; idonei ſunt & ſucci herbarũ frigidarũ, ut lactucæ, ſemp uiuii, umbilici ueneris

quibus

a *Hippoc. 4 acutor. 5.*
b *gal. 9. meth. c. 5.*
c *Auic. l. 4. fen. p.*
d *Gal. l. x. meth. c. x.*
e *Hippo. l. 5. aphor. 21.*
f *Gal. l. x. meth. c. 9.*

quibus inſpergitur aliquid polentæ. proprie autem ad caput refrigerandum acõmodatur oleum roſa conditum, cui aceti aliquid adiectum ſit. Tertium inſtrumentum, quò ad refrigerandum utimur, eſt chirurgia, cum ſecatur uena, ſanguinis enim miſio *a* non per ſe & quatenus res frigida febricitantem refrigerat, ſed quatenus adimuit materiam calidam, eo modo quo refrigeratur conclaue aliquod ſubtractis lignis, quæ incẽdebatur.

a *gal. x. meth. cap. x.*

De ſuccis ſemiputribus per coctionem curandis. Cap. IIII.

PVtredo, quam diximus eſſe proximam cauſam propoſitæ febris, quatenus facta eſt remoueri *b* debet, quatenus adhuc fit, poſtulat ut remoueatur cauſa quæ eſt prohibitus perſpiratus, de quo in ſequentibus agemus; nunc enim tractabimus putredinem factam, quæ adimenda eſt; adimitur autem detractis humoribus putribus. interdum tamen euenit ut non ſint ex toto putres, ſed relicti in corpore corrigi poſſint, & tunc poſſunt exinaniri: non tamen neceſſe eſt cum reduci poſſint ad naturalem ſtatum per coctionem: *c* quod opus nunc nobis proponitur unà cum inſtrumentis per quæ perficiatur. Definiuit Ariſt. *d* coctionem, perfectionẽ à naturali & proprio calore, in humido & ſicco, in quà definitione genus ſumitur à forma, differentia à cauſis, uidelicet ab efficiente & materia; forma eſt perfectio quam acquirunt ea quæ concoquuntur, mutantur .n. & fiunt perfectiora, neque ſolum apparent mutata ut uolebat Aſclepiades, *e* ſed rè ipſa *f* mutationem accipiunt; quod intelliges ſi intuearis genera eorũ, quæ cõcoquũtur, ut arborũ fructus, alimentum in animalibus, & cibos, qui ad ignem admouentur, mutationes quæ fiunt alimenti in nobis ut prima in uentriculo, ſecunda in uenis, tertia in partibus ſolidis cum iam aluntur, omnes ad coctionem ſpectant. perfectio, quæ per coctionẽ acquiritur, aut dat ipſum eſſe quemadmodum in his quæ gignuntur, aut uſum aliquem his quæ genita ſunt, ut odorem, colorẽ, ſaporẽ, craſſitudinẽ, & ita uel ſubſtantiã ut in ſemine fructus, uel accidens ut in pericarpio, utriuſq; .n. coctionẽ ponit Theophraſtus *g* in fructu, ſeminis quidẽ ad procreãdũ, pericarpii ad vſũ. ꝑfectio, quã acquirũt quæ cõcoquũtur in animali, eſt ut reddantur ſimilia partibus *h* à quib. cõcoquuntur; quæ cruda

b *gale. l. xi. meth. cap. x*

c *gal. l. artis med. c. 89.*

d *Ariſt. l. 4. metheororum cap. 2.*

e *gale. l. pri. de natur. fac. cap. 2.*

f *Ariſt. l. 2. de anima tex. 43.*

g *theophraſtus l. p. de cauſ. plantarum c. 18.*

h *gal. l. 2. de natur. facul. cap. 7. & l 4 acutorum comento 44.*

a *Ariſto. l.4 metheor. cap.2. & 3.*
b *Ariſtot. ibidem cap.2.*
c *hipp. l.p. aphoriſm. 14 & 15.*
d *gal. l.p. aphoriſm. cō. 15.*
e *gal. l.2 de natur. fac. c. 6.*
f *gal. l.3. de cauſ. ſymptom. c.3.*
g *Ariſt. l.2. de anim. tex.42.*
h *Ariſtot. l.4 metheor: cap.3.*
i *Ariſt. l.3. de par. animal. cap.5.*
* *gal. 2. l. epid. com.6.*
ſ *Ariſt. l.4. metheor. cap.2.*
† *Ariſt. l.4. metheor. c. 2. & l.3. de part. animal. cap.5.*
n *Ariſt. l. de reſpir. ca.8.*

da manent non mutantur, neque redduntur ſimilia: id quod patebit ſi tres ſpecies *a* crudorum inſpicias, quæ opponuntur totidē coctis, maturis uidelicet, elixis, aſſis, in nullis .n. depræhenditur perfectio acquiſita. Cauſa efficiēs pro ponitur ab Ariſtotele *b* internus ac proprius calor, hunc primus poſuit Hippocrates *c* auctorem coctionis, frigus autem eatenus ad concoquēdū cōfert, quatenus calorē cōtrahit, qui efficacior *d* redditus perficit, coctionem: debet tamē calor eſſe moderatus, nimius .n. magis urit quā cōcoquat: debet itē calor cōcoquēs, magis eſſe humidus quā ſiccus in corpore noſtro, nā quæ cōcoquuntur in nobis magis elixantur quam aſſentur, quamuis contra ſenſerit Aeraſiſtratus; *e* quamobrem pueri quibus calor humidus ineſt, magis *f* ualent ad concoquendum quā iuuenes, qui calidi ſunt & ſicci: hūc calorem moderatur *g* anima & in his quæ gignuntur, & in his quæ aluntur, adeo ut non referendus ſit ex toto ad elementa, ſed etiam ad cœlum. Materia, quæ coctionē accipit, eſt humor unà, cum ſiccitate, aqua .n. & quæ aquoſa *h* ſunt coctionem non admittunt: difficilius autem coquuntur quæ magna, *i* quā quæ parua, quæ mollia, quā quæ dura, quæ calida * quā quæ frigida, magis .n. ab interno calore ſuperantur. hæc quæ dicta ſunt de coctione in corpore noſtro proprie ꝑtinēt ad alimētū, quod uerè cōcoquitur & ſimile redditur, pertinēt tamē & aliquo modo ſ ad ea quæ redundant & detrudenda ſunt, neque poſſūt cōuerti ad ſubſtātiā noſtrā; dicūtur aūt cōcoqui, quod reddātur ſimilia partibꝰ, à quibꝰ cōcoquūtur, quātū fert eorū natura: perfectio, quā acquirūt, eſt quidā uſus, minus .n. lædūt odore, acrimonia, tenuitate, concretione: in uniuerſum .n. tā alimenta quā quæ ex ipſis ſuperant & detrudenda ſunt, cum concoquuntur craſſitudinem † aliquam acquirunt, quod abſumantur partes magis aquoſæ à calore concoquente; ſed quæ frigore concreta ſunt, cum concoqui incipiunt, liqueſcunt, & ideo apparent tenuiora, quamuis ubi liquata ſunt & concoqui ceperunt ipſa quoque craſſiora reddantur; coctio .n. quælibet craſſitudinem addit; cum uerò ſanguis in ſiniſtro uentriculo cordis uertitur in ſpiritum tenuior reditur, hæc tamen mutatio σεύσις, quaſi *n* ebulitio, magis nominanda eſt quam coctio, ſeparatur .n. ibi ſpiritus à ſanguine ut in inteſtinis à deiectione ſuccus, quem primæ uenæ alliciunt. Expoſita natura coctionis eorum, quæ uel uertuntur

tuntur in alimentum, uel expellenda ſunt, uidendum eſt quib. inſtrumentis perficiatur, quibuſue utendum ſit ad ſemiputres ſuccos, qui febrem accendunt. cum à calore interno fieri coctionẽ dixerimus, uidetur eſſe ex toto opus naturæ & nõ artis, cum nihil uideantur poſſe proficere externa, uerum aliter res ſe habet; nã cũ calor cõcoquẽs debeat eſſe moderatus, & qui ualidior eſt urat, qui imbecillior non ſatis coctionem perficiat, medicus poteſt remittere calorem ubi immoderatus ſit, & augere ubi imbecillus; remittet per inſtrumenta refrigerantia ſuperius poſita cũ de uictu, & medicamentis febris calorem refrigerantibus locuti ſumus; augebit per ea, quæ uel tactu calida ſentiuntur uel facultatem habeant calefaciendi ſiue proxime, ſiue alio interiecto medio. quæ tactu calida ſentiuntur externa conferunt ad coctionem, ut balneum aquae dulcis, & fomenta, ueluti etiam *a* catuli, aut pueruli admoti ad uentriculum: nonnihil etiam cõfert calor ſolis ut ad maturitatem fructuum, ita etiam ad concoquendos in nobis humores, qui hyeme ex appulſu aeris frigidi magis crudos ſe oſtendunt. cauendum *b* tamen balneum eſt ubi ſit multitudo & cruditas humorum, ne fuſi ferantur ad uaſa anguſtiora & obſtructionem augeant. Facultatem habent calefaciendi complura, quæ & intus ſumuntur & extrinſecus dantur, intus quidem alimenta & præcipue *c* uinum, quod conuertitur in ſubſtantiam calidam, à quà noſter calor auctus melius cõcoquit quæ cruda aut ſemiputria ſunt; nocet tamen, cum permeans per uenas, ſecum trahit craſſiores ſuccos & obſtructionem affert; quare non eſt quod prius bibatur, quam appareant *d* ſigna coctionis, tunc.n. non ita periculum eſt ne fiat obſtructio. extrinſecus imponitur ad maturandum pus cataplaſma *e* ex tritico & ſaliua, uel ex farina triticea, auget .n. ſubſtantiam caloris noſtri cum ab ipſo calefactum eſt. Alio interiecto medio augetur calor, uel cum intro compellitur, uel cum retinetur calida expiratio, uel cum non euocatur extra. Compellitur autem intro à frigore aeris circumfuſi, quamobrem hyeme melior fit coctio, quò tempore Hippocrates *f* uentres eſſe calidiſſimos natura poſuit, & plurimum cibi uoluit dari. retinetur calida expiratio obſtructis foraminibus cutis, ut à cataplaſmate aliquo, quod tamen tentandum non eſt, ubi magna ſit putredo; augeretur .n. prohibito perſpiratu. Non euocatur calor ad partes externas,

ſi homo

a *gal. 7. met. cap. 7.*

b *Gale. l. xi. meth. c. 9.*

c *Gal. ibid. & l. p. ad Glauc. c. 9.*

d *Gale. locis dictis.*

e *Galen. l. 5. ſimplic. c. 9.*

f *Hippo. l. p. aphor. 15.*

ſi homo quieſcat preſertim ſi dormiat; nam ſomnus non ſolum non euocat, ſed magis contrahit calorem ad partes internas; quò nomine quies *a* & ſomnus ad coctionem conducunt. frictio uerò, *b* quamuis quieti opponatur & propterea uideatur obeſſe coctioni, prodeſt tamen ſi moderata ſit, quod calorē excitet, & id circo augeat non ſolum in partibus externis ubi perficitur tertia coctio, & alimentum redditur ex toto ſimile ſubſtantiæ noſtræ, ſed etiam in internis. At non tantum iuuant coctionem quæ pertinent ad uim effectricem, ſed ea quoq; quæ materiam concoquendam præparant extenuando, *c* incidendo, madefaciendo; quæ tenuiora, minus glutinoſa, & magis humida facilius concoquuntur quam contraria: pluuia etiam confert ad maturitatem fructuum, facilius enim concoquuntur quæ madent quam quæ arida ſunt.

a *Galen. & Hipp. l. 4. acut. Tex. com. 44.*
b *Gale. l. 12. meth. ca 3.*
c *Gal. ibidem*

De putredine ex corpore educenda. Cap V.

PVtredo, quam proximam febris cauſam eſſe diximus, ubi ex toto facta ſit, non poteſt amplius corrigi per coctionem, ſed neceſſe eſt putres *d* ſucci educantur, quod opus quo pacto fiat & quibus inſtrumentis nunc oſtendendum eſt. primo autē ſtatuere oportet an exinanire corpus conueniat, de inde quæ animaduertenda ſint in eiuſmodi opere. Intelligemus exinaniendum nè ſit ſi intueamur requirentia & tolerantia, hoc enim non ſecus atque alia opera effici debet cum requiritur & toleratur. in febre nobis propoſita requiritur hoc opus à cauſa proxima hoc eſt, à putredine *e* humorum, qui corrigi non poſſunt, tū *f* à multitudine obſtruente quam ſequitur prohibitus perſpiratus & putredo; quamquam utiliter etiam exinanitur interdum corpus febricitantis ut refrigeretur, ueluti ubi eſt magna copia *g* ſanguinis; loquor autem de exinaniendis humoribus & non de his quæ naturaliter ſuperant, ut de urina deiectione, ſudore, quæ ſupra *h* ſub uictu tractauimus cum de conſeruandis uiribus loqueremur. At non ſtatim exinanire corpus febricitantis oportet cum hoc opus requiritur, ſed uidendum an toleretur à reb. naturalibus, praeter naturam & mediis: ad res naturales pertinent uires & temperatio corporis: ubi uires * ualidae ſunt ferunt eductionem humorum, neque enim refert ſi paulum debilitentur,

d *Gal. de arte medic. cap. 89. & l. 11. meth. cap. 8.*
e *Gale. l. 11. meth. c. 8.*
f *Gale. l. 11. meth. c. x.*
g *Gal. l. x. meth. c. x.*
h *Supra c. 2. huius libri.*
* *Gale. l. 9. met. cap. x.*

litentur, vbi imbecillæ non admittunt hoc auxilium, quia periculum eſt ne conuellantur, præterquam *a* vbi opprimuntur à multitudine; tunc enim exinanito corpore validiores fiunt; quod ſi multitudo cum imbecillitate copuletur, viciſſim exinanire *b* multitudinem, & reficere vires oportet. ad vires referuntur temperatio, ætas, habitus corporis, quæ vbi talia ſunt, vt exinanito corpore debilitentur vires, vt in pueris & in his qui molliores ſunt, reijciunt hoc remedium; contra, vbi tales redeāt vires vt reniti poſſint, ipſum admittunt, ad vires etiam refertur aer, qui vbi *c* calidus eſt, non permittit corpus exinaniri, quod periculum ſit ne vires deficiant ſub æſtu debilitatæ. Ex rebus præter naturam morbus, vt ardor ipſe febris, non ſinit exinaniri *d* corpus quod vires debilitet: ſicuti dolor, neruorum diſtentio, aut aliud eiuſmodi ſymptoma, quamquam etiam ob inſtrumenta quibus vtendum eſt aut ad purgādum, aut ad vrinam mouendam, quod nimis calefaciant, *e* non ſinitur corpus exinaniri. vbi controuerſa *f* ſint quæ requirunt aut requiruntur, tribuendum, vt in alijs ita in hoc plus ei quod magis vrget. Vbi ſtatuerimus exinaniendum eſſe corpus, obſeruare oportet animaduerſiones neceſſarias, vt qualitatem, tempus, modum, ordinē. Qualitas in eo conſiſtit vt intelligamus quos humores exinanire oporteat; illi autem exhauriendi ſunt, qui febrem, putredinem, vel obſtructionem efficiunt: nam vt præclare monuit Hippocrates, *g* ſi qualia oportet purgare purgentur confert & bene ferunt; quod præceptum communiter pertinet ad omnia quæ ex corpore noſtro quouis modo exhauriuntur. Quantitas effuſionis reſpondere debet quantitati ſuccorum eam requirentium modo vires ferre poſſint, nam vbi imbecilliores ſunt *h* non licet exquiſite corpus exhaurire. Modus educendi eò pertinet vt quod exinaniendum eſt, vel totum ſimul educatur, vel iteretur detractio, materia quæ tota ſimul morbum facit vt ſanguis in febre ſynocha, *i* tota ſimul exhaurienda eſt, quæ verò ſubinde putreſcit, ſubinde educenda eſt, veluti per ſudorem in febre intermittente. Vires magis ferunt partitam detractionem quam totam ſimul, quamobrem iterare * tunc oportet vbi illæ infirmæ ſunt; quamuis alioquin tota ſimul requiratur, veluti ad febris ardorem extinguendum, Tempus eſt educere eiuſmodi ſuccos cum febrem, putredinem & obſtructionem efficiunt,

a *Gale. ibid.*

b *Gale. ibid.*

c *Hippo. l. 4. aphor. 5.*

d *Hipp. et galen. 4. apho. tex com. 24*

e *Gal. xi. metho. c. 9.*

f *Gale. ibid.*

g *Hipp. l. p. aphor. tex. 2. & 25.*

h *Gal. l. 9. metho. ca. x.*

i *Gal. l. 9. meth. c. 4.*

* *Gal. l. 9. metho. c. x.*

modo vires ferre poſſint, quæ tunc ferunt facilius hoc auxilium cum minus homo affligitur ab acceſſione; quamobrem eligere diem & horam magis quietam oportet. Ordo vbi plura auxilia requirantur idem teneri debet quem conſtat eſſe inter requirentia, ad id ergò prius ſpectandum eſt, quod vel dignius eſt vt ad vires *a* reficiendas, vel cauſa futurorum, vt ad extenuandum & ad humores educendos. Via quà exhaurire corpus oportet, ea ipſa eſt ad quam natura *b* materiam ſuperantem impellit, modo nihil ſit quod prohibeat, veluti gracilitas *c* uomitum: uariæ autem ſunt uiæ ut per ſanguinis miſſionem urinam, ſudorẽ, quæ uaria inſtrumenta deſiderant, de quibus ſigillatim dicemus exorſi à ſanguinis miſſione.

a *Gal. l. 9. meth. c. 13.*
b *Hippo. p. aphor. 21.*
c *Hipp. l. 4. aphor. 8.*

Sanguinis miſſio requiritur, vbi ſanguis aut nimia copia aut qualitate nocet, & idcirco in propoſita *d* febre ad detrahendam putredinem & multitudinem imminuendam; prætere a ad ardorem ipſum *e* febris extinguendum: ceſſat enim detracto ſanguine quemadmodum ignis ademptis lignis. neque obſtat, quod non omnes febres, quæ putredinem ſequuntur, conſiſtant in ſanguine putri, ſed pleræque à flaua, uel atrabile aut pituita putreſcente oriantur, nam in his, quæ aſſiduæ ſunt, humores putreſcunt in uenis mixti cum ſanguine & ſimul cum eo effunduntur; in intermittentibus uerò incipiunt putreſcere in uenis, ubi & obſtructionem efficiunt: quamuis ſtatim ex *f* uenis transferantur ad partes externas ubi perſeuerat putredo & febrem accendit, dum quaſi in cinerem, veluti ea quæ uruntur, conuertantur, quamobrem in his etiam ſi mittatur ſanguis detrahitur ſimul humor ille qui ſi maneret in corpore putreſceret & nouas febres accenderet. Scire tamen licet ſanguinis miſſionem eſſe magnum remedium, & idcirco non neceſſarium eſſe niſi ubi magna *g* ſit febris, aut magna expectetur: in tertiana exquiſita quæ neque eſt neque expectatur talis, ut in ſequẽtibus patefiet, non eſt *h* quod ſanguinem mittas. At non ſatis eſt ſi requiratur ſed debet ferri ſanguinis miſſio potiſſimum à uiribus, *i* ad quas refertur ætas non modo ſenum, ſed etiam puerorum quibus non licet ante decimum quartum annum ſanguinẽ mittere ob uires, quæ licet ualidæ appareant debilitarẽtur; quoniam eorum corpora plurimum digeruntur; refertur et ad uires aer ualde * calidus ut æſtiuus, qui ubi eas debilitet non permittit

d *Gal. l. xi. meth. c. 15.*
e *Gal. l. x. meth. c. x.*
f *Gale. l. 2. de diff. febr. ca. xi.*
g *Hipp. l. 4. acut. 19.*
h *Gale. l. p. ad Glauc. c. 9.*
i *Hipp. et gal. 4. acut. 19. & gal. l. xi. meth. c. 14.*
* *Gale. ibid.*

tit ſanguinem detrahi, ut dolor, morſus in ore uentriculi, alui *a* profluuium: hæc.n. omnia nō alia nomine reijciunt uenæ ſectionem quam quod reddunt uires imbecillas: ubi requiratur ſanguinis miſſio, & non toleretur à uiribus, omittenda eſt, ne cum ipſis uita deficiat, aut paululum *b* detrahendum eſt, & iteranda detractio aperiendaq; uena admodum exilis, ſiue exaſperando cutim ſcalpello, ſiue ad mouendo ſanguiſugas ad anum. Cum uero ſtatueris non ſolum requiri, ſed etiam ſuſtineri poſſe ſanguinis miſſionem non neceſſe eſt qualitatem animaduertere, ue luti in dando catarctico, cum ſecta uena qualiſcumq; ſit ſanguis educatur; ſed magis uidere oportet ex quà uena mittendus ſit. cum febris ſit morbus *c* communis totius corporis æqualiter ex quauis parte uidetur ſanguis mitti poſſe; ita ut liceat quamuis uenam ſecare: eligimus autem magnam aliquam ueluti in cubito, ut celerius ſuccurramus: ubi uires imbecilliores ſint præſtat, ut paulo ſupradiximus, ſecare exilem aliquam, ut in pede, aut manu, uel ſangui ſugas adhibere ad uenas in ano ſanguinem fundentes. Tantum autem detrahendum ſanguinis eſt, quantum copia recedit à moderatione; non tamen educendus eſt ille uniuerſus qui qualitate uitioſus eſt, nam dempta aliqua parte *d* qui relinquitur fatis uel corrigitur uel expellitur à natu ra: in magnis tamen febribus uſque ad animi defectionem detrahendus eſt ſi uires ualeant; quod ſi infirmæ ſint neque ſinant tantum detrahi quantum res poſtulat, ipſis potius conſulēdum eſt, & parcius mittere oportet. Expedit etiam in febribus ubi vires valeant totum ſimul detrahere eum quem detrahendum eſſe conſtituimus, vt ſtatim remittatur feruor febris, & putredo, atque obſtructio ceſſet; vbi non ita valeant neceſſe eſt miſſionem *e* iterare. Tunc verò mittendus eſt cum copia vel qualitate nocet modo ferri poſſit à uiribus, ob quas eligere diem & horam minus moleſtam conuenit; magis .n. tunc renitentur, & ſuſtinebunt hoc auxilium. Quod ſi plura alia ſimul requirātur ille ordo tenendus eſt in operibus perficiendis qui eſt inter res à quibus requiruntur, primo exempli gratia reficiendæ *f* uires ſunt, deinde mittendus *g* ſanguis, poſtea extenuandi humores craſſi, & tandem utendum catharctico ubi hæc omnia requirantur. Inſtrumenta quibus ſanguis mittitur ad chirurgiam ſpectāt quæ ſcalpello uenam aperit aut adhibet ſanguiſugas.

a *Gale. p. ad Glauc. c. 14.*

b *Galen. l. 9. meth. c. x.*

c *Gal. l. de curat. per uenæ ſect. c. 19*

d *Gal. l. xi. meth. c. 15.*

e *Gal. l. de curat. per venæ ſect. c. 21*

f *gal. 9 meth. c. 13.*

g *Gale. de curat. per uenæ ſectionē cap. 12.*

a *Gal. p. aph. com. 2.*

b *Hipp. 2. apho. 36.*

c *gal. 4. meth. c. 6.*

d *gal. l. xi. meth. c 9. & l. contra Iulianum. ca. 7.*

e *Hipp. l. p. apho. 24.*

f *Hipp. l. 4. aphor. 5.*

g *Hipp. p. aph. 2. & 25.*

h *gal. l. 9. meth. c. x.*

i *Hipp. p. aph. 22.*

Purgatione educuntur humores *a* ſua qualitate peccantes, veluti pituita, flaua atq; atra bilis, quæ immoderatione frigoris, caloris, humoris vel ſiccitatis nocent; requiritur purgatio ab illis febribus, quæ ſequuntur putredinem eorum humorum quos diximus ſua qualitate peccare, vt pituitæ, flauæ vel atræbilis: videndum tamen eſt vbi requiritur, toleretur nè à rebus naturalibus, præter naturam, & medijs, ad res naturales refertur temperatio, ætas, conſuetudo, ac *b* ratio victus quæ oĩa ſpectãt ad uires; hæ verò ſi validæ *c* ſunt ferunt, ſi imbecillæ reijciunt purgationem. ex rebus præter naturam morbus, hoc eſt febris ipſa, non videtur purgationem admittere, cum fiat per cathar-ctica, quæ calida *d* ſunt, neq; enim tuto additur calor calori: ſed hoc potiſſimum accidit febribus *e* acutis, nam in alijs non ita febricitantem lædunt catharctica, quare in acutis, aut eligentur imbecilla & valde lenia, aut ſi cogamur quemadmodum vbi materia turget præferemus minorem noxam, quam catharctica afferre poſſunt maiori, quam afferrent humores turgentes, ſi tenderent ad partem aliquam nobilem. Ex rebus medijs aer valde calidus non ſinit corpus purgari, ſub cane inquit Hippocr. *f* moleſtæ ſunt purgationes, quoniam & additur calor calori, & vires debiles ſunt neq; poſſunt ferre eiuſmodi auxiliũ. Cum purgatio requiritur & toleratur, eum humorem purgare conuenit, qui eſt cauſa febris, vt flauam bilem in tertiana, atram in quartana, pituitam in quotidiana: nam ſi qualia oportet purgare purgentur, inquit Hipp. *g* confert & bene ferunt: quamobrem neceſſe eſt vitioſum humorem internoſcere & idoneo catharctico exinanire. Quantitas purgationis reſpondere debet quantitati humoris purgandi, qui vbi multus ſit, ſi uires minus valeant conuellentur priuſquam vniuerſus fuerit exinanitus, atq; idcirco neceſſe eſt tunc purgationem iterare, & non educere *h* totum ſimul quod educendum eſt, quemadmodum febris deſiderat, ſed magis ſpectandum eſt ad uires. Tunc autem requiritur purgatio cum humor ſua qualitate peccans putreſcit & febrem excitat; non tamen ſuſtinetur toto hoc tempore, ſed tantum cum ille coctus *i* eſt, natura. n. ubi concoxit allicit ſi quid boni eſt & quod reliquum eſt detrudit; iuuabunt igitur tunc mutuo ſe medicus & natura, ſi detur catharcticũ ubi humor coctus eſt, hoc eſt in fine uigoris: in uigore maxime ꝑficitur coctio

& tunc, auctore Hipp., *a* quieſcendum eſt: in principio, & incremento materia cruda eſt, neq; facile ſequitur, neque naturam habet impellentem. hoc autem pertinet non ſolum ad humores craſſos, ſed etiam ad tenues, qui cum cocti ſunt à natura ipſa detruduntur & non dilabuntur huc atque illhuc; ſed ſequuntur catharctica attrahentia; excipit tamen, Hippocr. *b* humores turgentes, hoc eſt qui impetu quodam per corpus mouentur neq; certam ſedem occupant: hos enim à principio purgare oportet & quia facile educuntur à catharctico cum ſponte moueantur, & quia ſic euitatur periculum ne pernicioſe ferantur ad partem aliquam nobilem: vbi humor non turgeat expectare *c* coctionem oportet, neq; ubi multus eſt minuendus eſt niſi per ſanguinis miſſionem. vbi prauus quemadmodum in febre peſtilenti incertum eſt expediat nè expectare coctionem an ſtatim purgare quemadmodum in ſequentibus docebimus cum veniemus ad febres peſtilentes. Via purgandi duplex eſt, ſuperior & inferior, dantur enim catharctica quæ vomitu, & quæ deiectione vitioſos humores purgent, tutior eſt deiectio, neq; enim conuenit vomitum mouere niſi vbi ſponte incipit excitari, ſucci tenues ut bilioſi *d* ſuperne, craſſi ut pituitoſi & melancholici *e* inferne ſolent educi à natura quam ſequi oportet. Quod ſi plura opera ſimul requirantur, tenere eum ordinem inter ipſa oportet quem nouimus eſſe inter ea quæ requiruntur, uires exempli gratia *f* reficiendæ ſunt, tum extenuandus *g* humor, deinde catharcticum dandum. Sunt aũt catharctica, inſtrumenta quibus perficitur purgationis opus, alia autem dantur ad alios humores educendos, ſiue per uomitum ſiue per deiectionem quæ enarrabimus cum ſpeciatim harum febrium curationem perſequemur.

a *Hipp. l. 2. aphor. 29.*
b *Hipp. p aphor. 22. & l 4. aph. 10.*
c *Hipp. p. aphor. 22.*
d *Hipp. et gale. 5. aph 6.*
e *Hipp 4 aphor. 9.*
f *gal. l. 9. meth. c. 13.*
g *Hipp. et gale. l. 2. aph. 9*

Euocatio vrinæ quatenus educit aquoſum humorem, qui ẽt ſanis quotidie colligitur, pertinet ad rõnem victus; atq; vbi retineatur, quibus auxilijs ciatur in ſequentibus oſtendemus cum perſequemur curationem ſymptomatum; ſed quatenus accõmodatur ad exhauriendam materiam putrem, quæ febrem accendit, & multam, *h* quæ obſtructionem efficit, nunc tractanda eſt. Cõuenit aũt cum adeſt eiuſmodi materia: modo toleretur; debet tolerari à viribus, quæ cum valde imbecillæ ſunt *i* nullam humorum effuſionẽ ſuſtinent, quamquam minus offendantur ab hac

h *gal. l. xi. meth. c. x.*
i *gal. l. 9. meth. ca. xi.*

cum paulatim fiat quam à purgatione, aut ſanguinis miſſione. at debet ẽt tolerari ab his quæ præter naturam ſunt; reijcitur *a* à febre cum medicamenta quibus euocatur valde calida *b* ſint & ſicca; quare vbi febris vehemens ſit, hæc vitabimus; licebit aũt vti leuioribus quæ vt minus oberunt, ita etiam minus proficient. vbi etiam multitudo ſit & craſſitudo humorum periculum eſt ne augeatur obſtructio ſi medicamenta dentur quæ urinam euocent. canales & receptacula, unde tranſire urina debet, ſi male affecta ſunt non ſinunt urinam euocari. Sed fac requiri iam & tolerari obſeruare eas animaduerſiones oportet, quæ in alijs operibus atq; inſtrumentis obſeruantur. Quantitas materiæ quæ per urinam educitur reſpondeat quantitati humorum urinam requirentium, putrium uidelicet & obſtruentium ubi uel tenues per ſe fuerint uel extenuati; fertur autem à uiribus eiuſmodi quantitas propter modum effuſionis, neque enim ſubito exit & ſimul tota materia, ſed paulatim pluribus *c* diebus. Tunc uerò conueniunt quæ urinam euocant cum materia à qua requiruntur cocta eſt; nam ante *d* periculum eſſet ne ſub eiuſmodi medicamentis augeretur obſtructio. Vbi plura requirantur ſimul cum urinam mouentibus, ea prius præſtare oportet, quæ cauſa ſunt cur reliqua tuto fiant, quare prius aut miſſo ſanguine aut catharctico *e* multitudinem minuere oportet, tum craſſitudinem extenuare, deinde uenire ad ea quæ urinam mouent: ſic.n.non augebitur obſtructio. Inſtrumenta idonea ſunt medicamenta quæ quod urinam ciant διουρητικά, græce nominantur, ſeparant hæc *f* aquoſum humorem à craſſiore, quaſi coagulum à ſanguine ſerum, ſeparatus tenuis humor à craſſiore facilius & attrahitur à renibus & expellitur. Quæ hanc uim habent calida ſunt *g* & ſicca, non ſecus atq; ea quæ lac cogunt: eſt etiam eorum iucundus odoratus; aſcendunt ad tertium gradum caloris & ſiccitatis quæ ualida ſunt, ut ſemen appij, petroſellini, fœniculi, dauci, aſſarum, quæ maxime ſuſpecta eſſe debent cum febres uehementes ſunt, cum leues non item; tunc enim leuiora conueniunt ut potio aquæ, inqua iacuerint, uel bullierint radices appij uel fœniculi; huiuſmodi eſt potio quam pharmacopolæ nominant ſyrupum acetoſum de duabus, ſiue etiam de quinque radicibus. leuiora ſunt & minus calefaciunt ſemina peponum, quæ ob lenem quandam uim detergendi ipſa quoq; urinã euocant

a Gal. l. xi. meth. c. x.
b Gal. 5. ſimplic. c. 13.
c Gal. 4. apho. com. 74.
d Gal. l. xi. meth. c. x.
e Gal. ibid.
f Gal. l. 5. ſimpl. c. 13.
g Gale. ibid.

euocant & cum ea tenues humores.

Sudore poſtremo educitur *a* materia putris quæ febrem accendit, qui quamuis moueatur à natura magno tamen adiumento eſt ars; ſpectabimus primo an euocari debeat, deinde quibus animaduerſionibus, & quibus inſtrumentis euocandus ſit. debet autem euocari ubi requiratur & toleretur, requiritur in febricitantibus omnibus ab aquoſo illo humore, qui non exit per urinam, ſed per uenas fertur ad cutem, diluens ſanguinem ut facilius permeare poſſit, exitque deinde ex foraminibus cutis; ſed eiuſmodi ſudor pertinet ad rationem uictus quam ſupra tractauimus uerum expelluntur cum ſudore interdum humores tenues *b* ut biliosi, autetiam craſſi & concreti, cum extenuati & liquati ſunt, à quibus requiritur euocatio ſudoris, cum & putreſcentes febrem accendunt, & copia obſtructionem afferunt. tolerari tamen debet ſudor & primo à uiribus, quæ ubi debiles ſunt effuſæ deficiunt: quò fit ut febricitantes nonnunquam in *c* remiſſione acceſſionis intereant. Viſcera etiam imbecilla non ſuſtinent relaxantia præſidia, à quibus euocatur ſudor, ſed magis poſtulant *d* adſtringentia, ut calor & ſpiritus in unum contractus conſeruetur. Ex rebus præter naturam, febris ubi magna ſit quemadmodum ſynocha non admittit euocantia ſudorem quæ *e* calida ſunt ne calor calori adiiciatur. Multitudo item & cruditas humorum *f* reiicit ea quæ ſudorem euocant, quod periculum ſit ne fundendo humores nimis obſtructionem augeant: quare ubi requiratur ſudoris euocatio, neceſſe eſt ante uires *g* reficere ſi languidæ fuerint, febris feruorem remittere, multitudinem minuere, & craſſitudinem extenuare. Quod ſpectat ad modum euocandi, in febribus intermittentibus ut à natura, ita etiam ab arte debet iterari euocatio, in aſſiduis ſolet ſubitus ſudor ſponte ſuperuenire *h* à quò ſoluuntur, & idcirco ſimul etiam euocandus eſt ab arte, modo uires id ferre poſſint; nam ubi infirmiores ſunt expedit euocationem iterare. Tunc autem euocandus eſt cum non ſolum adſunt quæ ipſum requirunt, ſed etiam facilius fertur; id quod euenit ubi innatus calor effundatur & non ubi contractus ſit, atque idcircò non in principio aut incremento acceſſionis, ſed in fine uigoris, & in remiſſione, quò tempore utiliter datur potio *i* & ſequitur ſomnus atque euocatur ſudor. Quod ſi plura requirantur auxilia,

a *gal. l. xi. meth. c. x.*
b *gal. 4. aph. com. 58.*
c *gal. 3. criſiũ cap. 9.*
d *gal. 13. meth. ca. 5.*
e *gal. l. xi. meth. c. x.*
f *Ibid. gal.*
g *gal. 9. meth. c. 13.*
h *gal. l. 4. aph. com. 58.*
i *gal. l. 2. criſi. cap. 3.*

xilia, vt refectio virium, detractio multitudinis, extenuatio craſſitudinis vnà cum euocatione ſudoris, ea prius adhibenda ſunt quæ ſpectant ad id quod magis vrget, vt ad uires, vel quæ ſunt cauſę futurorum vt extenuatio *a* & detractio multitudinis, deinde mouendus eſt ſudor. Inſtrumenta, quibus mouetur, vel ad facultatem expellentem pertinent, vel ad materiam expellendã, vel ad locum vnde expellenda eſt. Facultas ſi debilis ſit confirmanda eſt, vt melius ſuo munere fungatur; confirmatur autem alimentis & potiſſimum vino tenui, quod vbi iam apparet *b* coctio vtiliter datur febricitantibus ad ſudorem excitandum. Materia hoc eſt humor putris, vel obſtruens vbi craſſus ſit, & glutinoſus extenuari debet & incidi. Locus vnde exit ſudor ſunt foramina cutis quæ neceſſe eſt pateant: quamobrem vtendũ eſt relaxantibus moderate calidis & humidis, à quibus aperiantur, atq; hæc proprie dicuntur ſudorem euocare. Poſſunt aũt & intus dari, & extrinſecus adhiberi: maxime ad rem pertinet potio aquæ in qua decoctum fuerit *c* Camomelum, aut in quà bullierit hordeum. Extrinſecus valet balneum aquæ *d* dulcis moderate calidum præſertim poſt acceſſionem cum iam remittitur febris, aut intermittit; nam antę alienum eſt. conferunt ẽt cataplaſmata relaxantia: ſed cum adhibentur ad præcordia admiſcendũ *e* eſt aliquod adſtringens. Vbi ſudor iam exit non ſatis conuenit inter medicos vt largius exeat relinquendus ne ſit, an detergendus: ſunt *f* qui exiſtiment relinquendum eſſe, quod ſic, quamuis obſtruat foramina cutis, tamen retinet calidam expirationẽ, quæ magis deinde ſudorem mouet: *g* plerique ipſum detergũt, vt apertis foraminibus magis pateat exitus: in quorum ſententiam imus, vſu enim ipſo comperimus magis euocari ſi detergeatur quam ſi relinquatur.

a gal. l. xi. meth. c. x.
b gal. l. xi. meth. c. 9. & l. p. ad glauc. ca. 9.
c gal. 3. ſimpl. cap. x.
d gal. l. xi. meth. c. 20.
e gale. xi. meth. c. 16.
f Paulus ægineta. l. 2. ca. 47.
g gal. l. x. meth. c. x. & l. 8. meth. c. 4. & Auic. l. 4. f. 2. tract. p. c. 66.

De curatione obſtructionis & adſtrictionis prohibentis perſpiratum. *Cap. VI.*

ENarrata curatione putredinis, quæ eſt proxima cauſa febris, videndum eſt qua ratione expedire oporteat prohibitum perſpiratum, quem ſupra oſtendimus eſſe proximam *h* cauſam putredinis. expedietur autem ſi auferatur continens cauſa, quæ uel adſtrictio *i* eſt, vel obſtructio. Ordiamur ab obſtructione:

h gal. l. xi. meth. cap. 4.
i gale. ibid. & l. 8. meth. cap. 2.

ne: ceſſat hæc ſi obſtruentes cauſæ remoueantur, quas *a* diximus eſſe humores multos, craſſos, & glutinoſos. Multitudinem detrahere oportet ſanguinis miſſione, purgatione, urinæ aut ſudoris euacuatione, ut proxime tradidimus. Succi craſſi & glutinoſi extenuandi, atque incidendi ſunt: quod opus nunc nobis proponitur. Requiritur autem ubi craſſi & glutinoſi ſucci quæ obſtructionem afferunt; ſed uidendum an toleretur præſertim à rebus præter naturam, nam uires extenuantium uſum facile ferre ſolent; ſed cum hæc ſint calida & ſicca febrem *b* augent, quæ cum ingens eſt aut non admittit extenuantia & incidentia, aut ea ſolummodo quæ imbecilla ſunt, nam ualida non ſuſtinentur niſi ubi febres leuiores ſint. Quod ſi cum huiuſmodi humoribus craſſis, & glutinoſis iungatur *c* multitudo, periculum eſt, ne ſi adhibeantur extenuantia & incidentia, deducantur ad uaſa anguſtiora & obſtructionem augeant; quamobrem non prius ueniendum eſt ad extenuantia & incidentia, quam multitudo fuerit exinanita. Vbi ſtatuerimus opus eſſe extenuantibus & incidentibus, eatenus incidere & extenuare oportet humores craſſos & glutinoſos quatenus ad debitam mediocritatem reducantur, reducuntur autem paulatim, neque enim ut ſubito detrahitur ſanguis, ita ſubito licet extenuare & incidere, ſed paulatim hoc opus efficiendum eſt. Tempus extenuandi, atque incidendi eſt, cum adeſt craſſa & glutinoſa materia obſtruens, modo liceat per *d* ardorem febris, aut per multitudinem. Ex quò colligitur ordo ubi plura opera requirantur, prius exempli gratia remittere feruorem, diminuere multitudinem oportet, deinde extenuare atque incidere. Inſtrumenta quibus utimur ad hoc opus, aut ſunt eſculenta & poculenta, & ita ſub uictu compræhenduntur, ſimul.n. & alere & mederi poſſunt; aut ſunt medicamenta duntaxat, quæ ad obſtructionem internarum partium acria conueniunt, aut etiam amara; quod ſi ſimul nonnihil accerba ſint, efficaciora erunt: quemadmodum abſynthium *e* in quo acerbitas parua eſt, & compellendo uim amaram magis detergentem reddit; ualent herbæ acriores ut calamentum, hyſopum, origanum, puleium ſi incoquantur uel iaceant in aqua, quæ deinde potui detur, ualent cappares ex oximelle, tum confectio illa qua dioſpoliticum, *f* & quæ diacalamentum nominatur. Si obſtructio ſit in foraminibus cutis detergenda eſt amaris & nitri

uim

a *Gale. l. xi. meth. c. x.*

b *Gale. l. xi. meth. cap. x*

c *Gal. ibidem*

d *Gal. Ibid.*

e *Gal. l. p. ad Glauc. c. 9.*

f *Gal. l. 4. de Tuen. ual. cap. 5. & 7.*

a *Galen. l.5. ſimpl. c.12.* uim habentibus medicamentis,ſed carentibus *a* omni acerbitate; adſtringerentur enim uel à modica acerbitate cum parua ſint,& clauderentur. Quod ſi adſtrictio perſpiratum prohibeat in internis canalibus,ſanare tumores oportet à quibus adſtringuntur, ſed in paruis foraminibus cutis neceſſe eſt uti *b* relaxantibus quæ calida ſunt& humida: cuiuſmodi ſunt cataplaſma, perfuſio,balneum aquæ dulcis,de quibus ſupra locuti ſumus cũ mouentia ſudorem perſequeremur, accomodantur enim relaxantia ad ſudorem mouendum. Sed uidendum eſt ne uires ualde imbecillæ ſint aut uiſcera infirma,nimis enim effunderentur ſpiritus,& extrema afferretur debilitas. præterea ubi ſit multitudo periculum eſt ne nimis euocetur materia ad foramina cutis & ea obſtruat, præſertim ſi dentur potui relaxantia medicamẽta ueluti camomelum.

b Gale.8.meth. cap.2.

De Curatione ſymptomatum ſequentium Febrem ortam ab humorum putredine. Cap. VII.

SYmptomata ſuperſunt ex reb⁹ præter naturã curanda,hæc, ut in ſuperioribus oſtendimus,ſequuntur febrem conſiſtẽtem in putribus ſuccis partim ob calorem ipſum exſiccantem aut liquantem,partim ob putreſcentes ſuccos qui tẽtant uarias corporis partes. Tolluntur hæc non ſecus,atque alia ſymptomata ſublato morbo & cauſa,à qua proficiſcuntur: ſed cum interdum aut periculoſa *c* ſint &uires conuellant,aut nimis moleſta ſint et hominem affligant, non permittunt expectari dum auferatur morbus uel cauſa, ſed interea poſtulant leuationem aliquã,quã nunc ſigillatim perſequi inſtituimus:ubi illud prius in memoriã reduxerimus: quod quædam ex his ſymptomatibus, quæ febres ſequuntur, criſima *d* ſunt hoc eſt accidunt cum fit criſis,ideſt cum natura ſubitam morbi mutationem tentant,ea autem uel ſunt ſymptomata tantum, quemadmodum actiones læſæ uel ſimul etiam *e* cauſæ quemadmodum expulſiones ut deiectionis,urinæ, ſudoris vomitus, ſanguinis ex naribus. Quæ ſunt tantum ſymptomata nullum poſtulant auxilium: ſtatim.n. ceſſant cum mutatio facta eſt,quæ ſubito fit hoc eſt breui admodum tempore in quo non eſt quod ſymptomatibus ſuccurras ac naturæ motum impedias. Expulſiones uerò, quæ ſympto-

c *Gal.l. 12. met. c. 1.*

d *Gal.l.p.ad Glauc.c.15.*

e *Gal.l. p.criſium cap.8. & cap. 14.*

mata ſimul ſunt & cauſae criſimae, ſi ſufficiunt, ſatis hominem expediunt & à morbo, & à ſymptomatibus; ſi nimis largæ ſint coercendæ ſunt, ſi nimis parcæ augendæ. Alia uerò ſymptomata, quæ criſima non ſunt, contrario *a* opere lenienda ſunt: quod quò pacto, & quibus inſtrumentis perficiatur, paucis exponemus in unoquoque ex praedictis ſymptomatibus: uberius enim haec tractabuntur in curatione membratim ubi ſymptomatibus medebimur ſigillatim ad unam quamque partem attinentibus. nunc autem ordiemur ab his quae ſiccitatem ſequuntur quam affert calor febris, huiuſmodi ſunt ſitis: linguae aſperitas, uigilia, adſtrictio alui, neruorum diſtentio. Sitis ſedatur ſi dentur ea quae appettuntur, frigida *b* & humida uidelicet, quae ſi ualida fuerint quemadmodum potio aquae frigidae ſimul cum ſiti febrem auferunt, ſed tunc non dicuntur curare ſymptoma, ubi minus ualida ſint, manente adhuc morbo, leniunt ſymptoma. prodeſt autem aer frigidus & humidus ubi ſitis à pulmone *c* oriatur; nam ubi à uentriculo, prodeſt potio frigida & humida ut aquæ, cui aliquid aceti, uel oximellis compoſiti cum saccaro ſit adiectum; aut in qua bullierit hordeum cui aliquid zulapii roſei, uiolacei, ſiue etiam ſerapii de endiuia adiiciatur: non nihi letiam ad rem pertinet abluere os aqua frigida; ſuper imponere linguae lactucam ex aqua frigida madefactam, tenere in ore aliquid criſtalli, aut os ceraſii uel pruni: exprimit enim dum dimouetur in ore humorem ex glandulis, quae iuxta ſunt, & aliquo pacto linguam madefacit ac ſitim lenit. refrigeratur etiam & madeſit uniuerſum corpus ex balneo *d* aquæ dulcis, ita ut incredibiliter ſitim extinguat: quod illi experiuntur, qui iter confecerunt aeſtuoſa, & puluerulenta uia; uindicantur enim à ſiti paulo poſt quam in balneum ſunt ingreſſi: quae omnia proxime ſitim ſedant. Sed quaedam alia aliquo interiecto medio, ut ſomnus *e* quatenus perficit coctionem, quà perfecta non feruntur amplius multi & calidi uapores ad linguam & fauces; quies, ſilentium, os clauſum, quod Hippocrates *f* monuit, quatenus non exſiccatur corpus motu, ſermone, fuligine, quae ore aperto linguam afficit, nam ubi clauſum habetur, exit per nares. Exaſperatur lingua febricitantium ob nimium feruorem exſiccata, adeo ut, niſi ſuccurras, exulceretur: leniri autem oportet quod exaſperatũ eſt, id quod in primis efficit lac ſi in ore teneatur,

a *Gal. l. xii. meth. cap. p. & l. xi. met. cap. 12.*

b *Ariſt. l. 2. de anima Teſt. 28.*

c *Gal. l. de arte medic. cap. 64.*

d *Hippoc. & Gal. l. 3. de officina. Tex. com. 15*

e *Hippoc. & Gale. 5. aphoriſ. tex. coment. 27.*

f *Hipp. l. 3. 6 epid. 33.*

tur, tum humor qui mucci inſtar extrahitur ex ſemine pſillii, aut malorum cotoneorum, aut ex dulci radice ſaccaro conditus. Vigilia quoque febricitantibus accidit ob calorem nimis exſiccantem atque abſumentem uapores qui cerebrum obſtruere & ſomnum facere debent; hanc lenire oportet implendo cerebrum humidis uaporibus, qui partim per nares ab aqua calida ad ipſum ferantur, partim excitentur à cibis & potionibus ex uentriculo & potiſſimum à uino, quod *a* niſi uehemens & uetus admodum ſit, ut ſi quid aliud, ſomnum facit. Vbi hæc non ſufficiant ueniendum eſt ad medicamenta ſtupefacientia, quæ refrigerando faciunt pro ſomno *b* ueternum; contrahunt enim & claudunt iter per quod tranſire debent ſpiritus, qui præbent uim ſenſus & motus partibus cerebro ſubiectis: leuiora ſunt diacodion cum ſaccaro, & ſyrupus ex papauere; ualidiora quæ accipiunt papaueris lachrymam ut philonium, requies Nicholai, & recens Theriaca; ſed hæc intus dantur; extrinſecus autem inunguntur nares, tempora, & caput oleo nymphea condito, unguento populeon, aut perfunditur aqua in qua bullierit lactuca, papauer, hyoſciamus, mandragora. Affertur etiam neruorum diſtentio à calore exſiccante, quæ curationem *c* non admittit, nam ſi liceret ſolidæ ſubſtantiæ exauſtum humorem reficere, poſſent ſenes iterum fieri iuuenes: licet tamen madefaciendo efficere ut ſymptoma quod incepit aut non augeatur aut ſequatur leuius; utemur igitur madefacientibus & potiſſimum perfuſione olei communis, ſiue eius quod ex lini ſemine, uel dulcibus amigdalis exprimitur. Adſtringitur aluus febricitantibus ſimiliter ob uim caloris exſiccantis, quam laxare oportet medicamentis partim intus datis, partim per clyſterem in inteſtina iniectis. Sumitur autem utiliter caſſia, et mel quod ex rore colligitur, aut confectio diacattolicon, uel diaprunis quod ſcammonii ſit expers. tum ſaccarum uiola conditum, uel ſyrupus ex pluribus roſarum ſeu uiolarum infuſionibus. Per clyſterem demittitur in aluum mulſa cum oleo uiolaceo præſertim in febrib⁹ acutis; nam in illis quæ magis lentæ ſunt acriora iniicimus, ut ſalem, hyeram, aquam in quà bullierint acriores herbæ. Vrina autem ſi ob ſiccitatem pauca exeat ſuccurrendum eſt larga potione; ſicut & ſudori ſi ob eandem cauſam exiguus effluat. ob alias uerò cauſas ſi retineatur aut ſudor aut urina illis auxiliis

a *Gale. p. ad Glauc. c. 3.*

b *Gal. p. l. de cauſ. ſympt. cap. 8.*

c *Gal. 2. aphoriſm. com. 26.*

utendum eſt quæ ſupra poſuimus euocare urinam uel ſudorem. Calor non tantum ſiccat ſed etiam liquat quæ concreta ſunt, ex quò ſequitur tuſsis ſi materia liquata feratur ad thoracem. profluuium deiectionis, ſi ad inteſtina, urinæ, ſi ad renes & ueſicam, ſudoris ſi ad cutem, quamquam fiunt etiam eiuſmodi profluuia cum humores putres feruntur ad hæc loca. quæ ſymptomata lenienda ſunt; ſed habenda prius eſt ratio feruoris, quem & externis, & internis auxiliis refrigerantibus & madefacientibus extinguere oportet, non ſecus atque illum qui in febre hæctica tabefacit partes noſtri corporis. Lenitur tuſsis partim relaxando thoracem uelut inunctione butyri, aut adipis gallinaceæ, ſiue olei ex amigdalis dulcibus; partim *a* temperando acrimoniam materiæ his quæ lenem uim habent ut amylo, tragachanto, ſucco dulcis radicis; ecclegmate ex pſyllio, ex farfara, ex papauere. Profluuium deiectionis, urinæ & ſudoris, ubi nimium ſit & uires debilitet, coercendum eſt: id quod fit partim auertendo materiam ad alias partes, partim adſtringendo locum ubi recipitur, & unde effunditur, ne recipi aut effundi poſſit. humor qui nimius deiicitur auertitur ad canales *b* urinæ per ea medicamenta quæ urinam euocant; auertitur etiam ad cutem: conſpirant enim inter ſe partes externæ & internæ, & ut inquit Hippocrates carnes *c* alliciunt à uentre: quamobrem utiliſsimum eſt balneum & humor qui nimius concurrit ad uentrem & inteſtina euocetur ad cutem. Adſtringimus autem uentrem partim his, quæ ſumuntur, partim his quae per clyſterem iniiciuntur in inteſtina, partim his quæ imponuntur extrinſecus. oua quæ in aceto iacuerint ex quò fuerint etiam decocta utiliter comeduntur; tum fructus adſtringentes, ut ſorba, meſpila, corna, pira: ſed potiſsimum mala cotonea, & confectio quæ ex ipſis cõponitur: datur & potui quem uocant ſyrupum ex roſis ſiccis, ſiue ex granis myrthi, ueluti & miuam citoniorum; ualet confectio quæ ex cornis, ex ſorbis, aut etiam ex meſpilis ac ſaccaro paratur, præſertim ſi ante alia alimenta deuorentur. iniiciuntur in aluum per clyſterem olea adſtringentia, ut melinum, maſtichinum, roſeum omphacinum: tum aqua in quà herbæ adſtringentes iacuerint uel bullierint ut plantago, roſæ, myrthus uel lentiſcus. extrinſecus uentri ſuperdatur medicamentum ex maſtiche, aloe, & oleo melino, aut cataplaſma ex pane toſto & uino

a *gal. l.5. ſimpl. c.20.*

b *gal.4. aphoriſ. com. ult.*

c *Hipp.6.6. epid. p.*

aliquo acerbo, ſiue etiam quod à recentioribus de panis cruſta nuncupatur. Vrina ſi nimis copioſe exeat auertitur ad cutem per ea quæ ſudorem mouent, ad inteſtina *a* per ea quæ aluum deiiciunt. adſtringuntur canales unde trãſire debet potus aquæ uim ferream habentis, aut alterius in qua bullierit myrthus, plãtago, roſa ſicca. Sudor denique ubi immoderate effluat auertitur ad inteſtine. Sed foramina cutis contrahuntur adſtringenti aliquo medicamento, ut oleo myrtheo, maſtichino, melino, aut aqua in qua decoxeris ſalicem, malicorium, hypociſtidem; uel in qua tabuerit aliquid alluminis. contrahuntur etiam foramina cutis aere frigido ueluti cum fit uentus flabello. Sed ut cũ euocatur ſudor extenuare humores oportet, ita cũ ſupprimitur reddere craſſos decet, id quod faciũt cibi craſſi, ueluti alica, panis ſiligineus: tũ medicamenta refrigerantia ut theriaca noua, diaſpermaton, & diacodion, quod magis conuenit febricitantib⁹

a gale. 4. aphoris. com. ult.

A cauſa febris hoc eſt ab humoribus putreſcentibus uaria ſymptomatæ fieri demonſtrauimus, *b* prout uarias partes tentant, quæ ſæpe adeò moleſta ſunt ut *c* leuationem quandam deſiderent non expectata curatione morbi aut cauſæ. fac primũ tentari caput, uaria tunc ſymptomata ſuperueniunt; ut dolor, delirium, ſomnus grauis. leniuntur hæc ſymptomata omnia ſi materia tendens ad caput ſiue fuligo, ſiue humor auertatur ad partes inferiores, & prohibeatur recipi in capite. egregiè auertetur ſi per clyſterem in aluum in dantur liquores acriores; ſi adhibeantur cucurbitulæ, frictiones, laquei ad crura. non permittetur *d* recipi in capite ſi ſuperimponatur lintheum madefactum ex oleo roſa condito, cui aliquid aceti ſit adiectum; aut ſi inungatur caput cerato liquido refrigerato; quæ remedia etiam commode ſuper imponuntur ceruici, unde tranſeunt grandiores uenæ & arteriæ ad caput pertinentes. neque periculũ eſt ne ſub eiuſmodi medicamentis reprimentibus materia repellatur ad cerebrum ab externis partibus capitis cum non dum in illis ſit. Proprie autem aduerſus dolorem pugnamus aut relaxantibus. *e* aut etiam ſtupefacientibus ſi grauiſſimus ſit; quod rarò accidit, neque enim intollerabili dolore uexari ſolet caput: ut inteſtinum colum *f* quod ſi cum dolore ſentiatur quidam pulſus, lenitur ſi uicta circundetur caput minus enim moueri poterunt arteriæ ſi adſtringantur; quod remedium quamuis frequentetur

b Supra l. 4. cap. 3.
c gale. l. 12. meth. c. p.
d gal. l. p. ad Glau. c. 15.
e Gal. 5. ſimplic. ca. 19.
f gal. & Hippoc. l. 3. de officina Tex. com. 36.

tur à mulieribus, fuit inuentum à veteribus medicis. Deliranti bus uerò oportunæ dantur quae ſomnum faciunt; ſicuti graui ſomno oppreſsis, excitantia & dolorem mouentia, Inſtrumenta ſenſuum, ut oculi, aures, lingua ſi tententur materia putri, poſtu lant ſimiliter auertentia & repellentia; non tamen tuto dantur ad aures quæ repellunt ne per proximam & patentem uiam pu tres ſuccos ad cerebrum reprimant. proprie autem lingua po ſtulat quæ abluant & leniter detergant ut ſerum lactis, & mulſam. Si ſanguis ex naribus nimis large effundatur auertendus eſt cucurbitulis ad præcordia *a* impoſitis, præſertim è regione illius *b* naris unde exit; ad quem uſum ualent etiam cucurbitulæ in occipitio defixæ, ſed obturare oportet locum unde exit. maxime præſens eſt medicamentum, quod accipit *c* duas partes thuris & unam aloes dilutas albo oui, & exceptas pilis leporinis. Quod ſi materia putris ad thoracem feratur efficit difficultatẽ ſpirandi; quam leniemus inungentes thoracem butyro, uel oleo camomelino; ſed ne augeatur auertemus ſimiliter quod adhuc fluit ad partes inferiores. Sed ſi tentet cor ſequi ſolet animæ de fectio: uires enim quæ requirunt moderatam qualitatem, & quã titatem *d* ſpirituum humorum & partium ſolidarum, debilitantur in corde cõcurſum humorum interdum copia interdũ qua litate manifeſta, interdum repugnantia totius ſubſtantiæ lædẽtium. ubi impẽdet animæ defectio, antequam ſuperueniat, auer tenda eſt materia putris ad partes inferiores cucurbitulis frictio nibus & acriore aliquo humore per clyſterem in inteſtina immiſſo. ubi iam animus deficit recreare uires oportet. recreantur autem ubi reficitur ſubſtantia in qua conſiſtunt; at neque humores neque partes ſolidæ celeriter refici poſſunt ut res poſtulat, neceſſe eſt igitur reficiantur ſpiritus; reficiuntur autem celerrime odoribus ad nares admotis, celeriter etiam *e* potione præſertim uini tenuis, aut ſorbitione *f* cremoris ptiſanæ infuſæ per uas oris anguſti diductis maxillis: mirifice ad idem condu cit elixit uitæ, que aqua carnis, cuius aliqua portio preſertim ex deſtillatitio pulli liquore exhibeatur. at ubi iam recreari uires cæperunt, præſens remedium eſt panis ex uino: interea dare operam oportet ut qui effuſi ſunt ſpiritus contrahantur & ualidiores fiant: contrahuntur autem appulſu frigoris externi, quò ſpectat aqua frigida reſperſa in facie, & aer frigidus ac uentus

quem

a *gal. l. p. ad Glau. cap. ult.*

b *Hippoc. & Galen. l. 3. prorit. Tex. com. 33.*

c *Galen. l. 5. meth. c. 4.*

d *gal. l. xi. meth. ca. p. & cap. 3.*

e *Hipp. 2. aphor. xi. & gal. l. x. meth. cap. 4.*

f *galen. l. x. meth. c. 3.*

quem flabellum efficit. Vexatur ſæpe os uentriculi à concurſu materiæ putris ex quò ſequitur morſus quidam, uomitus, ſingultus. Quæ ſymptomata ſimiliter poſtulant, ut quod ad uentriculum influit, trahatur ad partes inferiores, & quod iam influxit & in eo continetur, uel temperetur, uel educatur: temperatur acrimonia bilis cremore ptiſſanae, iure pulli gallinacei, potione aquae tepidae: educitur ſumpta hiera, & per deiectionem expellitur, magis enim conuenit deiectio quam uomitus ubi male affectum eſt os uentriculi ne materia concitetur ad affectum locum, ſed auertatur ad partes inferiores. Vbi tamen uomitus materiæ putris ſponte ſequatur libenter excipiendus eſt: quod ſi diu perſeueret, neque retineri poſſint æſculenta & poculenta, occurrere oportet adſtringentibus medicamentis, & intus datis & extrinſecus impoſitis; utiliter ſumuntur mala punica & cotonea, ueluti & potio quæ ex ſucco cotoneorum & melle uel ſaccaro conficitur, quam miuam *a* citoniorum tum ſimplicem, tũ compoſitam appellant. utiliter ſuper imponitur cataplaſma ex pane torrefacto, & uino auſtero, ſiue quod ex panis cruſta à recentioribus nuncupatur; inungiturque oleum maſtichinum ſiue abſynthinum. Singultus poſtulat ut materia putris, quam cõbibit os uentriculi, excutiatur; excutitur autem motu atque agitatione uehementi quam affert ſingultus; quamquam à calore aucto concoqui etiam & digeri poteſt; augetur ſuppreſſo ſpiritu, & aqua frigida retenta in ore quæ à Platone *b* proponuntur ad ſanandum ſingultum. Fertur deniq; materia putris ad cutem, quod potiſſimum accidit principio acceſſionum ubi affert frigus horrorem & rigorem, quemadmodum in ſuperioribus oſtenſum fuit: quamquam rigor extra principium acceſſionis interdum ſuperuenit ut ſymptoma *c* criſimum; ſed tunc ubi ſuperueniant eiuſmodi ſymptomata principio acceſſionis ſuccurrere oportet, frigori ſufficiunt lintea calida. horrori & rigori neceſſaria ſunt medicamenta calefacientia, et intus ſumpta, & foris admota. debent autem eſſe tenuium partium, ut facile permeent per uniuerſum corpus: huiuſmodi eſt *d* calamentum ſiccum, quod & ex mulſa bibitur, et ex oleo inungitur; præterea piper, caſtorium, et confectio diatrion *e* pipereon, et diacalamẽtum dicta; ualet etiam *f* panis ex uino calido ſumptus initio acceſſionis; ualet et inunctio totius ſpinæ ex oleo irino, piperino,

a *Meſues l. 3. de Antidotis.*

b *Plato in conuiu.*

c *Hipp. l. 4. aphoriſ. 58.*

d *Galen. l. 7. ſimplicium. ca. de calamento.*

e *Gal. l. de rigore ca. 7.*

f *Gale. l. x. meth. ca. 4.*

no caſtorino, ac ſimilibus, quæ calida ſunt et tenuibus partibus conſtant. Succurritur per hæc rigori & horrori, quem propulſabimus ſi craſſos humores extenuemus ac purgemus: quò nomine ueteres dant *a* Agaricum ut pituitam educant, quamquam hoc eſt mederi cauſæ potius quàm ſymptomati. Diſtinguere etiam oportet curationem rigoris in febre ab humore frigido, ut melancholico, uel calido ut bilioſo, nam ubi frigidus licet intus & extrinſecus dare medicamenta calefacientia, ſed ubi calidus tantum imponenda ſunt extrinſecus, magiſq; conueniunt frictiones quam medicamenta ualde calida.

a *Gal. l. 6. ſimpl. c. de Agarico.*

Quid in curatione poſtulent differentiæ febris humorum putredinem ſequentis. Cap. VIII.

QVO pacto & quibus inſtrumentis perficiantur opera requiſita primum à rebus naturalibus, deinde à rebus præter naturam in illis qui ob humorum putredinem febricitant, hactenus oſtenſum eſt; nunc proximum eſt ut quid poſtulent earumdem rerum differentiæ explicemus. atque ille potiſſimum quas in ſuperioribus *b* poſuimus ad ipſam febrem attinere ſumiquè uel à ſubiecta materia in qua illa reſidet, uel à modo quò in eadem uerſatur, uel à conſequentibus, ut à magnitudine, multitudine, loco, motu, tempore, uel à cauſis, uel ab effectis. Diximus autem commune eſſe omnium differentiarum poſtulare ſimilem differentiam in opere requiſito, ſiue ſimilitudo expreſſa ſit, ſiue implicita id quod ſigillatim nunc explicare oportet. Materia ſubiecta hoc eſt corpus febricitantis pro varia ætate, ſexu, temperatione varias efficit differentias febrium quæ poſtulant ſimilem differentiam ſeu aĩaduerſionem operis, quod ſimile exiſtimabitur vbi idoneum erit; exempli gratia ſi dandus cibus ſit docet ætas paucum ſufficere ſenibus, multum deſiderari à pueris, quemadmodum docuit Hippocr. ſimiliter *c* ſi refrigerare oportet à iuuenibus & requiruntur & ſuſtinentur magis refrigerantia quam à ſenibus; eadem eſt ratio temperationis calidæ & frigidæ, tum ſexus, nam feminæ frigidiores ſunt, mares calidiores. Quod attinet ad modum formæ in ſubiecta materia, febris quæ humorum putredinem ſequitur

b *Supra l. 3. cap. 4.*

c *Hipp. p. apho. 13. & 14.*

a *Gal. l. de inæquali intper. c. 9.*

tur ſemper inæqualis *a* eſt, nunquam contraxit habitum vt hæctica; ſemper etiam proxime pertinet ad partes ſimplices, & per ipſas ad multiformes: quamobrem opera quæ requiruntur inæqualitatem habere debent, neq; enim incumbendum eſt in ea tantum quæ refrigerant vt fit in hæctica febre, ſed in ea quoq; quæ cauſam ſubmouent: neq; ita perſeuerandum eſt in remedijs refrigerantibus ſicut vbi contractus eſt habitus; præterea quæ fiunt opera ad febrem proxime accomodantur ad partes ſimplices & per has ad multiformes. Ex conſequentibus magnitudo febris aperte ſimilem operis differentiam poſtulat ſicuti paruitas, paruitatem; quare cum opus eſt refrigerare ſi febris ardens ſit vtemur valde refrigerantibus, ſi leuis, leuiter: idem enim eſſe debet gradus frigoris in remediis, qui caloris in febre. Multitudo febrium non poſtulat aperte multitudinem remediorum, cum idem remedium ſæpe ſufficiat multis febribus, ſed iterari debet, & hoc pacto multiplex eſſe in diuerſarum febrium circuitibus, ſed ſimplex in ſimplici. febres quæ ex multis cōponuntur, compoſita præſidia deſiderant, vt ſeparatim monſtrabimus cum perſecuti ſingulas ſpecies febrium ad quaſdam differentias reuertemur quæ longiorem tractationem poſtulāt, & ex his quæ in unaquaq; ſpecie tradentur perſpicua fient. Lo-

b *L. de cur. p venæ ſect. c. 19.*

cus in quò verſatur febris cum ſit totum *b* corpus remedia poſtulat quæ toti corpori aptentur. Cauſa, vt putredo, ſi diffuſa eſt poſtulat ſimiliter remedia ad totum corpus attinentia; ſi concluſa in aliquo loco, quemadmodum vſu venit in inflammationibus, remedia accomodari debent ad certum locum: ſed nunc nō tractantur febres ab inflammatione ortæ. Ad motum pertinet modus, & qualitas. modo motus differunt febres quod aliquæ circuitibus diſtinguuntur, aliquæ ſunt ſynochæ, deſiderant quæ

c *Gal. l. 9. metho. c. 4.*

ſynochæ ſunt opus ſimile hoc eſt totū ſimul ut *c* ſanguinis miſſionem, aut refrigerantia: quæ circuitibus diſtinguuntur amāt remedia per circuitus iterata. pro vt autem ſynochæ febres à principio ad finem aut ſimiles manent aut ſemper augentur, aut ſemper decreſcunt, ita ēt quæ adhibentur opera, aut ſimilia eſſe debent, aut ſemper augeri, aut ſemper minui. Vbi ſint circuitus ſi inordinati, opera quoq; inordinata conueniunt, ſi ordinati ut quotidiani, terttiani, quartani, ordinata & ſimilia. ijdē circuitus ſi febris aſſidua ſit, aſſidua poſtulant remedia, ſi intermittant intermiſſa;

termiſſa; ſed cum febres aſsiduæ *a* magnæ ſint hoc nomine ma gnis præſidiis egent. Qualitas motus ad celeritatem & tarditatem ſpectat, quæ differentiæ febrium ſimiles amant operum differentias. Celeribus febribus, cuiuſmodi ſunt peracutæ, celeriter ſuccurrendum eſt, & eadem die dandum catharcticum ſi expedit & vt inquit Hippocr. *b* ſi materia turget, tardare enim in eiuſmodi malum eſt. ſi febres lentæ ſint feſtinandum non eſt, nam ut inquit Hippocr. *c* de corporibus reficiendis, quæ longo tempore extenuantur corpora lente reficere oportet, ita in morbis qui lenti ſunt lente conuenit dare remedia. Ex celeritate autem & tarditate motus ſequitur longitudo & breuitas febris: quæ ſimilem requirunt animaduerſionem, ut ſcilicet uel diutius in remedio perſeueremus, vel paruo tempore, & ita ſubito vel paulatim hominem curemus quemadmodum poſtulari diximus à celeritate & tarditate motus. Ad tempus attinet nouitas & vetuſtas febris quæ per ſe nullam *d* animaduerſionẽ operum demonſtrat, ſed quatenus indicat nouitas quidem facile, vetuſtas verò ægre mobilem febrem, eatenus ſignificant hanc quidem tollendam diuturnioribus & validioribus præſidiis, illã verò leuioribus & breuioris temporis. Quatuor & totius febris & vniuſcuiuſq; circuitus partes referuntur ad tempora efficiuntque differentias febrium, incipientium, increſcentium, vigentium, & inclinantium, à quibus deſiderantur opera opportuna. Docet *e* Hipp. initio mouendum eſſe ſi quid mouendum videatur, in vigore quieſcendum, ſimiliter in acceſsionibus *f* ſubtrahendum eſſe cibum quem poſtea licet dare in remiſsione aut integritate. A cauſis externis ſumi diximus differentias, quod febres aut communes ſunt, aut propriæ, ſimilia autem præſidia requirunt communia ſcilicet uel propria: tum vel peſtilentes, vel non peſtilentes, ſed hæ differentiæ ſimiliter, proficiſcuntur à cauſa interna, quæ pro ut mitis eſt uel praua, ita mites vel prauas febres efficit. Cæterum de febribus prauis ac peſtilentibus cum longiorem tractationem poſtulent ſeorſum agemus ubi perſecuti erimus ſpecies febrium putrium, quæ fiunt à diuerſa ſpecie caloris, quam efficit diuerſe ſpecies humoris putreſcentis, ita ut tandem diuerſæ ſpecies febrium putrium oriantur à diuerſa ſpecie humorum putreſcentium, & idcirco cauſæ internæ: qui humores putreſcentes vbi ſinceri ſunt & non mixti cum aliis exqui

a Hippo. l. 4. apho. 43.
b Hippo. 4 aphor. x.
c Hippo. 2. apho. 7.
d Gal. l. 4. meth. c. 4.
e Hippo. 2. apho. 29.
f Hippo. p. aphor. xi.

a *Galen.p. de diff feb.c.7. & 8.*

ſitam efficiunt febrem, ubi mixti *a* ſpuriam, exquiſitæ febres sũt puræ & ideo pura poſtulant remedia. ſpuriæ veluti mixtæ & idcirco mixta deſiderant ut in ſequentibus patebit cum ad quaſdam differentias reuertemur. Sed interna cauſa alias affert febris differentias quod cocta vel cruda ſit, turgens uel quieta, humida vel arida. Poſtulant autem ſimilem hoc eſt idoneam operis differentiam, purgatio exempli gratia conuenit coctæ *b* & non crudæ turgenti *c* & non quietæ, quæ ſicca eſt magis madefacientibus eget, minus quæ humida. A ſymptomatibus ſumuntur differentiæ febris quod, vbi hæc grauiora ſint quam expectanda videantur à magnitudine caloris, febris praua eſt; vbi leuiora, mitis. ſanantur mitiores febres leuioribus remediis, prauæ ualidioribus, & his quæ tota ſubſtantia aduerſantur, quæ declarabimus, cum perſequuti ſpecies in proximo libro, accedemus in altero qui eum proxime ſequetur ad differentias febrium quæ longiorem tractationem poſtulant, vt ad exquiſitas & ſpurias, ad ſimplices & compoſitas, ad peſtilentes.

b *Hipp.p.aph. 22.*

c *Hippo.4.aphor. x.*

Finis Quarti Libri de Febribus.

VIDI

VIDI VIDII DE FEBRIBVS.

LIBER QVINTVS.

In quo tractantur ſpecies febrium in humoribus putribus conſiſtentium.

Quot ſint ſpecies illarum febrium quæ ſequuntur humorum putredinem. Caput I.

SI febres, quæ humorum putredinem ſequuntur, ut omnes communia præcepta deſiderant, ita ſingulæ nihil proprium poſtularent, contenti eſſemus communibus, quæ ſupra *a* expoſita ſunt; ſed quia unaquæque ſpecies proprias deſiderat animaduerſiones neceſſe eſt ſeorſum tractetur: id quod à nobis fiet ubi prius ſingulas inuenerimus; ut autem primas ac maxime communes febrium ſpecies totidem eſſe demonſtrauimus quot ſunt primæ ac maxime communes ſpecies caloris præter naturam, qui ſi lenis ſit conſtituit diariam, ſi acris ſquallidus hæcticam, ſi acris fumoſus eam quæ in humorum putredine conſiſtit, ita nunc totidem ſpecies febrium humorum putredinem ſequentium ponemus, quot ſunt ſpecies eiuſmodi caloris acris ſcilicet & fumoſi. præterea ut calorem præter naturam in diuerſas ſpecies primo diſtribui monſtrauimus *b* pro diuerſa materia in qua uerſatur, uel tenui cuiuſmodi ſunt ſpiritus, uel craſſa ut partes ſolidæ, uel media ut humores; ita nunc calorem præter naturam acrē fumoſum in diuerſas ſpecies diſtribuemus pro diuerſis humoribus in quibus conſiſtit. Putreſcit in nobis non tantū bilis ut quidam *c* ex ueteribus uoluerunt, ſed ēt humor melancholicus,

a *Supra in antecedētibus duobus libris.*

b *Supra l. 3. cap. 4.*

c *Gale. 2. de diff. febr. c. p.*

licus, pituita & ſanguis;& ita ſunt quatuor ſpecies caloris acris fumoſi,ac propoſitarum febrium,quæ reſpondent quatuor humoribus, neque plures reperiuntur: nam ſuccus ex cibo ſi in uẽtriculo putreſcit magis diariam febrem accendit,ſi in uenis iam conuertitur in aliquem ex prædictis humoribus; ille uerò aquoſus humor,qui quaſi ſerum in lacte in uenis reſidet cum ſanguine, cum unoquoq; quatuor ita miſcetur ut non poſſit ſine illo putreſcere quare febris quæ tunc accenditur non tribuitur aquoſo humori,ſed alteri cum quo mixtũ eſt:tantum igitur ſunt quatuor ſpecies febrium putredinem ſequentium, nam & totidem ſunt humorum putreſcentium. conuenit inter omnes de ea quam excitat flaua bilis humor melancholicus,aut pituita putreſcens, non tamen de ea quam ſanguis,cum Galen. *a* uelit putreſcentis ſanguinis tenuiorem ac pinguiorem partem degenerare in flauam bilem, craſſam uerò & terrenam in humorem melancholicum,& tantum tres ſpecies *b* ponat febrium à putredine naſcentium,pituitoſam,bilioſam,& melancholicam tam aſſiduam, quam intermittentem; eam uerò quæ fit à ſanguine referat *c* inter febres bilioſas. Conſtat tamen longe diuerſam eſſe febrem quam excitat ſanguis putreſcens,differt.n.à bilioſa qualitate *d* & motu caloris, cauſis, effectis,remedijs. Qualitas caloris in febre bilioſa acris eſt,in ſanguinea mitior,magis enim percipitur copia caloris quam acrimonia & uapores qui ab hac exhalant non ita mordent, ut illi qui à bilioſa. Continetur prætere a febris ſanguinea unico circuitu,& propterea dicitur ſynocha , bilioſa uerò pluribus diſtinguitur tertio quoque die repetentibus , unde tertianæ nomen traxit. cauſa ipſa proxima utriuſque febris diuerſa eſt , neque enim idem eſt ſanguis & flaua bilis, cum hæc ſit calida,ſicca & amara, ille moderate calidus & humidus ac dulcis ; aliæ etiam ſunt cauſæ procreantes ſanguinem tam internæ quam externæ, aliæ flauam bilem. ſymptomata etiam multo mitiora ſunt in febre ſanguinea quam in bilioſa: iungitur hæc cum intolerabili ſiti,qua caret ſanguinea', hæc denique curatur larga ſanguinis *e* miſſione uſq; ad animæ defectionem,illa refrigerantibus ut potione aquæ frigidæ:ex quò colligitur ponendam eſſe ſauguineam febrem diſtinctam à reliquis tribus,quam alibi Galenus poſuit oſtendens duplicem ſynocham à ſanguine excitari unam cum caleſit duntaxat', atque

a *Gal.l. 2. de diff. feb.c.9.*

b *Gal.l. 2.de criſib. c.9.*

c *Gal. l. 2.de diff. feb.c.9. & l.2.de criſib. cap. xij.*

d *Gal.ibid.*

e *Gal.l.9.meth. cap. 4.*

hanc eſſe ex *a* diarijs, alteram cum putreſcit atq; hanc haberi in numero earum quæ ſequuntur humorum putredinem. neq; obſtat ratio ſuperius poſita quòd ſanguis putreſcens uertatur in bilem cum hoc non fiat momento temporis, ſed ubi diutius cō putruit; interea cum maneat adhuc ſanguis febris ſanguinea eſt, licet proceſſu temporis fiat bilioſa. Quò ſpectans Gale. *b* tres tantum ſpecies poſuit febrium ſequentium humorum putredinem nobis tamen magis placet ponere quatuor diſtinctas, ſanguineam, bilioſam, pituitoſam, & melancholicam.

a *Galen. l. 9. meth. ca. 2.*

b *Gal. 2. criſib. c 9. & l. 2. de diff. febr. c. 9.*

De febre orta à ſanguine putreſcente. Cap. II.

SVmemus initium ab ea ſpecie quam proxime excitari monſtrauimus à ſanguine putreſcente, in qua ut in reliquis omnibus eadem capita proprie perpendemus, quæ ſupra communiter perſecuti ſumus de febribus ab humorum putredine ortis; primo enim explicabimus cognitionem curandorum, & abſolute & in homine febricitante, deinde rationem curandi per opera & inſtrumenta. primo igitur abſolute cognoſcere oportet de propoſita febre res præter naturam, quæ curandæ ſunt, morbum ſcilicet, cauſas & ſymptomata: morbus eſt ipſa febris quæ quatenus ſequitur humorum putredinem eſt calor lædens actiones in uniuerſo corpore acris *c* & fumoſus; ſed quatenus fit à ſanguine eiuſmodi calor multus eſt & parum acris. editque *d* uapores lenes: quamobrem non immerito exiſtimatur à ueteribus hæc febris media quodammodo inter diarias & illas quæ aliorum humorum putredinem ſequuntur, magiſque excedere in ea uidetur copia caloris quam acrimonia, ob quam caloris copiam habetur in numero ardentium: quamuis *e* re uera non ſit ardens quemadmodum illa quam efficit putredo flauæ bilis, neque ut in febre pituitoſa calor, qui à principio lenis uidebatur acrior ſentitur, ſed lenis à principio ad finem perſeuerat. Modus quo calor in propoſita febre mouetur eſt ſynochus hoc eſt ſine circuitibus, unica enim acceſſione *f* cōtinetur à principio uſq; ad finem, neq; pluribus diſtinguitur ut tertiana, quotidiana, quartana tam intermittens quam continua: ternæ autem differentiæ, quas diximus attendi in ſynocha ſine putredine cum tractaremus diarias, animaduertuntur etiā

c *Gal. p. de diffe. feb. c. 7.*

d *Gale. l. 2. de diff. feb. c. 9.*

e *Gal. p. aph. com. 23.*

f *Gal l. 9. meth. c. 2.*

a Gale. 9. meth. c. 3.

b Gale. 9. meth. c. 2. & 4.

c gal. 9. meth. cap. 3.

d gal. 9. meth. ca. 4.

e gale. l. 2. de diff. febr. ca. ult.

f galen. l. 2. de criſib. c. 12.

in hac; quod uel ſimilis *a* perſeueret à principio ad finem, uel pꝑetuo augeſcat, uel perpetuo remittatur. Proxima cauſa, ut cõmuniter omnium propoſitarum febrium eſt putredo humorum, ita nunc propria ſanguinis, ita ut ſanguis putreſcens *b* hãc febrem efficiat. Cæteræ cauſæ hanc febrem efficientes aut ſanguinem augent aut eundem reddunt putrem, neceſſe enim eſt & multitudo ſanguinis concurrat & aliquid per quod putreſcat; multitudo autem æſtimanda eſt rõne habita uaſorum capacitatis non uirium ſuſtinentium. contrahitur multus ſanguis in corpore uel quod multus procreetur à copia ciborum & potionũ boni ſucci & moderata uiſcerum temperatione, uel quod contractus non abſumatur neq; effundatur ut nãliter ſolet, exempli gratia mulieribus poſt partum, aut ſingulis menſibus: neceſſaria aũt eſt multitudo ſanguinis, neq; accidit hæc febris niſi adoleſcentibus boni habitus *c* multi ſanguinis, eſt enim multitudo ſibi cauſa putredinis cum obſtruendo prohibeat perſpiratum niſi quis anteuertat mittendo ſanguinem, quo præſidio prohibetur *d* ne in ſynocha, quæ ſine putredine eſt, putredo accendatur. euenit interdum ut alius humor putreſcat alius obſtructionem afferat quemadmodum ubi putreſcit flaua bilis à iecinoris feruore contracta, & obſtructio fit à pituita quæ ex cruditate orta in uentriculo allicitur à uenis: ſed in hac febre cum fiat ut diximus in adoleſcente boni habitus & multi ſanguinis, non oritur obſtructio à pituita, neq; enim redundat in eiuſmodi homine, ſed ſanguis ipſe qui putreſcit cum multus ſit ſibi efficit obſtructionem. continetur aũt unico circuitu, quod conſtat ex tota *e* ſua materia, uerſatur. n. putredo in ſanguine totius corporis & omnium uenarum qui ſynocham efficit. cauſa uerò triplicis differentiæ cur. ſ. uel perſeueret eodem modo, uel ſemper augeatur, aut decreſcat eſt ſimilis differentia in cauſa proxima febris in putredine uidelicet, quæ ſi ſemper æqualis manet febris ẽt perſeuerat à principio ad finẽ æqualis, ſi plus ex ea exhalet quam contrahatur ſemper imminuitur, contra ſi plus contrahatur quam exhalet ſemper augetur febris. Symptomata reſtant quæ leuia ſunt, dicitur. n. hæc febris ſimplex quod *f* non ſoleat cum grauitate ſymptomatum copulari ueluti ardens illa quam efficit flaua bilis: ſi quando aũt huic etiam grauia ſuperueniant id proficiſcitur uel à prauitate ſanguinis, uel à multitudine calo

rem ſuffocante. hactenus de rebus præter naturam abſolute co gnoſcendis. In homine uerò ægrotante ut aliis morbis ita etiā hac febre, cognoſcere oportet præſentia, præterita, & futura; ſunt autem præterita potiſsimum cauſæ quas coniicere licet ex effectis relictis in corpore ęgrotantis, quamquam referuntur etiam ab homine ipſo & ab aſsidentibus quemadmodum oſtendimus cum et de diaria et de febre ab humorum putredine orta locuti ſumus. præſentia quæ recognoſcere oportet in febricitante ſunt res ipſæ præter naturam quas proxime explicauimus morbus uidelicet, cauſæ, et ſymptomata unà cum differentiis. Symptomata plerumque pauca *a* & leuia ſunt: quæcumque autem ſint ut ſitis, ſenſus onerantium ac tendentium, rubor tam cutis quam eorum quæ excernuntur ſub ſenſum cadunt. Morbus uerò hoc eſt febris partim ſenſu percipitur partim colligitur mente, calor, quo contineri hanc febrem diximus, quantitate multus et qualitate parum *b* acris cum magna copia uaporū non mordentium tactu iudicatur: perſeuerat autem ſi diu tangatur lenitas caloris & uaporum, neque ut in febre pituitoſa uidentur ſubinde calor et uapores fieri acriores. Motus ſimiliter tactui ſubiicitur, quod ſcilicet unica *c* acceſsione à principio ad finem contineatur, neque pluribus diſtinguatur circuitibus, quod item ea acceſsio tota uideatur uigor, neque praeſeferat haec febris principium incrementum aut remiſsionem euidenter. eodem ſenſu tactus depraehenduntur differentiae illae tres quod haec febris uideatur à principio ad finem uel ſimilis eſſe, uel ſemper augeri, uel ſemper minui: at poteſt coniici etiam haec febris mente ex ſignis quae ſumantur à cauſis, à iuuantibus, à laedentibus, ab effectis: monſtrat ergo hanc febrem cauſa proxima quæ eſt putredo ſanguinis, nam aliae eatenus ſynocham febrem indicant quatenus monſtrant ſanguinis putredinem, quæ cauſa cum ſenſum lateat quo pacto depræhendi queat paulo poſt ſubiiciemus. Colligitur praeterea haec febris ex his quae proſunt aut obſunt, proſunt enim inedia, ſanguinis *d* miſsio, et quae magnopere refrigerant, obſunt quae ſanguinem uel nouum procreant, uel iam collectum retinent, praeterea quae calefaciunt: ubi ergo talia ſint, quae uel utilitatem uel noxam afferant, fidem facient febris ſynochae: hanc augent & effecta ipſa hoc eſt ſymptomata, ueluti ſenſus tendentium atque onerantium,

a *Gal. l. 2. de criſib. c. xii.*

b *Gal. l. 2. de criſib. ca. 6. & c. xii.*

c *Gal. l. 2. de diff. febr. c. xi. in fine.*

d *Gal. l. 9. met. cap. 4.*

a *Gal. l.ix. meth.cap.3*

tium,pulſus magnus,*a* uehemẽs cum parua inaequalitate, rubor faciei & urinae. Cauſa proxima hoc eſt putredo ſanguinis, cum ipſa quoque ſenſum fugiat, coniicienda ſimiliter eſt ex cauſis à quibus oritur, ex his quæ proſunt aut abſunt,ex effectis. cauſæ aliæ putredinem in ſanguine efficiunt,aliæ eiuſdem copiam augent ; efficiunt putredinem quæcumque prohibent perſpiratũ, ut denſitas cutis & obſtructio à multitudine ſanguinis,quæ ubi adſint monſtrant putredinem quam efficiunt , neque enim fit hæc febris ubi eſt aut raritas cutis aut ſanguinis copia mediocris: cauſæ uerò è quibus augetur ſanguinis multitudo aut ipſum retinent neque ſinunt ex corpore exire , ueluti cum mulieribus ſupprimitur purgatio, uel menſtrua,uel à partu; aut eundem procreant ut efficiens,& materia: efficitur enim à temperatione moderata uiſcerum,nam moderatio rerum externarum efficiendi ſocia eſt; materiam præbent eſculenta , & poculenta qualitate moderata,& quantitate non plura quam ut concoqui poſſint;ex quibus omnibus cauſis colligitur putredo ſanguinis: quam demonſtrant etiam quæ proſunt, ſi ipſum uel detrahant, uel refrigerent,& quæ obſunt, ſi eundẽ uel colligant ,uel calefaciant.Poſtremo colligitur ſanguinis putredo ex effectis, ſunt autem ea à quibus diximis demonſtrari ſynocham febrem , plurimum autem ualet robur totius corporis,& urina ſimul craſſa

b *Auctor de urinis c.14.*

b & rubra.Et futuris præcognoſcemus euentum,tempus,&uiã, euentum neceſſe eſt aut ſalubrem aut pernicioſum eſſe: neque enim poteſt homo in eodem ſtatu diu manere, plerumque autem ſequitnr ſalus cum accidat hic morbus adoleſcentibus *c* boni habitus,quorum natura adeo ualida eſt;ut ſuperet morbum quamuis magnum,niſi,quod raro admodum accidit, aut nimia copia eius ſtranguletur aut prauitate intereat : maximus error eſt uenæ ſectionem omittere, augetur enim interdum adeo putredo,ut interitum afferat . Tempus futuri euentus breue eſt , cum ſynocha febris ualde acuta ſit,termineturque quarto *d* die, aut ſummum ſexto, *e* neque enim neceſſe eſt ſoluatur ſeptimo die cum careat acceſſionibus,quod ſi diutius perſeueret uertitur in aliam ſpeciem febris,ut autem paucis diebus ſanatur, ita etiam paucis diebus hominem interficit . Via ſanationes eſt , quod aut mittatur large ſanguis *f* à medico,aut effundatur à natura * ut ex naribus,uel exeat ſudor multus quemadmodum in

c *Gal.l.9. met.cap.3.*

d *gal. l.3.de criſib.c.4.*

e *gal.l. 3. de diebus decretor. c. 8.*

f *gal.l.9.met. cap. 4.*

* *gal.3 l. de criſibus c.3.*

febre

febre ardente cum rigor *a* ſuperuenit: uia interitus eſt quod uel calor ſtranguletur à ſanguinis multitudine, uel putredo & ardor adeo increſcat ut hominem auferat atque interimat. Ratio curandi ſupereſt, quam contineri diximus operibus, & inſtrumentis: opera ſumuntur à rebus præter naturam, à febre uidelicet, cauſis, & ſymptomatibus; tum à rebus ſecundum naturam ut à uiribus, hæ conſeruandæ ſunt per ſimilia, illæ curandæ per contraria non ſecus atque in curatione in uniuerſum diximus de febribus putredinem humorum ſequentibus, conſeruantur uires potiſſimum alimento; febris tollitur primo per refrigerãtia, deinde etiam *b* per madefacientia cum calor afferat ſiccitatem; quamobrem hanc madefacere, illum refrigerare oportet. cauſa proxima febris eſt putredo, *c* ſanare autem oportet quæ facta eſt, prohibere eam quæ fit; diximus ſanari putredinem factam uel coctione, uel detractione, nam ſemiputres *d* ſucci concoqui ac corrigi poſſunt; neque enim neceſſe eſt educantur ut illi qui ex toto putres ſunt hos enim oportet omnino educere. Prohibebimus ne fiat ulterius putredo, ſi perſpiratum expediamus medentes obſtructioni uel adſtrictioni: curatur obſtructio dempta *e* multitudine, & craſſitudine extenuata, adſtrictio tollitur relaxantibus. Symptomata, quæ hanc febrem ſequuntur, leuia *f* ſunt neque propriam poſtulant curationem, ſed ſatis eſt ſi tollantur per ea, quæ febrem uel cauſam remouent. ſi quando autem paulo ualidiora fuerint lenienda erunt illis remediis, quæ ſupra *g* in uniuerſum enarrauimus. huiuſmodi ſunt opera quae ad curationem propoſitae febris requiruntur, quae ubi pugnare inter ſe uideantur neque perfici omnia ſimul poſsint, plus tribuendum *h* illi erit quod magnitudine uel numero uel dignitate requirentium praeſtare uideatur. refectio per cibos potiones quae à uiribus requiritur obſtat operi, quod putredini medetur, quam diximus coctionem & expulſionem requirere; quae minus perficientur ubi natura *i* in concoquendo ac diſtribuendo alimento occupata non poterit tota ferri ad putres ſuccos corrigendos uel detrahendos. Opus quod à febre requiritur, quam diximus refrigerãtibus * egere, pugnat cum eo quod deſideratur à cauſa putredinis ut ab adſtrictione. tollitur enim haec relaxantibus quae calida ſunt, augetur refrigerantibus, ſed pugnant inter ſe mutuo quae poſtulantur à febre et à cauſis,

a *Hippoc. & gal. 4. aphoriſ. Tex. com. 58.*

b *gale. l. 11. meth. cap. 9*

c *L. antecedenti cap. 4*

d *Supra ibi.*

e *gal. l. 11. meth. c. 10.*

f *gale. 2. de criſib. c. xii.*

g *L. antecedenti ca. 7.*

h *gal. l xi. meth. c. 3.*

i *gal. p. aphophoriſ. com. 8.*

* *gal. l. x. met. cap. x.*

quæ

a Gal.xi.meth.cap.x.

quae enim per urinam *a* aut ſudorem educunt putredinem cale faciunt, ſed quae refrigerant febri apta ſunt, putredinem tamen augent ut monſtrauimus: quamquam ſanguinis miſſio ad omnia uidetur accommodari quae à febre et à cauſis requiruntur cum eatenus *b* refrigeret quatenus ſubmouet, quaſi ligna ex igne, materiam in qua reſidet calor, eadem detrahit ſanguinem & putrem qui febrem accendit, et multum qui obſtructionem affert, ita ut ſit tutiſſimum remedium. Differt curatio febris huius quae conſiſtit in ſanguine putri ab ardente quae in flaua bile, illa magis deſiderat auxilia refrigerantia, haec magis detrahentia, quamuis utraque utrique aptentur, eadem enim eſt ratio febris ſanguineae & bilioſae, quae inflammationis & eriſipelatis, gaudet eriſipelas magis refrigerantibus. inflammatio detrahentibus. Sed iam tempus eſt inſtrumenta monſtrare quibus opera haec perficiantur. Reficiuntur uires cibo et potione boni ſucci, ſed frigidis *c* et humidis, ita ut ſimul ſpectent etiam ad febrem. optime ſumitur cremor ptiſſanæ, panis ex aqua uel madefactus uel decoctus, cucurbita, lactuca; potio autem ſit aqua uel pura uel in qua hordeum bullierit, cui etiam utiliter admiſcetur zulapium uiolaceum, oxiſacharum, ſiue ſerapium ex ſucco mali medici, uel limonis. Mulſa quamuis idonea ſit cauſæ, quòd detergendi uim habeat, eſt tamen aliena morbo quòd calefaciat. Parum autem cibi ſufficit & poſt ſanguinis detractionem cum uires ualidæ ſint & ſuſtineri ſine cibo poſſint uſque ad uigorem qui breui futurus eſt ut quarto die uel certe non ultra *d* ſeptimum. Sed ueniamus ad inſtrumenta refrigerantia quæ deſiderantur à febre, continentur hæc ſub uictu, medicamentis & chirurgia, ad uictum ſpectant ſex res non naturales quæ debent eſſe tales quales ſupra *e* in uniuerſum propoſuimus ut refrigerare & madefacere poſſint & ita febrem ſanare; medicamēta frigida ſunt balneum & potio aquæ frigidæ, quæ conueniūt magis febri bilioſæ quam ſanguineæ: in hac enim magis nocet ſanguis quantitate quam feruore, utemur ergo externis & internis moderate refrigerantibus; dabimus potui quem uocant ſyruptum uiolatum, acetoſum, de endiuia, de ſucco limonis; uel mali medici, cum aqua in qua bullierint herbæ frigidiores, ut lactuca, inthybus, oxalis, inungemus thoracem & præcordia cerato liquido. Accommodatur etiam chirurgia ad refrigerandum

b gale.l.10.meth.cap.x.

c gal.l.9.meth.ca.4.

d gale.l.3.de criſibus.ca.4.& l.3.de diebus criticis cap.8.

e l.antecedenti.ca.2.

ut

ut uenæ a ſectio, qua ſanguis copioſe educatur & etiam uſque ad animi defectionem, nam & requiritur à multitudine ſanguinis & magnitudine morbi, & toleratur à uirium robore; quod remedium ſi omittatur, ut b ſynochæ diariæ accedit putredo, ita alteri quæ cum putredine iungitur accedit ſummum periculum aucta putredine: & homo præcipitatur niſi large aquam frigidam biberit. cæterum miſſio ſanguinis aptatur etiam putredini detrahendæ c & imminuendæ multitudini: quò ſpectant etiam euocatio urinæ & ſudoris per ea quæ ſupra monſtrauimus: utimur enim ad euocandam urinam extenuantibus & incidentibus, ad ſudorem relaxantibus uel externis ut balneo aquæ dulcis, uel internis ut potione aquæ in qua bullierit d chamomelum. Ad concoquendum ſemiputres ſuccos ualent ea quæ refrigerando temperant calorem naturalem à quo debet fieri coctio, quorum exempla paulo ante expoſuimus.

a *gal. l. p. meth. c. 4.*

b *gal. ibid.*

c *L. antecedenti. c. 5.*

d *gal. 5. ſimplic. ca. x.*

De Febribus ortis à flaua bile putreſcente. Cap. III.

Altera ſpecies illarum febrium; quæ à putredine oriuntur, conſiſtit in flaua bile putri, diſtribuitur autem in tres ſiue ſpecies ſiue differentias appellare mauis, in tertianam intermittentem, e tertianam continuam, & ardentem, quæ ſpeciatim à nobis tractabuntur ſi prius expoſuerimus quæcumque omnium trium communia ſunt, ad cognitionem curandorum & rationem curandi pertinentia. Quod ſpectat ad cognitionem curandorum, explicabimus primo quæ abſolute cognoſcenda ſunt, deinde quæ in homine. Abſolute igitur intelligere debemus qualis ſit morbus, quales cauſæ, qualia ſymptomata. morbus eſt febris ex humorum putredine orta, & ideo calor acris et fumoſus, ſed proprie cum oriatur à flaua bile putri, eiuſmodi calor eſt ualde f acris & parum fumoſus, à ſanguine putri contra oſtendimus excitari calorem parum acrem et cum multis uaporibus. mouetur in hac febre calor æqualiter cum accenditur nō inſtar illius qui à pituita g putri effertur, modo emergit modo latitat; mouetur etiam tertio quoque die ita ut habeat circuitus tertianos, huiuſmodi calor communis eſt tam tertianæ intermittentis quam continuæ et ardentis. at communis etiam eſt cauſa et quæ proxime eiuſmodi febrem accendit ut putredo flauae

e *gal. l. 2. de differ. ſympt. cap. 8.*

f *gal. l. 2. de diff. feb. c. 9.*

g *gal. l. 2. de differ. feb. cap. ix. & x.*

a gal. l. 2. de diffe. febr. c. 8. & l. 2. de criſi. cap. 3.

b gal. ibidem

c gale. 5. de loc. affect. c. 7.

d gal. 4. de præſagitione pulſ. ca. xi. & Hipp. l. p. prognoſt. 8.

e gal. l. 2. de differ. febr. cap. 9. & l. 2. criſium cap. 3.

f gal. ibidem.

g Hippoc. 4. aphor. 43.

uæ *a* bilis, et quæ aut putredinem efficit aut flauam bilem contrahit, omnes enim illae proxime oriuntur à flaua bile putri: quam putrefacit adſtrictio uel obſtructio perſpiratum prohibens & quam gignit temperatio iecinoris calida & ſicca cum concurſu *b* rerum externarum ſimilium tanquā effectrix cauſa, & cibus ac potio calefaciendi & ſiccandi uim habens, tanquam materia præſertim ubi parce ſumatur. obſtructio autem internorum canalium, à quā putredo fit, maxima ex parte oritur à pituita *c* craſſa & glutinoſa quæ etiam in homine bilioſo gignitur: neque enim ut ſanguis qui multus eſt & craſſior, idem & obſtructionem affert & putreſcit, ita, & flaua bilis cum & neque ita multa ſit neque craſſa ſed magis ob amaritudinem detergat ea quæ obſtruunt. Symptomata item complura cōmunia ſunt omnium huiuſmodi febrium ut dolor capitis, uigilia, delirium, morſus oris uentriculi, ſitis, nauſea, uomitus, lingua amara, aluus liquida. In homine ſimiliter recognoſcere in omnibus oportet præſentia, præterita & futura: cæterum res præteritæ ſunt cauſæ *d* quas audire licet ex ægrotante aut ex familiaribus. res præſentes ſunt morbus cauſæ & ſymptomata morbus cognoſcitur partim ſenſu: tactu enim percipitur calor multum *e* acris & parum fumoſus, qui æqualiter augetur & repetit tertio quoque die; partim ratione ut ex coniectura Archigenis *f* ducta à ſimiliter uagantibus nam ſi nunc in aliis uerſetur febris bilioſa par eſt ſimilem eſſe in eo ad quem curādum adhibemur. ex cauſa item ut ex putredine flauæ bilis & ex his à quibus diximus eam putrefieri, aut contrahi, præterea ex his quæ proſunt aut obſunt: ubi enim proſint quæ temperant flauam bilem aut educunt, obſint quæ eandem aut colligunt, aut calidiorem reddunt indicant febrem eſſe bilioſam. poſtremo ex effectis, ut ex ſymptomatibus quæ paulo ſupra monſtrauimus bilioſae febri communiter ſuperuenire. cauſa uerò proxima, quae ex praeſentibus recognoſcenda eſt nimirum flaua bilis putreſcens, coniicitur ex cauſis à quibus effici & putredinem et flauam bilem proxime docuimus; coniicitur et ex iuuantibus, & lædentibus, atque ex effectis talibus qualia nunc diximus eſſe indicia febris bilioſae. ſymotomata quae retulimus omnia deprehenduntur ſenſu. Ex futuris euentus periculoſus eſt ubi magnus ſit ardor febris et continuus, nam ubi leuior ſit et intermittat periculo *g* uacat.

Quod

Quod attinet ad tempus terminatur hæc febris ubi longiſſima *a* ſit ſeptem circuitibus; ſed ſæpe multo celerius finitur et ualde acuta eſt. Via ſanationis eſt quod educatur flauabilis *b* deiectione, uomitu, ſudore, urina. Sequitur ratio curandi per opera et instrumenta quae ſimiliter communia ſunt omnium bilioſarum febrium; nam, praeter ea quae communiter ſpectant ad quamlibet febrem, proprium eſt omnium bilioſarum ut magis ſanentur refrigerantibus *c* quam detrahentibus flauam bilem, cum hæc magis noxia ſit qualitate caloris quam copia; ſecus euenit ſynochae cnm putredine*, quam poſuimus curari potius emiſſione ſanguinis quam refrigerantibus: ita ut magis reſpicere oporteat ad morbum quam ad cauſam; quamquam neque cauſa ipſa omittenda eſt, opus ergo eſt refrigerare et madefacere, et propter febrem & propter bilem ſemiputrem, quae facilius concoquitur à calore ubi remittatur frigidis auxiliis. Valet ad refrigerandum balneum *d* et potio aquae frigidae: ſed ubi minor ſit ardor quam haec requirantur, uel etiam nō tolerentur, ut quod ſubſit tumor aliquis, cruditas, aut adſtrictio ſeu, obſtructio uiſcerum, aut quod homo non ſit ſolitus frigidam aquam bibere, aut quod cutis adſtricta ſit, utendum eſt leuius refrigerantibus: huiuſmodi eſt uictus in ſex rebus non naturalibus qualis ſupra *e* expoſitus eſt, huiuſmodi ſunt potiones, quas appellant ſyruppos, ut acetoſus, uiolatus, de endiuia, de oxali de, de ſucco limonis, uel citri cum aqua in qua incoxeris frigidiores herbas ueluti lactucam, endiuiam, oxalida, intubum, ſeu cum ea quae ex iiſdem herbis per deſtillationem extrahitur. extrinſecus autem inunguntur praecordia et thorax cerato liquido, unguento roſaceo, aut oleo aliquo frigido, ut eo quod roſa uel uiola conditur. Putredo bilis ſi ex toto facta eſt detrahentibus indiget; detrahitur ſecta uena exit enim cum ſanguine; quod remedium non *f* neceſſarium eſt in tertiana exquiſita intermittente, ſed magis in continuis; potiſſimum uerò educenda eſt flaua biliae *g* putris, uomitu, ſudore, urina. Vomitus excitatur ſponte, ſed mouetur etiam potu aquae tepidae. Vrina euocatur his quae extenuandi et incidendi uim habent. ſudor relaxantibus. in remiſſione autem totius febris licet uti catarcticis colagogis, ut Rhabarbaro, confectione Diaphinicon, aut ex ſucco roſarum, aut ex prunis, ueluti et ſerapio ex pluribus infuſioni-

a *Hipp. 4. aphor. 59.*
b *Gale. 3. de criſib. ca. 3.*
c *Gale. p. ad glauc. c. 9. & l. 13. meth. cap. 8.*
d *Gale p. ad glauc. c. 9. & l. xi. meth. cap. ix.*
e *Supra l. 4. cap. 2.*
f *gal. l. p. ad glau. c. 9.*
g *gal. ibid.*

bus

bus roſarum cum quò rhabarbarum ſiue ēt aliquod ex relatis electuariis utiliter permiſcetur . quæ autem in inferiori parte iniiciuntur in aluum per clyſterem carere debent acrimonia. idonea eſt mulſa cum oleo communi uel uiolaceo, ſicuti et decoctum maluarum uiolarum aliarumque ſimilium ſtirpium cum caſſia fiſtulari ſeu melle uiola condito. Cauſa putrefaciens ut obſtructio curatur per incidentia et extenuantia atque interdum educentia pituitam ubi multa ſit. Adſtrictio *a* eget relaxantibus ut balneo aquae dulcis. Symptomata lenienda ſunt quemadmodum in uniuerſum docuimus *b* cum de curatione egimus ſymptomatum communiter ſequentium febres ab humorum putredine ortas.

a *gal. l. 8. meth. ca. 2.*
b *Supra. l. 4 cap. 7.*

De Febre Tertiana intermittente. Cap. IV.

ENarratis his, quæ communia erant febrium omnium bilis putredinem ſequentium, agendum de unaquaque ſigillatim; ternas enim propoſuimus, *c* tertianam intermittentem, tertianam continuam , & ardentem . uidebimus quæ proprie attendenda ſunt in unaquaque, ſumpto initio ab intermittente. Continetur hæc febris calore multum *d* acri & parum fumoſo, non ſecus quam cæteræ quæ à bile putri proficiſcuntur , adeo autem feruet ut ferè non differat ab eo qui ſentitur in ardente, niſi quod intermittit & non ita percipitur in partibus internis & in corde à quo diſtat focus *e* putredinis ; ſuperatur tamē acrimonia diuturniori tactu. idem celeriter mouetur & æqualiter increſcit, manet ad ſummum duodecim horas , ſæpe etiam multo celerius finitur, reuertiturque *f* tertio quoque die, ita ut eius circuitus ſit tertianus qui communis eſt omnium febrium à putredine bilis proficiſcentium. intermiſſio autem duodecim horarũ aut longior propria eſt tertianæ intermittentis , quam nũc agimus. Cauſa proxima eſt illa ipſa quam poſuimus in uniuerſum in febribus bilioſis , putredo uidelicet flauæ bilis , tantum differt à cauſa proxima tertianæ continuæ & ardentis loco ubi putreſcit; ſiquidem in his putreſcit concluſus *g* in uenis; ſed in tertiana intermittente effuſus in ambitu totius corporis: expellitur autem ex uenis humor putreſcens ubi non ita multus eſt, patet exitus, & ualet facultas expultrix; retinetur in uenis ob

c *In cap. antecedenti.*
d *gal. l. p. ad glauc. ca. 5. & l. 2. de criſib. cap. 3. gal. l. 2. de diff. febr. c. 3*
e *gal. 4. aphoriſm. com. 59.*
f *gal. ibidem.*
g *gal. ibidem*

contrarias

contrarias cauſas , quamuis idem ſit ut flaua bilis in febribus propoſitis. Cæteræ cauſæ, quæ uel flauam bilem gignunt uel eamdem putrefaciunt, eædem ſunt atque illæ quas paulo *a* ante in vniuerſum explicauimus. atque ſymptomata etiam eadem ſunt in tertiana intermittente, vt dolor capitis, vigilia, delirium, ſitis, amaritudo oris, nauſea, morſus in ore ventriculi; niſi quòd proprie huic ſuperuenit initio acceſsionis *b* rigor quod flaua bilis expellatur ex venis ad partes externas, quæ, dum conantur expellere quod noxium eſt, concutiuntur, atq; oẽs cum altera ad alteram, & ad proximam quælibet expellat quod moleſtum eſt, repræſentat eiuſmodi rigor acus tenues pungentes ac lacerantes carnem: rigorem ſequitur *c* vomitus, & interdum deiectio biliosa, & tandem ſudor. Huiuſmodi ſunt quæ abſolute cognoſcere oportet in tertiana intermittente; in homine verò febricitante recognoſcemus cauſas, quæ præterierunt vel ex effectis, vel ex his quæ referentur ab ægrotante, & eius familiaribus. recognoſcemus & præſentia partim ſenſu, partim ratione. Morbus hoc eſt febris (quam diximus contineri calore valde acri & parum fumoſo, qui celeriter moueatur, & æqualiter increſcat, neque maneat vltra *d* duodecim horas ſed tertio quoque die reuertatur) ſenſu tactus deprehenditur vbi quis huius febris naturam exploratam habuerit; neque enim ſatis eſt ad acceſsiones *e* reſpicere, nam vbi ſimul iungantur duæ tertianæ, *f* cum quotidie vna inuadat, poterunt videri quotidiana; ſed magis ex natura ipſa caloris ex cauſis, ex his quæ proſunt aut obſunt, atque effectis conijciendum eſt qualis futura ſit acceſsio. nunc igitur febris tertiana intermittens ex natura ac motu caloris quem tangimus mente percipitur, ſed argumentabimur etiam à cauſis nam, ſi intelligamus eius cauſam eſſe flauam bilem putreſcentem extra venas, ſtatuemus continuo morbum eſſe tertianam intermittentem. aliæ cauſæ quæ vel flauam bilem efficiunt, vel putredinem proximam non morbum ſed proximam eius cauſam; quam diximus denunciant. ſumemus etiã ſigna ab his quæ iuuant aut nocent, nam, vbi iuuet vomitus flauæ bilis; & potio in fine *g* acceſsionis ſudorem moueat, monſtrabunt tertianam intermittentem; ſicuti cum nocent quæ vel ſudorẽ vel vomitum retinent eamdem indicabunt. Plurimum ualet *h* coniectura illa Archigenis quam faciebat ex ſimiliter vagã

a *In cap. antecedenti.*
b *Galen. p. ad Glauc. ca. 5. & l. 2. de criſib. cap. 3.*
c *Gal. ibid.*
d *Gal. 4. aph. com. 59.*
e *Gale. l. 2. de criſib. cap. 2.*
f *Gal. ibid.*
g *Gale. l. 2. de criſib. ca. 3.*
h *Gale. l. 2. de criſib. c. 3.*

tibus, nam vbi eo tempore cæteri ægrotantes laborẽt tertiana intermittente, veriſimile eſt & eum ad quem adducti ſumus eadẽ laborare. ſed maximam vim habent effecta hoc eſt ſymptomata ipſa ad demonſtrandam tertianam exquiſitam; nam præter illa communia, quæ bliioſam febrem ſequuntur atq; oſtendunt, proprie tertiana intermittens indicatur à rigore, *a* qui initio acceſſionis vehemens percipitur cum ſenſu quodam pungentium, & æſtus interni, quo differt à rigore quartanæ *b* qui cum frigore quodam videtur internas partes verberare. Pulſus autem principio acceſſionis imbecillus *c* & paruus eſt, ac debilis, deinde magnus efficitur velox ac frequens & minus inæqualis quam in alijs febribus ita vt paruum retineat putredinis indicium in incremento & rigore, minimum in remiſſione, ſed poſtea nullum. accedit vomitus, ac *d* deiectio bilis & ſudor; interdum aluus adſtringitur, vrina tenuis atq; ignea eſt, lingua aſpera, ſiccitas labiorum tanta, vt ſcindantur quemadmodum terra a ſole arefacta, læſio iecinoris, quæ cum hac febre coniungi ſolet, eſt etiam communis aliarum quæ flauæ bilis putredinem ſequuntur. Cauſa proxima hoc eſt putredo flauæ bilis ſenſum latet: quamobrem conijcienda eſt ex cauſis gignentibus flauam bilem quæ calefaciendi & ſiccandi vim habent, ſiue effectricem uim ſimul præbeant & materiam quemadmodum æſculenta & poculenta, ſiue tantum efficiant, quemadmodum reliquæ externæ & internæ cauſæ omnes. conijcienda item eſt ex cauſis putrefacientibus ut obſtructione, & adſtrictione. tum ex his quæ prodeſſe & obeſſe monſtrauimus refrigerando uel educendo bilem, aut calefaciendo uel contrahendo eamdem. poſtremo ex effectis, ut ex *e* ſiti, amaritudine oris, colore corporis flauo, urina, & deiectione millioſa. Extra uenas uerò putreſcere flauam bilem intelliges, uel ex ipſa intermiſſione tertianæ febris. Reſtant ex præſentibus recognoſcendis ſymptomata, quæ ſenſu ipſo percipiuntur; de ipſis .n. conqueruntur febricitantes. Prædictio ſequitur futurorum & primum ipſius euentus, quem ſalubrem expectare oportet cum hæc febris mitis ſit, & ex quadraginta *f* octo horis intermittat triginta ſex adeo ut longitudine integritatis poſſit refici natura & concoquere atq; expellere flauam bilem quæ febrẽ accendit, quamuis ualidam *g* & ardentem: magis aũt periculoſa eſt hyeme, quam æſtate, quòd fiat à uehementiori cauſa ut in

a Gal. ibid. & l. 4. aphor. com. 59.
b Gale. l. 2. de criſib. c. 3. et p. ad Glauc. cap. 5.
c Gal. ibid.
d Galen. 2. de criſib. c. 3. et p. ad Glauc. cap. 5.
e Gal. l. p. ad Glauc. ca. 5.
f Gale. 4. aph. com. 29.
g Gale. l. 2 de diff. febr. c. 3

uniuerſum traditum eſt ab Hipp. *a* de morbis qui contraria æta te, temperatione, aut anni tempore fiunt: ſed tunc tertiana non eſt ex toto exquiſita qualem nunc fingimus, nam hæc ſemper *b* ſa lubris eſt niſi quid erretur, grauis.n. error poteſt bene ualentes in morbum compellere, ſed multo facilius præcipitare eos qui iam ægrotant. Tempus quo finitur tertiana, *c* breue eſt cum ual de celeriter moueatur quæ longiſſima eſt, auctore Hipp. *d* noñ excedit ſeptem circuitus ſed pōt multo breuius eſſe, & tertio, aut quarto finiri, id quod conijcies (ut alia ſigna omittam) ex ipſis effectis & proprie ex urina, quæ ſi primo *e* die tenuis & fla ua fuerit, nihilquè aut in medio aut in ſummo nubeculæ oſten dat, monſtrat tertianam febrem ad ſeptimum circuitum eſſe per uenturam; ſed ſi primo die vrina ſubflaua appareat & nebulam oſtendat, indicat tertianam non trahendam eſſe vltra quartum circuitum; quod ſi ea nebula alba leuis & æqualis fuerit finietur tertiana tertio circuitu. Via, qua finitur; partim ad artem ſpe ctat, partim ad naturam; ars refrigerando *f* ac madefaciendo vel etiam educendo flauam bilem hunc morbum ſanat, natura verò concoquendo bilem ſemiputrem, aut *g* expellendo putrem per vomitum, deiectionem, hemorragiam, vel ſudorem idem effi cit: neq; enim refrigerat & madefacit ſicut ars. Curatio tertia næ febris intermittentis dirigitur ad remouenda tria præter na turam, ac primo ad conſeruandas vires per opera & inſtrumen ta. Vires defenduntur alimento. ex rebus præter naturam mor bus, febris videlicet, poſtulat *h* refrigerantia & madefacientia; proxima verò cauſa putredo videlicet vbi ex toto *i* facta ſit de tractionem, vbi non ex toto, coctionem, ad quam ſpectant re frigerantia & madefacientia temperando calidum innatum à quo debet fieri coctio ita vt eadem & ad morbum & ad ſuccos ſemiputres referantur. Cauſa putredinem faciens, vt prohibitus perſpiratus, deſiderat ea, quæ vel detrahendo incidendo atq; exte nuando obſtructionẽ tollunt, vel relaxando ſuccurrunt adſtri ctioni; cæterum relaxantia ẽt accommodantur ad detractionem per ſudorem, ſicut extenuantia & incidentia ad euocandam vri nã. Symptomata leniri debent quemadmodum ſupra * in vniuer ſum monſtrauimus de curõne ſymptomatum ſequẽtium febres ab humorum putredine ortas. Sed quibus inſtrumentis hæc ope ra perficiantur proprie in tertiana intermittente iam tẽpus eſt

a *Hipp. l. 2. aphor. 34.*
b *Hippoc. & Gal. 4 apho. tex. com. 43*
c *Hipp. 3. p. epid. 8.*
d *Hippo. 4. apho. 59.*
e *Gal. 2. criſiũ cap. 3.*
f *galen. l. p. ad glauc. c. 9.*
g *gale. l. 3. de criſib. c. 3.*
h *gal. l. x. meth. c. x. & l. p. ad glaut. cap. 9.*
i *gal. l. xi. meth. c. x.*
* *Supra l. 4. cap. 7.*

enarrare. Vires conſeruantur alimento, hoc eſt cibo & potione, quorum copia debet eſſe pauca, ne auertant naturam à concoquenda & expellenda bile: habeant aũt vim refrigerandi & madefaciendi vt medeantur febri. cõmode datur *a* cremor ptiſſanæ, aut auenæ, malua, lactuca, inthybum, panis in aqua maceratus, vel decoctus ſiue ẽt ex iure parui pulli gallinacei. conueniũt ẽt piſces ſaxatiles, aues mollis carnis, teſticuli gallorum, oua ſorbilia; pedes verò ſuilli & cerebrum quæ à veteribus *b* medicis in tertiana febre intermittente conceduntur, ob glutinoſam vim quam habent poſſunt obſtructionem augere, idcirco præſtat alijs vti æſculentis. fructus verò *c* æſtiui, qui duri non ſunt, refrigerati vtiliter ſumuntur vbi ſit nauſea præſertim pruna vel ceraſia; præſertim quæ viſciolæ ab hetruſcis appellantur; nã & hanc tollunt & viſcera refrigerant & madefaciunt, parcius tamen: nam faci e vertuntur in bilem. Potio aquæ frigidæ idonea eſt illis, qui dum ſani ſunt ea vti conſueuerunt, alij ſumant mulſam valde dilutam, aut aquam in qua bullierit hordeum, ſiue ẽt ſimplicem decoctam cui addatur aliquid zulapij violacei vel oxiſacchari. Vinum verò non prius conuenit quam ſigna coctionis *d* ſe oſtendant, augeret. n. febrem, ſed vbi coctio iam apparet ſi detur albũ tenue aquoſum dilutum, præter quam quod confert ad reficiendas vires & ad *e* coctionẽ, mouet vrinam & ſudorem neq; tunc febrem augere põt. Alterum opus ad febrem refertur quæ refrigerantibus & madefacientibus curatur, vtemur ad refrigerandum & madefaciendum & victu & medicamentis ſupra *f* enarratis in curõne febrium illarum, quæ à putredine bilis oriuntur. maxime autem idoneum eſt *g* balneum aquæ dulcis quod madefacit ac refrigerat & valet etiam ad ſudorem euocandum, atq; adſtrictionem relaxandam: tunc aũt conuenit cum apparent *h* ſigna coctionis nam ante augeret obſtructionem. Detractio flauæ bilis varia conuenit, ut per uomitum ſi tendat ad os ventriculi, per *i* deiectionem, præterea per urinam. Venæ ſectio neceſſaria non eſt cum morbus non ita magnus ſit ut ita magnũ poſtulet auxilium, niſi tamen metuas ne præ ſuccorũ multitudine uel eorundẽ natura æterogenea ex intermittente ĩ cõtinuá & ita ex mitiori affectu in grauiorem mutatio fiat; at niſi id metuas ſufficiunt aliæ detractionis ſpẽs. Vomitus ubi non ſequatur ſpõte, larga potione aquæ tepidæ excitat̃. deiectio aut

a *Galen. p. ad Glauc. c. 9.*
b *Gal. ibid.*
c *Gal. ibid.*
d *Gale. l. p. ad Glauc. c. 9.*
e *Gal. l. 8. meth. cap. 3.*
f *Supra in hoc libro c. 3.*
g *Gale. l. p. ad Glauc. c. 9.*
h *Gal. ibid.*
i *Gal. ibid.*

ſpon-

ſponte effluit, aut euocatur cremore ptiſſanæ, potione mulſæ, vel ſyrupi quem roſatum ſolutiuum appellant, cum quo utiliter permiſcetur dilutum rhabarbari, mel aereum, vel electuarium de ſucco roſarum præſertim vbi iam cocta materia ſit & febris admodum remiſſa. inijcitur in aluum vtiliter mulſa & oleum præſertim viola conditum ſeu ẽt decoctum ſtirpium relaxantiũ cum eodem oleo ac melle itidem viola condito. ad educendam vrinam datur potui aqua, in qua anhetum vel apium maduerit, ſiue ſerapium ex duabus, aut ẽt ex quinq; radicibus cum decocto earundem radicum vim habentium ciendi vrinam. valet & abſynthij *a* coma vbi appareant ſigna coctionis, quæ per noctem in aliquo eiuſmodi decocto aut ẽt ſyrupo iacuerit. quæ medicamenta *b* nonnullis calidiora & ſicciora videntur quam huic febri conueniant, quamobrem præ apio atq; anheto, magis aptatur aqua, in qua iacuerint radices appij, petroſelini, vel fęniculi, vel bullierit hordeum, aut contuſa fuerint ſemina refrigerantia, *c* vt cucumeris indici, cuius cucumeris ſuccus etiam à quibuſdam probatur, quod vnà cum refrigerandi vi detergat, eiuſmodi potiones vbi dentur poſt vigorem aceſſionis conferunt etiam ad mouendum *d* ſudorem quò ſpectat etiam balnæum aquæ dulcis vt ſupra oſtenſum eſt, cum valeat ad relaxandam adſtrictionem. Obſtructio partim tollitur varia detractione humorum iam propoſita, partim extenuantibus & incidentibus, quæ debent eſſe imbecilla ne *e* morbum augeant: quamobrem contenti erimus potionibus. Ad ſymptomata lenienda vtemur auxilijs ſuperius poſitis qua de curatione ſymptomatum: nunc de tertiana intermittente tantum addere illud oportet, quod rigor qui principio acceſſionis incidit ob ingentem calorem & ſiccitatem flauæ bilis non debet curari medicamentis valde calefacientibus ac ſiccantibus, præſertim intus datis ſicut rigor quartanæ, ſed ſufficit externas partes calefacere frictionibus & fomentis.

a *Gale. ibid.*

b *Alex. Trallian. l. 12. cap. 6.*

c *Auic. l. 4. f. p. Tr. 2. c. 39*

d *Gale. l. 2. de criſib. c. 3.*

e *Gal. l. xi. meth. cap. x.*

De febre ardente & tertiana continua. Cap. V.

Aliæ duæ febres, quæ ex putredine flauæ bilis oriũtur, ſunt tertiana continua & ardens; agemus primũ de ardente vberius; deinde ſummatim de tertiana continua, quæ tantum ab ar-

dente differt, quòd lenior ¶ ſit: ita vt ijſdem indicijs cognoſcatur & ijſdem auxilijs curetur, ſed paulo leuioribus. appellatur febris ardens græce † καῦσος, quod vocabulum ardorem ſignificat, & ad tres febrium ſpecies notandas vſurpatur, minus proprie quidem ad ſynocham, * quam fieri diximus à ſanguine putri, & ad continentem illam, quam excitat putredo pituitæ *a* ſalſæ; ſed proprie ad eam quæ à flaua bile putri proficiſcitur, in qua sũma eſt acrimonia caloris. Synocha verò *b* dicta eſt καῦσος pp copiam caloris magis quam pp acrimoniam; illa verò, quæ oritur à pituita ſalſa putreſcente, propterea id nomen inuenit quòd iungitur cum *c* ſiti intolerabili, quemadmodum illa quã nunc tractamus à flaua bile ortam & quæ proprie & vere dicitur ardens: continetur aũt calore non modo acri, ſed etiam acerrimo & parum fumi edit; mouetur tertio *d* quoq; die quemadmodum in tertiana, non tamen intermittit vt in illa ſed continuus eſt magis tamen ardens percipitur in corde & partibus internis: vt quamuis tam in tertiana quam in ardente *e* calor ſentiatur ardens, differat tamen quod in ardente non ſolum aſſiduus eſt, ſed etiam multo acrior ſentiatur in corde & viſceribꝰ; quò fit vt excitet intolerabilem *f* illam ſitim, quæ longe leuior eſt in tertiana intermittente. merito igitur huiuſmodi febris ardentis nomen inuenit: nam ad eã quæ fit à ſanguine putri vel à pituita ſalſa ſignificandam abutimur vocabulo *g* ardentis. Proxima cauſa febris ardentis eſt putredo flauæ bilis in *h* venis; nam ea quæ facit tertianam intermittentem putreſcit extra venas: verum, ubi putreſcit in venis & efficit tertianam continuam, roget quis cur hanc aliquando ſimpliciter continuam, aliquando ardentem reddat? cui reſpondendum eſt diſcrimen conſiſtere partim in materia ipſa putreſcente; partim in loco ubi putreſcit, magis vicinus cordi maiorem excitat ardorem, quẽadmodum cum accenditur ignis ſi ligna denſiora ſunt ut è quercu, & focus nobis propinquus, magis non calefacit, ita cum ex putredine flauæ bilis excitatur febris cor maiorem percipit ardorem, quò & flaua bilis craſsior fuerit & venæ vbi eſt velut focus putredinis minus ab eo diſtent. flaua bilis non ſemper æquæ tenuis eſt (de ſincera loquor quæ facit exquiſitam febrem ardentem nunc nobis propoſitam) ſed interdum craſsior eſt quemadmodum illa, quam à ſimilitudine vitelli oui *i* vitellinam appellant,

¶ *Gal. 3. 3. epid. com. 34*
† *Hipp. et galen. 4. acut. com. tex. p.*
* *Gale. l. 2. de diff. feb. c. 2.*
a *Hippo. et galen. 4. acut. tex. com. 13.*
b *Gale. l. 2. de diff. feb. c. 2.*
c *Hipp. et galen. 4. acut. tex. com. 13.*
d *Galen. 2. de diff. feb. c. 2.*
e *Gale. l. 2. de diff. feb. c. 3.*
f *Gale. 3. 3. epid. com. 34*
g *Gal. 4. acut. com. 13.*
h *Gale. p. p. epid. com. 9. & 3. epid. com. 33.*
i *Gale. l. 2. de natu. fac. ca. ult.*

ſant,cui paulum aquoſi humoris admixtum eſt;interdum multo tenuior eſt , quòd maiorem copiam eiuſdem aquoſi humoris contineat; huiuſmodi eſt illa quæ pallida ex flaua conſpicitur , hæc minorem,illa maiorem ardorem efficit vbi putreſcat.Quod attinet ad locum,cum flaua bilis putreſcit in venis non multum diſtantibus à corde,ut in thorace, *a* & ventre,maiorem excitat in corde ardorem,quam ſi putreſceret in venis remotis . ſcire tamen licet,quaſdam partes, quamuis diſtent à corde ob conſortium vaſorum & canalium , affectum quem habent ipſi impertire perinde ac ſi vicinæ eſſent ; id quod euenit cerebro *b* & vtero *c* in quorum venis putreſcens flaua bilis poteſt febrem ardentem excitare. eſt interdum vt flaua bilis effuſa in ſubſtantia *d* viſcerum febrem ardentem efficiat,eamq; prauam:ſed non eſt tunc exquiſita febris ardens cum ſit ſymptoma inflammationis vel potius eryſipelatis *e* partium illarum internarum,quibus maxime congruit cor,vt ventriculi,gulæ,pulmonis, iecinoris, ieiuni inteſtini,vteri,cerebri. at febres , quæ ſequuntur inflammationes atq; eriſipelata, neq; Hippoc. neq; alius quiſpiam ex veteribus *f* medicis nomine febris appellauit , ſed inflammationis vel eriſipelatis huius vel illius partis ; quare neq; tales dicentur ardentes; ſed illæ duntaxat quæ à bile,quam diximus, putreſcente in huiuſmodi venis oriuntur. Cauſæ ſequuntur,quæ non proxime ſed per flauam bilem putreſcentem,ardentem febrem accendunt; ſunt autem illæ quæ vel putredinem excitant, uel huiuſmodi bilem contrahunt. Putredo, vt in aliјs febribus,excitatur prohibito perſpiratu ,vel propter obſtructionem vel propter adſtrictionem præſertim externorum foraminum. Hippocrates *g* hieme flante borea ſcribit ſuper ueniſſe febres ardentes, quod ſcilicet foramina cutis eſſent adſtricta ab eiuſmodi tẽpeſtate. contrahunt flauam bilem cauſæ tam internæ quam externæ cum calefaciendi & ſiccandi uim habent ; quod ſi ea uis calidior fuerit craſſior gignitur bilis , qualem diximus eſſe eam quæ febrem ardentem efficit , vt autem ſit ardens exquiſita neceſſe eſt concurrant omnia tam externa quam interna ad calefaciendum & ſiccandum; quamobrem ardentes illæ quas Hippocrates *h* commemorat accidiſſe hyeme, flante aquilone,non sũt exquiſitæ. Symptomata, quæ febrem ardentem ſequuntur ſunt primo *i* ſitis ferè inexpugnabilis , cum qua diximus perpetuo

M 4 iungi

a *Gale.l.2.de criſib.c.7.et 2.p.epid. com.73.*

b *Gale.p.prorit.com.18.*

c *Hipp. et gale.5.6.epid. tex.com.14*

d *Gal.2.epi. com.73.*

e *Gale.p.prorit.com.18.*

f *Gale.4.aph. com.73.*

g *Hipp.2.p.epid.61.& Gal.in com.*

h *Hipp.ibid.*

i *Gale.3 3.epid.com.34. & 4.acut. com.p.*

a *Hipp.l.4.acut.2.* iungi ardentem febrem; præterea laxitudo *a* totius corporis, uigilia, *b* delirium, lingua aſpera & nigra, aluus liquida ac bilioſa. Hæc ſunt quæ præter naturam abſolute cognoſcenda ſunt de febre ardente; in homine uerò qui laborat febre ardente, ex præſentibus recognoſcere primo oportet febrem ipſam; percipitur autem partim ſenſu, partim mente. ſub ſenſum cadit calor ille ualde acris, aſsiduus & fumoſus, qui tertio quoque die reuertitur, ita ut tertianos efficiat circuitus, hoc continetur febris ardens & ſimul cum eo percipitur; ſed poteſt ardens febris etiam mente depræhendi, & primum ex cauſa proxima hoc eſt ex putredine flauæ bilis craſsioris in uenis illis quæ uel non diſtant à corde, uel per inſignes canales afficere ipſum poſſunt; ubi talem putredinem exploratam habebimus, conficiemus in eo homine febrem ardentem eſſe. fiet etiam coniectura illa Archigenis *c* à comuniter uagantibus, nam ſi alij ægrotantes tunc febre ardente teneantur uerisimile eſt eadem teneri febricitantem ad quem adhibiti ſumus. Accedunt iuuantia & nocentia, nam ubi proſint quæ uehementer refrigerant aut leniter *d* flauam bilem purgent, ubi noceant ea quæ uel calidiorem reddunt uel gignunt eandem monſtrant febrem eſſe ardentem. ex effectis maxime indicatur hæc à ſiti, quæ *e* intolerabilis eſt niſi ſuperueniat tuſſis; *f* hæc enim ubi etiam ſicca fuerit excutiendo humorem ſtatim lenit; tum à uigilia, delirio, morſu in ore uentriculi, ab aluo liquida, ac bilioſa, urina ualde flaua, lingua *g* nigra atq; aſpera; quæ ubi concurrant certum indicium faciunt febris ardentis. Proxima cauſa hoc eſt putredo bilis ſinceræ & craſsioris in uaſis habentibus conſortium cum corde uel ipſi uicinis cum ſenſum lateat, neceſſe eſt mente colligatur ex cauſis illis, à quibus uel putrefieri uel gigni eiuſmodi bilem monſtrauimus; ex his quæ obeſſe uel prodeſſe febri ardenti proxime docuimus; tũ ex effectis eandem indicantibus, & præſertim ex ipſa febre ardente, quæ eſt affectus corporis & propterea effectum & quodammodo ſymptoma putredinis. Reſtant ex præſentibus ſymptomata quæ febrem ardentem ſequuntur, omnia aũt ſenſu depræhenduntur ſiue ſint actiones læſæ, ſiue affectus & qualitates corporis, ſiue retenta & expulſa. Quod attinet ad futura, euentus in febre ardente interdum ſalubris eſt, interdum pernicioſus: conijcies ſequuturam *h* ſalutẽ ubi natura ualidior appareat, quã morbus; ua-

b *Hipp.l.4.acut.4.*
c *Gal.2.de criſium.c.3.*
d *Hipp.l.4.acutor.5.*
e *Gale.3.3.epid.com.34.*
f *Hipp.et gale.4.aphor.tex.com.54*
g *Hippo.4.acut.4.*
h *Gal.l.de conſtit.artis c.18.&l.4.de præſagitione pul.c.xi.*

bus; ualidiorem monſtrabunt complura quæ ſæpius monſtraui mus, ſed potiſſimum coctio *a* quam urina præſefert, ubi.n. me diocriter craſſa ſit & ſub flaua, præſeferatq; ueluti nedulam aut in medio, aut in ſummo reſidentem, denunciabit naturam uali diorem morbo; contra, ſi morbus uideatur ſuperare naturam, interitum præſagies. monſtratur robur morbi primum ab ipſo feruore quo continetur, deinde à cauſa ut à materia multa & ual de acri, tum ab his quæ ſolita ſunt prodeſſe ubi uel non proſint, uel potius noceant, poſtremo ab effectis ut à ſiti maxima, aut etiam *b* à carentia ſitis, quæ monſtrat uel extinctionem facultatis appetentis in uentriculo, uel mentis alienationē à qua proficiſcitur, à delirio, uigilia, morſu uentriculi ualido, à lingua nigra atque aſpera, *c* ab urina *d* nigra, quæ monſtrat flauam bi lem iam eſſe peruſtam uel ualde tenui atque alba quæ notat *e* phreneſim futuram, à ſudore frigido potiſſimum *f* circa faciem & frontem. Tempus quo expectari euentus debet ſiue ſalubris ſiue pernicioſus, breue eſt: cum hæc febris peracuta ſit raroque ad *g* ſeptimum diem perueniat, multo enim ſæpius finitur ante ut tertio uel quinto die rarò quarto, cum natura *h* expellere ſoleat in die acceſſionis quæ fiet diebus imparibus. interitus ſequitur ſexto *i* die, ſed interdum etiam multò ante Via interitus eſt ob exceſſum caloris, uel ob tabem * quæ ipſum ſequitur, & ob ſitim ingentem, uigiliam, delirium, alui profluuium & grauiſſima eiuſmodi ſymptomata. via ſalutis ſi ab arte proficiſcatur conſiſtit in refrigerantibus, ſi à natura in expulſione uel per ſudorem quem *l* antecedit rigor, uel per ſanguinem ex *m* naribus copioſe fluentem: tenuis enim hic humor & acris facile ſurſum fertur et aperit uenas naſi, uel per uomitum aut deiectionem bilis. In ratione curandi opera potiſſimum pertinent ad febrem, & cauſam proximam putredinem uidelicet flauæ bilis; neque enim multum attenditur uirium refectio cum non ſoleant labefactari morbo tam breui: obſtructio uerò & adſtrictio quæ perſpiratum impediant non adeo magnæ ſunt ut medici conſilium auertant ab operibus, quæ requiruntur à febribus et à cauſa, in quibus nunc inſiſtemus. Poſtulat febris ardēs ob ſummum feruorem ualde refrigerantia et madefacientia; ſed flaua bilis ſi ſemiputris ſit coctionem iuuantia: ſi ex toto putris *n* detrahentia. coctio, quæ à bile ſemiputri deſideratur,

non

a *Hipp. 2. p. epid. 45.*
b *gale. p. 3. epid. com. xi*
c *galen. 5. 6. epid. com. 14.*
d *Galen. 2. p. epid. com. 75.*
e *Gal. l. de urinis cap. 5.*
f *Hippoc. p. progn. 26.*
g *Gal. 2. criſ. cap. 6.*
h *gal. 3. cri. cap. 4.*
i *galen. 2. p. epid. cō. 75.*
* *Gale. p. de diff feb. cap. 8. & 9.*
l *Hippoc. & galen. 4. aphor. tex. com. 58.*
m *Hipp. 4 acutor. x.*
n *Gale. l. xi meth. c. x.*

non alia deſiderat auxilia quam febris, refrigerantia nimirum & madefacientia, à quibus naturalis calor temperetur, et poſsit ſemiputrem bilem concoquere. Detractio eius quæ ex toto cō putruit plerumque refrigerantibus ac madefacientibus aduerſatur: quoniam calidis medicamentis *a* detrahitur ſiue deiectione, ſiue urina ſiue ſudore educatur; tantum ſanguinis miſsio ſimul educit putrem bilem, et cum materiam caloris ſummouet *b* etiam refrigerat. ubi autem controuerſa ſunt quæ cauſam adimūt his, quæ medentur febri, minus tribuendum eſt cauſæ magiſque dirigendum eſt conſilium ad febrem quæ maxima eſt, et ita ualde refrigerantibus et madefacientibus utendum; ubi remiſſus eſt feruor, tunc educere oportet quidquid ſuperat materiæ omnino putris: ſed ueluti ſanguinis miſsio, ut dictum eſt, ſimul exhaurit bilem putrem et feruorem febris remittit, ita potio, aquæ frigidæ feruorem *c* extinguit, quo nomine reddit naturam ualidiorem ita ut expellat quaecumque noxia ſunt, quamobrem ſequitur ſanguinis miſsionem, alui profluuium et multus ſudor, ita ut utrumque remedium ſanguinis miſsio ſcilicet et aquae potio et febri et cauſae ſimul aptetur. Dicet fortaſſe quiſpiam utro magis expediat uti? diſtinguenda *d* eſt febris ardens, ea enim quae omnino exquiſita eſt et à bile minus diluta proficiſcitur ob ſummum ardorem, magis deſiderat aquae frigidae potum, et quia tunc uires non poſſunt eſſe ualdae non ferunt liberalē ſanguinis miſsionem. contra ſi febris ardens minus exquiſita ſit oriaturquè à bile cui plus admixtum ſit aquoſi humoris ob minorem ardorem, non ita deſiderat potionem aquae frigidae: ſed commodae tunc fertur copioſa detractio ſanguinis cum uires magis ualeant, ita ut ſatius tunc ſit hoc praeſidio uti quàm illo, ſatis autem et remittetur ardor febris et educetur materia putris. Quamuis autem copioſa ſanguinis miſsio requiratur. uerendum eſt ne non ſuſtineri poſsit, neque enim ita ualent uires cum putreſcit flaua bilis ſicuti cum putreſcit ſanguis et efficit ſynocham febrem; quare non mittendus erit in ardente uſque ad animi defectionem; ſed ſatis erit expediſſe perſpiratum et partem aliquam materiae putris detraxiſſe, ſic enim retentis uiribus reliqua ſuperabitur atque expelletur. quod ſi febris ualde ardens ſit dabimus potui aquam *e* frigidam quantum aeger haurire uolet, hac utitur Hippocrates *f* cum eiuſmodi febrem

sanat,

a *gal. l. xi. meth. c. x. & p. aphor. com. 24.*

b *gale. l. x. meth. cap. x.*

c *gal. l. ix. meth. cap. 5.*

d *gal. l. 9. meth. c. 5.*

e *gal. ibidem*

f *Hippo. l. 4. acutorum 5.*

ſanat, ubi hac utamur non opus erit ſanguinem mittere, ſicut ubi mittamus ſanguinem non opus *a* erit dare potui aquam frigidam. Caeterum licet mittere *b* ſanguinem etiam cum materia febrem accendens cruda eſt, non tamen licet potui dare aquam frigidam *c* niſi cum apparent ſigna coctionis: quia periculum eſt ne materia cruda maiorem afferat obſtructionem ſi refrigeretur: ſed hoc pertinet ad febres ardentes non exquiſitas, nam in exquiſitis à ſincera bile ortis, non eſt periculum ne ex potione aquae frigidae maior ſequatur cruditas; quin potius remiſſo feruore calor naturalis multo facilius concoquet quicquid concoquendum eſt. prohibet etiam aquæ frigidæ potionem inflámatio, ac tumor *d* uiſcerum, augetur enim cum refrigeratis uiſceribus id retineatur quod expelli deberet cum aliquo pacto cogatur atque adſtringatur cum parte inflammata; ſed cum eiuſmodi tumoribus atque inflammationibus non copulatur febris ardens atque exquiſita: cum eryſipelate uerò exquiſito uiſcerum, febris ardens non uidetur poſſe alia ratione curari quàm potione *e* aquæ frigidæ, ſub qua bilis ob rationem ſuperius dictam magis concoquetur quam cruda reddatur; neque oportet coctionem expectare ante quam bibatur; ſicuti, ſi eſſet aut tantum inflammatio, aut etiam eryſipelas mixtum cum inflammatione, expectanda tunc eſt coctio prius quam bibatur frigida aqua. Miſſo ſanguine, aut epota frigida aqua recedit feruor aut certe remittitur. ubi aliquid ipſius & putredinis relinquatur, educendum eſt uomitu, deiectione, urina, ſudore, pro ut natura unam uel plures uias, & hanc aut illam tentat. quacumque uia educatur utendum eſt medicamentis lenioribus non acribus, non ſalſis ut inquit *f* Hippocrates. vomitus mouetur potu aquæ tepidæ cui aliquid oximellis ſit adiectum. deiectio lacte aſinino quod potui datur ab g Hippocrate, uel etiam ſero quod ſine coagulo ſeparatum fuerit à lacte: reſpergitur enim lac dum feruet aliquot guttis oximellis frigidi, aut eidem ſuper imponitur uas æneum plenum aquæ frigidae atque hoc pacto ſeparatur ſerum à lacte & euitatur acrimonia coaguli. Mitiſsimum etiam præſidium ad hoc idem opus perficiendum eſt ſerapium ex pluribus infuſionibus roſarum, quod ſolutiuum noſtri appellant uel per ſe, uel cum melle aereo, aut etiam infuſione Rhabarbari epotum. Vrina mouebitur cõmode, ſi detur potui aqua in qua

bullierit

a *gal. l. 9. meth. cap. 5.*
b *Gal. 2. aphoriſm. com. 29.*
c *gal. l. ix. meth. c. 5.*
d *gal. l. 9. meth. cap. 5.*
e *gal. ibidem*
f *Hipp. l. 4. acutor. 8.*
g *Hipp. l. 4. acutor. 7.*

bullierit radix graminis, apii, petroſelini, uel fæniculi, aut hordeum ac ſemina cucumeris indici, uel melopeponis. Sudor euocabitur balneo *a* aquæ dulcis tempeſtiue adhibito, hoc eſt cum apparent ſigna coctionis.

a *Gal. l.p.ad glauc.c.9.*

Supereſt tertia febris, ex illis quæ oriuntur à putredine flauæ bilis: tertiana uidelicet continens, quæ tantum differt ab ardente iam expoſita quòd minus feruet *b* atque idcirco ſitim & alia ſymptomata affert leuiora. Cauſæ diſcrimen ſupra *c* oſtendimus in eo conſiſtere quod bilis à qua hæc accenditur magis diluta eſt aquoſo humore, & putreſcit in uenis magis diſtantibus à corde, aut non ita ipſum afficientibus. Indicia ex quib⁹ cognoſcitur tertiana continens eadem ſunt, quæ in ardente retulimus. ſed *d* leuiora. Euentus minus periculoſus eſt in hac quàm in ardente. Tempus paulo longius, trahitur enim uſque ad ſeptimum diem cum exquiſite ardens tertio aut quinto finiatur. Via ſanationis & interitus eadem eſt utriuſque. Curatio in eo differt quod in hac non ita refrigerantibus opus eſt ut in ardente, magiſque licet uti educentibus etiam paulo calidioribus.

b *gale.3 3. epid. com. 34.*
c *Supra in hoc eodem cap.*
d *gal.3.3.epid.com 34.*

De Febre orta à pituita putreſcente & primo de quotidiana. Ca VI.

FEbribus exquiſitis, quæ à flaua bile putri oriuntur, ſunt *e* qui ſpurias proxime ſubiiciant; nobis tamen magis placet exquiſitas ſpecies omnes prius exponere quæ ſimpliciorem naturam habent & ſunt regulæ aliarum, deinde aggredi ad ſpurias mixtas quodammodo & compoſitas ex ſimplicibus atque exquiſitis. Diximus de illis quæ à ſanguine uel à flaua bile proficiſcuntur, ſequuntur nunc illæ quas accendit putreſcens pituita, quæ plures ſunt, & magis inter ſe diſtant quam климаte bilioſæ quarũ tres differentias poſuimus: nunc uerò quæ à pituita fiunt ſpecies magis dicentur, cum calor quo continetur uideatur ſpecie differre ut in ſequentibus patebit, totidem igitur ſpecies ſunt febrium quas pituite accendit quot ipſius pituitæ, ſed has conſtat eſſe ternas; *f* cum una ſit ſecundum naturam, dulcis uidelicet, duæ præter naturam, ſalſa, & acida: redditur ſalſa pituita ob putredinem *g* quæ uerò acida eſt cruda *h* eſt; ſed multo magis quæ ſapore caret; hæc eiuſdem ſpeciei uidetur cuius eſt acida ſed magis cruda eſt & craſſior ideo proprie *i* cruda dicitur, quamuis communiter quæuis pituita * cruda ſit cum ſit ſanguis

e *gal. l. p.ad glauc.c. x.et Auic. l.4.f. p.tract. 2. cap. 39.*
f *gal.l. 2. de diff.feb. c.6. & l.2.de natu.facu.c.9.*
g *gal.ibidem*
h *gal. l. 2.de natur. fac.9*
i *gal.l. de plenitud. c. xi.*
* *gal. l. 2.de natur.facul. ca.9.*

minus

minus coctus; quod ſi non tantum craſſa ſit ſed etiam glutinoſa imitatur *a* uitrum fuſum atque idcirco uitrea, à ueteribus medicis nominata eſt. tres igitur duntaxat ſtatuemus pituitæ ſpecies, dulcem, ſalſam, & acidam ſeu uitream, quibus reſpondent ternæ ſpecies febris. à pituita *b* dulci oritur ea febris quæ ſimpliciter dicitur quotidiana, nomen què ducit ab ordine circuituum, ſicuti tertiana ex febribus bilioſis. à pituita ſalſa fit genus *c* quoddam ardentis febris: ab acida ſeu inſipida proficiſcitur ea febris quæ uocatur à Græcis *d* ἠπίαλος, ſub hac ſentit quælibet pars corporis quantum uis parua ſimul frigus & calorem toto tempore quo manet. agemus de unaquaque trium ſeparatim; neque prius communia perſequemur ut fecimus in febribus bilioſis; pauca enim ſunt quæ communiter pertineant ad has omnes tres; nam ſiue morbum cauſas & ſymptomata, ſiue ſigna, euentus tempus & curationem inſpicias comperies longe inter ſe diſtare, ſumemus initium à quotidiana.

Febris quam accendit pituita dulcis putreſcens, continetur calore *e* acri & fumoſo ut communiter omnes illæ febres quæ ſequuntur humorum putredinem: ſed proprie multum fumoſo & parum acri, contra quæ à flaua bile oritur ut ſupra oſtendimus ualde acri & parum fumoſo: imitatur. n. flaua bilis ligna arida à quibus parum, pituita uerò uiridia, *f* à quibus multũ fumi exhalat; obtunditur autem copia humoris caloris acrimonia præſertim primo contactu ita ut mitior appareat, ſed poſtea diutius tangenti acrior ſentitur; tarde uerò mouetur & inæqualiter, ita ut modo excitari modo delitiſcere uideatur, & ueluti diſruptis bullis quaſi per cribrum erumpat. circuitus quotidie reuertitur unde apud Græcos *g* ἀμφημερινὸς, & καθημερινὸς nominatur, apud latinos quotidianus. diciturque febris ipſa quotidiana, ſiue *h* aſſiduus ſit, ſiue intermittat, nam utrumque accidere poteſt, cum intermittit manet febris decem & octo horas, ſed poſt uiginti quatuor noua *i* acceſſio hominem inuadit, ita ut cum intermiſſio breuis ſit non perueniat ad ueram integritatem quemadmodum ubi longa eſt ueluti in quartana, rarò itaque reperias aut quartanam K aſſiduam aut quotidianam *l* intermittentem. Cauſa quotidianæ febris eſt pituita *m* dulcis, non ſimpliciter ſed ubi *n* putreſcat, neque enim ſufficit multitudo, nam ſi flaua bilis quæ ualde calida eſt & ſicca nequit ſine

putredine

a *gal. l. 2. de differ. febr. c. 6.*
b *gal. ibidem.*
c *gal. 4. acutor com. xiii*
d *gal. l. de inæquali intemp. cap. 8 & Paulus Aegineta l. 2. cap. 26.*
e *gal. l. p. ad glauc. c. 7.*
f *gal. l. 2. de diff. febr. c. 4*
g *gal. 2. de differ. feb. c. 7*
h *gal. l. 2. de diffe. febr. c. 8.*
i *gal. l. 2. de differ. feb c. 4.*
K *gal. l. 2. de diff. feb. c. 2.*
l *gal. p. ad glauc. c. 7.*
m *gal. l. 2. de diff. feb. c. 6*
n *gal. l. 2. de differ. feb. c. 5*

putredine febrem accendere ; multo minus pituita quæ frigida
& humida. Proxima ergo cauſa quotidianæ febris eſt putredo
a gal. l.2. de pituitæ dulcis, quæ quòd inæqualis ſit, magis & minus craſſa,
diff. febr. c.6 inæqualem calorem excitat, & uiciſſim *a* accenditur ac deliteſcit,
b gale. 2. de ſubinde enim putreſcit quæ minus craſſa eſt, quæ craſſior exte
diff. febr. c.4 nuatur, ſed quia *b* fumoſus multus eſt & acrimonia parua quòd
c gal. l. 2. de pituita ualde humida ſit, & propterea ut ante dictum eſt, mul-
diff. febr. tum fumi ædat, & parum acris primo contactu ſentiatur. Quod
cap. ult. ſi putreſcat in uenis, *c* efficit febrem aſſiduam, ſi extra uenas
in ambitu totius corporis intermittentem. Cauſa putredinis eſt
prohibitus perſpiratus, quem affert adſtrictio, ſed potiſſimum
obſtructio. Oritur hæc ab eadem pituita quæ putreſcit, & quòd
multa ſit, & quòd interdum etiam craſſa & glutinoſa: neque.n.
alius eſt humor qui putreſcit in hac febre, alius qui obſtructio-
d Supra c. de nem affert ut non numquam uſu uenit *d* in febre tertiana in
tertiana. qua putreſcit flaua bilis ſed obſtructionem affert pituita. Cau
e gal. l.p. ad ſa uerò cur multa contrahatur pituita dulcis & quotidianam fe
glau. ca.7. brem accendat partim ad effectricem, partim ad materiam ſpe
f Auic. l.4. f. ctat. Effectrix *e* eſt ipſa temperatio uentriculi, & iecinoris frigi
p. Tr.2. c.46 dior, uel etiam cerebri ut *f* nonnulli exiſtimant, qui à deſtillatio
ne ex cerebro emanante ac putreſcente accendi quotidianam
febrem uoluerunt. Neque refert cum humore nè an cum ſicci
tate copuletur frigus uiſcerum, cum utrauis enim minus perfi-
g gal. l.2. de cit coctionem & pituitam procreat. Ad temperationem uiſce-
temp. c.2. rum refertur ætas *g* ſenum, qui multa pituita abundant, & con
ſuetudo contracta ex uſu rerum frigidarum quæ eſt natura quæ
dam aduenctitia. Res externæ atque euidentes, ut quæ fiunt,
quæ offeruntur, quæ extrinſecus incidunt, quæ expelluntur ac
retinentur magis ſunt efficiendae ſociæ quàm effectrices, ſunt
tamen adiumento cauſis, hoc eſt uiſceribus frigidis pituitam
h gal. l. p. de pro creantibus quòd augeant frigus ipſorum. Materiam ſuppe
natura hu- ditant procreationis pituitæ æſculenta & poculenta quantitate
mana comē- uel qualitate *h* immoderata, ubi nimia *i* ſunt non poſſunt be-
to 36. ne concoqui & idcirco in pituitam uertuntur, id quod faciunt
i gal. l. p. ad etiam ubi qualitate frigida fuerint, craſſa & glutinoſa uel dura.
glauc. c.7. Symptomata complura quotidianæ febri ſuperueniunt, ut ſom
† gal. l.2. de nus grauior qđ impleatur cerebrum uaporibus multis, glutino
criſib. ca. 5. ſis, frigidis, atq; humidis; lædit appetitio cibi, male afficit os †

uen

uentriculi. principio acceſsionis ſi febris intermittat ſẽtitur qui dam *a* horror, ferè autem cum quotidiana febre iungitur affe ctus uentriculi, *b* cum quartana lienis, cum tertiana iecinoris. Hactenus de his quæ cognoſcenda erant in uniuerſum ad quo tidianam febrem attinentia, nunc ad ea tranſeundum eſt quæ intelligere oportet in homine febricitante. ex præſentibus, febris partim ſenſu percipitur, partim coniectura inueſtigatur, ca dit enim ſub ſenſum calor quo febris ipſa continetur multum *c* fumoſus & parum acris præſertim primo contactu, nam diutius tangenti acrior apparet; præterea tardi atque inæqualis incremẽ ti à quo fumus exhalat diſruptis ueluti bullis quaſi per cribrũ, qui præterea uiciſsim nunc excitatur nunc deliteſcit, & ad *d* ue ſperam ferè inuadit quotidie, talis ergo eſt calor ille in quo quo tidiana febris conſiſtit, qui cum iudicetur ſenſu, exiſtimare licet quotidianam febrem ſub ſenſum cadere niſi malumus ab eiuſ modi calore tanquam ab eſſentia argumentum ſumere quotidianae febris, & hoc pacto etiam mente ipſam coniicere. ſed ſu muntur eius ſigna à cauſa, à proxima uidelicet, nam aliae hanc denunciant. diximus *e* proximam cauſam eſſe putredinem pituitae dulcis, quae ubi nobis explorata ſit erit ſimul perſpecta etiam quotidiana febris; quo pacto autem cognoſci poſsit putredo pituitae cum ſenſum lateat paulo infra ſubiiciemus; fit etiam *f* coniectura ex communiter uagantibus, nam, ubi febres quae alios inuadunt quotidianae ſunt, ueriſimile eſt & eum quẽ curamus quotidiana laborare. Colligitur eadem febris ex his quae proſunt uel obſunt ſi quidem ubi proſint ea quae pituitam uel educunt, uel citra exceſſum caloris ipſam extenuant, atque incidunt, ubi obſint ea quae uel pituitam contrahunt, uel eandem craſsiorem aut frigidiorem reddunt monſtrant febrem quotidianam. eamdem ſignificant effecta et primò actio nes leſæ, ut pulſus *g* inaequalis: tardus, praeterea paruus et rarus minus tamen quam in quartana; ad haec propenſio ad ſom num uel etiam ſomnus grauis ac longus, cibi faſtidium, ſitis modica, affectus oris, *h* uentriculi. horror initio acceſsionis & frigus partium extremarum: ex qualitatibus corporis color pallidus uel plumbeus, malus totius *i* corporis habitus, tumor prae cordiorum. poſtremo ea quae expelluntur ſi pituitam † praeſe ferunt, et cruda ſunt, urina *l* alba ac tenuis eſt, ubi ſumma ſit

cruditas,

a *gale. ibidem & l. p. ad glauc. cap. 7.*
b *gal. l. p. ad glauc. c. 5.*
c *gal. l. p. ad glauc. ca. 7. & l. 2. de dif. feb. c. 4.*
d *gal. l. 2. de criſib. ca. 5.*
e *Ab initio huius cap.*
f *gal. l. 2. criſium. cap. 3.*
g *gal. l. p. ad glauc. c. 7.*
h *gal. l. p. ad glauc. c. 5.*
i *gal. l. 2. de diff. feb. c. p.*
† *gale. p. ad glauc. ca. 7*
l. *gal. ibidem & l. 2. de criſib. cap. 5.*

cruditas, nam ubi leuior, redditur turbida & craſsior. euomitur etiam aut eiicitur *a* pituita, ſudor uel nullus *b* uel paruus exit. Eadem uerò ſigna ſunt intermittentis & continuæ niſi quod poſt decem et octo horas quae intermittit uenit ad integritatē, quod non accidit aſsiduae quae manet dum noua inuadat, quāquam ea integritas quam diximus eſſe in intermittente non eſt omnino *c* uera cum ſemper relinquantur ueſtigia aliqua febris: cauſa proxima febris hoc eſt putredo pituitae dulcis, cum ſenſum lateat colligenda eſt primò ex cauſis illis à quibus pituita dulcis & procreatur & putreſcit, deinde ex his quae uel iuuant pituitam educendo atque extenuando, uel nocent eamdem procreando aut reddendo craſsiorem poſtremo ex effectis ut ex propenſione ad ſomnum, ex colore totius corporis albo, ex his quae detruduntur pituitam proferentibus. Superſunt ex præſentibus dignoſcenda ſymptoma illa quae diximus ſuperuenire febri quotidianae, omnia autem ſenſui ſubiiciuntur, ueluti ſomnus longior, faſtidium cibi, horror, ac frigus partium extremarum, ita ut non opus ſit ſignis ex quibus colligantur. Ex futuris euentus non ſemper ſalubris eſt ſed interdum pernicioſus, eſt enim febris periculoſa et non ſolum ubi continens eſt, ſed etiam ubi intermittit cum, ut ante dictum eſt, non perueniat ad ueram *d* integritatem. uteruis ſequi euentus debeat intelligetur ex cauſis, hoc eſt ex *e* robore naturae uel morbi: robur naturae ex multis colliges, ſed potiſsimum ex coctione, robur morbi ex cruditate et prauitate, tum ex ſymptomatibus ut ex tremore, lethargo, hydrope. Tempus futuri euentus neceſſario longum *f* eſt: neque enim breui poteſt concoqui aut expelli humor multus, craſſus, glutinoſus, frigidus; illa, quae terminatur inter quadrageſimum et ſexageſimum diem, breuiſsima eſt. Via per quā ſanatur quotidiana febris, partim in coctione conſiſtit, partim in expulſione *g* pituitae, uia interitus magis refertur ad grauitatem ſymptomatum quam ad magnitudinem morbi aut prauitatem humoris.

a *gal. l. p. ad glauc. c. 5.*
b *gal. ibidem.*
c *gale. l. 2. de diff. feb. c. 4.*
d *gal. l. 2. de criſib. c. 6. et l. 2. de diff. febr. cap. 4.*
e *gal. l. de conſtitut. artis c. 18. & l. 4. de præſagitione pul. c. xi.*
f *gale. l. 2. criſium c. 6.*
g *gale. l. 3. criſium. ca. 3*
h *Hippoc. & gal. l. p. aphoriſm. text. com. 4.*

In curanda quotidiana febre cum diuturnior ſit, magis attendere uires oportet quam in his quae acutae, quales ſunt quæ à ſanguine, uel à flauabile oriuntur: non poſſunt uires diu ferre *h* inediam uel cibi paucitatem alioquin requiſitam à cauſa febris. Attendenda etiam ſunt in hac eadem febre ſymptomata

magis

quam in multis alijs, quòd grauiſſima ſint quemadmodum morſus in ore ventriculi & aïæ defectio ita vt uires conuellant; ſed non propterea negligenda eſt febris aut putredo proxime ipſam accendens, aut obſtructio & eius cauſa, oïa igitur hæc diligenter inſpicienda ſunt. Vires poſtulant conſeruationem, ſymptomata leuationem quandam, morbus hoc eſt febris refrigerantia & madefacientia, proxima cauſa hoc eſt putredo pituitæ coctionem & detractionem. cauſa obſtruens contrario opere eget, pituita .n. multa exhaurienda eſt, craſſa extenuanda, glutinoſa incidenda: ex quibus operibus virium *a* conſeruatio cæteris præferenda eſt, nam vbi debiles ſunt, alimento refici debent et ſi rebus præter naturam inimicum ſit. Symptomata vbi grauia ſunt ut vires conuellant *b* lenire oportet, neque expectare dum tollatur morbus aut cauſa. illud verò opus, quod à febre requiritur, hic longe minoris momenti eſt quam quod à putredine pituitæ, neq; enim vehemens eſt calor quotidianæ febris aut aridus, ſed parum *c* acris & multum humidus, præter quam quod refrigerantia & madefacientia pituitæ inimica ſunt, quam magis calefacere & ſiccare oportet vt extenuetur *d* atq; incidatur; magis igitur incumbemus in curationem cauſæ, eam verò febris rationem habebimus ne augeatur *e* per ea quæ adhibentur ad cauſam curandam. à putredine diximus requiri coctionem & detractionem, curatur pituita putris magis coctione quòd non ualde putreſcat cum frigida ſit, & cum ſit ſanguis minus *f* perfecte coctus & poſſit à natura ex toto concoqui & ſuperari. dare igitur primum operam oportet vt concoquatur, deinde vt exinaniatur quicquid ex ipſa concoqui non poteſt; verum exinanitur non tantum pituita illa quæ computruit, ſed illa quoq; quæ ob copiam efficit obſtructionem, neq; .n. ſatis eſt concoquatur vbi nimia ſit, ſed omnino detrahenda eſt. quod ſi conferamus inter ſe opus detractionis cum eo quod conſiſtit in incidendo, & extenuando videtur hoc & prius & magis neceſſarium *g* cum ad facilitatem coctionis conferat pituitam eſſe extenuatam atque inciſam, ſine quo non poteſt etiam *h* exinaniri. Sed ſatis de operibus, pergamus ad inſtrumenta quibus perficiantur, vires maxime retinentur cibo & potione, talis autem conuenit vt non ſolum reficiat vires ſed *i* pertineat etiam ad extenuandam atque incidendam pituitam; ſed quia quæ hac ui prædita ſunt cale

a *Gal. l. 9. meth. c. 13.*
b *Galen. l. xii. meth. c. p.*
c *Gale. l. p. ad Glauc. c. 7.*
d *gale. l. p. ad glauc. c. xii.*
e *gal. l. xi. meth. cap. x.*
f *galen. l. 2. de natur. fac. c. ult.*
g *gale. l. p. ad glauc. c. xii.*
h *Hipp. et gale. 2. apho. x.*
i *galen. l. p. ad glauc. c. 12.*

faciunt etiam & ſiccant, eligere ea oportet quæ minus hoc effi ciant ne cum cauſæ *a* medentur febrem augeant; eligemus igitur moderate calefacientia & ſiccantia, uitabimus quæ valde hoc præſtant propter febrem, non ſecus atq; ea quæ valde refrigerant & madefaciunt propter cauſam, quamobrem non dabimus amplius panem ex aqua, ſed magis ex iure pulli Gallinacei, condiemus ptiſſanam pipere *b* aut cinamomo. Potus ſit mulſa aut uinum aliquod tenue. Coctio cum perficiatur à calore nãli, vt ſæpe dictum eſt, non alia poſtulat inſtrumenta quam quæ ipſum temperant: quod in hac febre non multum requiritur parũ .n. acris eſt vt ſupra oſtendimus; quare dirigemus conſilium potius ad materiam extenuandam *c* atq; incidendam, vt magis concipiat uim naturalis caloris concoquentis & facilius concoquatur. ſpectemus igitur quibus inſtrumentis utendum ſit ad extenuandum atq; incidendum, quod opus conducere diximus obſtructioni remouendæ, coctioni, & detractioni. Habent uim extenuandi atq; incidendi non ſolum medicamenta ſed ea etiam quæ ſub uictu compræhenduntur, ut aer tenuis, cibus tenuium partium & paucus conditus *d* aromatibus aut herbis acrioribus ut timo, hyſopo, calamento pulegio, potio ſit mulſa, oximel *e* dilutum aut uinum tenue. confert etiam ad extenuandum uigilia magis quam ſomnus, motus quam quies, animi perturbatio quam tranquillitas. Medicamenta incidentia atque extenuantia ſunt oximel additum aquæ in qua bullierit hyſopum, timũ, puleium, origanum, eamdem etiam uim habent ſyrupus de ſtechade, de praſſio, de timo, byſantinus, de duabus uel quinque radicibus, aut etiam oximel ſcylliticum quæ eidem decocto adijciantur. ualet præterea confectio dioſpoliticon, diagalanga, & diacalamentum: ubi febris magis feruet à ualidioribus abſtinenſtum eſt. Reſtat detractio quæ uaria conuenit ut uomitus, deiectio, urina, ſudor. Omittitur autem à ueteribus *f* in quotidiana febre ſanguinis detractio, quamuis proponatur tanquam *g* commune auxilium omnium illarum febrium quæ ſequuntur putredinem; profectò cum pituita magis concoqui quam educi debeat, cumque uires ſub copia pituitæ non multum ualeant, plerumq; neque requiritur neque toleratur; ubi tamen cum pituita ſimul ſanguis etiam redundet accommodabitur & ferri poterit ſanguinis miſſio; alioquin magis cõtenti

erimus

a gal. l. xi. meth. c. x.

b gale. l. p. ad Glauc. c. x.

c gale. l. p. ad glauc. c. xij.

d gale. l. 6. de tuen. ualet. c. xi.

e gale. l. p. ad glauc. c. 12.

f galen. p. ad glauc. c. 12.

g gal. xi. meth. c. 15.

erimus alia ſpecie detractionis. ſi pituita tentet os uentriculi cõ
ueniet uomitus qui excitatur poſt cibum quidem facile, *a* ſed a *galen.p.ad*
ante etiam ſi potui detur oximel ualde dilutum, & aqua tepida *glauc. c.xij.*
aut ea etiam in qua bullierit calamentum, hyſopum, radicula.
accommodatur deiectio ubi pituita non feratur ad os uentricu
li, utemur autem catharcticis ipſam ducentibus, ut agarico, hye
ra ex collocinthide, hiera ex agarico, diaturbit, electuario ex da
ctylis præſertim permixtis cum melle roſaceo ſolutiuo quod ap
pellant. Præſtat uerò non totam ſimul purgare eam quæ redũ
dat, ſed paulatim & uiciſſim nunc dare extenuantia & inciden
tia nunc catharctica. Vrina autem & ſudor non prius euocari
debent quam aliqua ex parte imminuta *b* multitudo fuerit & b *gal. l.xi.me*
craſſitudo extenuata: expectare etiam ſigna coctionis oportet, *tho. c. x.*
nam tunc tuto *c* euocatur. Ad urinam utemur apio, fœniculo, c *Hippo.p.a-*
adianto, aſaro, ſiler montano, camedrio, radicibus aſparagi. ad *pho. 22.*
ſudorem illis quæ relaxandi uim habent ſiue extrinſecus adhi-
beantur ut balneum, ſiue intus dentur ut uinum tenue, aut aqua
in qua bullierit dulcis radix, hordeum, chamomelum. Sympto-
mata quæ propriam animaduerſionem requirunt in quotidiana
febre potiſſimum ſunt ſomnus grauis, dolor oris uentriculi, fri
gus partium extremarum. pugnabimus aduerſus ſomnum par-
tim repellendo à capite ſuper impoſito oleo roſa condito cui ad
ditum ſit aliquid aceti, partim auertendo ad partes inferiores ut
ad crura. Prouidebimus uentriculo ſi ipſius os confirmemus po
tiſſimum in uigore *d* acceſſionis externo aliquo medicamento d *galen.p. ad*
adſtringente ut oleo maſtichino, aut melino, aut in quo madue- *glauc. c.xii.*
rit, uel in duplici uaſe bullierit abſynthium. contra frigus extre
morum utemur fomentis & inungemus oleum chamomelinũ,
aut anhetinum.

De Febre Epiala. Cap. VII.

ALtera febris carũ, quæ à pituita putri oriũtur, ab ea fit quæ
cruda eſt, craſſa, glutinoſa *e* & idcirco uitrea. nominatur
hæc febris grecæ ἠπίαλος, ducto uocabulo, ut nonnulli *f* uolũt, e *gale.l.2. de*
ἀπὸ τ᾽ἅλος & ἠπίως, hoc eſt à mari, quod à principio quidẽ tran *diff.febr.c.6*
quillum uidetur ſed difficillimũ poſtea tempeſtate redditur. eſt f *Paulus.l.2.*
appoſita febris aliquo pacto ſimilis quotidianæ, aliquo pacto diſ *cap.26.*

 ſimilis,

ſimilis id quod facile perſpicietur ſi ſigillatim capita eorũ, quæ de quotidiana febre propoſita ſuut perpendamus. Continetur ἠπίαλος, calore multum fumoſo, & parum acri, qui mitior primo contactu ſe oſtendit, ſed diutius tangenti acrior ſentitur, quemadmodum in quotidiana: tantum *a* differt quod calori additur rigor, & ſimul etiam in quauis parte quantumuis parua ſentitur frigus ita vt vbique percipiatur inæqualitas *b* quędã frigoris & caloris. Circuitus in hac ſimiliter quotidianus eſt. numquam tamen aſsiduus niſi ob multitudinem materiæ, ſed neceſſario ſua ui intermittit cum materia extra *c* uenas putreſcat. id quod rigor adiunctus demonſtrat. Cauſa proxima eſt putredo ſimiliter pituitæ, non tamen dulcis ut in quotidiana quam tractauimus, ſed acidæ aut inſipidæ, *d* craſſæ & glutinoſæ ac uitreæ: hæc ubi extra uenas tota putreſcit febrem excitat in qua calor ſentitur ut in quotidiana ſine manifeſto frigore aut rigore, ubi tota ſine putredine feratur ad externas partes ſentientes efficit rigorem ſine *e* febre, non tamen uehementem, ſi pars putreſcat, pars ſine putredine ſeruetur ſimnl accenditur calor & ſentitur frigus *f* cum rigore, nam pars quæ putreſcit accendit calorem, reliqua rigorem & frigus affert. Cauſa pituitæ putris eſt quicquid ipſam aut putrefacit aut gignit, putrefacit prohibitus perſpiratus, obſtructio, quam efficit ipſamet, quòd non ſolum multa ſed etiam ualde craſſa & glutinoſa ſit. ad ipſam uerò contrahẽdam concurrit tum efficiens cauſa ut frigus iecinoris & uentriculi: tum materia quam ſuppeditant cibi frigidi, duri, aut ẽt ualde craſsi & glutinoſi. Symptomata eadem ferè ſunt in utraque febre, maiora tamen in hac: uehementer .n. mouetur os uentriculi, conuelluntur uires & ſequitur animæ defectio, pro horrore ab initio percipitur rigor dum manet acceſsio. ſomnus uerò, qui à pituita dulci oriri ſolet in febre quotidiana, non ita fit à uitrea cum ob intenſam cruditatem uapores ab ipſa pauci exhalent, Cognoſcitur in homine ægrotante ἠπίαλος, partim ſenſu, partim ratione; percipit ſenſus calorem quem diximus parum acrẽ, ualde fumoſum, cum ſenſu ſimul *g* frigoris & rigoris, & cum circuitibus quotidianis. Ratione colligitur ducta primum à cauſa effectrice hoc eſt à pituita uitrea, quæ extra uenas non tota ſed aliqua ex parte putreſcat; a iuuantibus & lædentibus, iuuant .n. quæ concoquunt & paulatim exhauriunt pituitam, nocent quæ

a Gale. l. 2. de diff. feb. c. 6.
b Gal. l. de inæquali intẽp. c. 8. & l. 2. de diff. feb. c. 6.
c Gal. l. 2. de diff. feb. c. p. & ult.
d galen. l. 2. de diff. feb. c. 6.
e gale. l. 2. de cauſ. ſympt. cap. 5.
f Gal. l. 2. de diff. feb. c. 6.
g Gal. l. 2. de diff. febr. c. 6 & l. de inæquali intẽp. cap. 8.

uel ipſam contrahunt uel ſubito educunt.ex effectis ut ex morſu in ore uentriculi,ex defectione animæ, ex colore albido,ex urina ualde cruda,ex deiectione ualde pituitoſa. Cauſa hoc eſt putredo pituitæ uitreæ extra uenas quæ partim ſine putredine feratur per ambitum corporis ex ſola hac febre quam deſcripſimus depræhendi poteſt. Symptomata quæ numerauimus ſenſui manifeſta ſunt. Ex futuris euentus in hac febre longe magis *a* periculoſus eſt quam in quotidiana cum pituita uitrea tardius concoquatur,atque expellatur quam dulcis, proceſſu autẽ temporis uires ſub grauitate ſymptomatum *b* deficiant. ubi tamen non dum labefactatæ ſunt,ſi æger obſequatur, & quæ cõuenit à medico adhibeatur curatio polliceri ſalutem poſſumus. Tempus quo expectanda ſalus eſt, non poteſt non eſſe lõgum, cum materia multa & ualde cruda ſit, ſed tempus interitus poteſt eſſe breue ob defectionem animi,ſi frequens & magna ſit ſine cauſa manifeſta ut inquit Hippoc. *c* ſolet. n. æger de repente interire. Via ſalutis eſt quod uitrea pituita,partim concoquatur partim expellatur,ut in quotidiana *d* febre. Via interitus potiſſimum refertur ad grauitatem ſymptomatum & ad inopiam alimenti:neque enim aluntur ſolidæ partes crudo eiuſmodi humore. Curatio huius febris non eſt eadem quæ quotidianæ, quod hæc minor ſit febris,maior cruditas, & uires imbecillæ, quamobrem hic minus ſpectandum eſt ad refrigerandum, magis ad exinaniendum,ſed multo maxime ad concoquendum,neque.n.uires ſuſtinent auxilia illa quæ uehementer corpus exhauriunt.ad concoquendum pariter ac educẽdum ſpectant ea quæ extenuant & incidũt,quibus utemur *e* moderate, ne aut febrem augeant aut uires debilitent,utemur mulſa,aut oximelle diluto, in quibus *f* bullierint acriores herbæ ueluti & oximelle ſcylliitico,ſyrupo ex ſtechade,ex praſſio,ex bettonica cum decocto earundem herbarum acriorum. Vtemur ad digerendum frictione ex lintheo aſpero, aut ex aliquo oleo leniter calido, ut chamomelino uel anhetino, dabimus potui ea quæ urinam uel ſudorem excitent, & ita paulatim incidemus & extenuabimus pituitam uitream, & uiciſſim digeremus & per urinam ac ſudorem euocabimus. Sanguinis miſſio & purgatio *g* non ſuſtinetur in hac febre ob uirium imbecillitatem. Symptomatibus uero ſuccurrendũ eſt,ut rigori per calefacientia; animi defectio-

a *gal.l.xij.meth.ca.3.*
b *Gale.ibid.*
c *Hipp.l.2.aphor.41.*
d *Supra in c. anteced.*
e *gal.l.xi.metho.c.x.*
f *gal.l.xij.metho.c.3.*
g *gal.l.xij.meth.c.3.*

ni per ea quæ auertunt ab ore vẽtriculi & corde, & per ea quæ
a gal. ibidem vires reficiunt vt per vinum *a* tenue quod facile ac celeriter diſtribuatur, per omnes corporis partes.

De febre ardente quam excitat pituita ſalſa. *Cap. VIII.*

b Hip. l. 4. acut. 13. SVpereſt ex febribus quæ a pituita oriuntur illa quam ſalſa efficit, vocatur hæc febris ab Hippocrate, *b* καῦσος, ideſt ardens, ſupra *c* enim monſtrauimus tres ſpecies febris ardentis,
c Supra. c. 5. vnam quæ fit à ſanguine putri ſynocham videlicet, alteram quæ à flaua bile quæ uere & proprie ardens eſt, & tertiam à pituita ſalſa quam nunc tractamus. Numeratur autem in ardentibus non ob calorem, neque enim in hac aut ualde multus eſt ut in
d Hip. & gal. 4. acut. tex. com. 13. ſynocha, aut valde feruens ut in ardente bilioſa, ſed ob ſitim *d* inexplebilem quam affert pituita ſalſa ſimilem illi quam efficit flaua bilis in febre vere ardente, quam adeò ſequitur ingens ſitis vt ipſam conſtituere videatur. Calor huius febris ualde fu-
e gal. in eodẽ com. moſus eſt, non tamen parum acris *e* ſicut illius quæ fit à pituita dulci aut uitrea ſi quidem ſalſedo pituitæ, cotis modo, calorẽ acuit, & acrem efficit: habet tamen quotidianos circuitus hæc non ſecus atque illa, quam excitat pituita dulcis aut vitrex, ſed a dulci oritur quotidiana tam intermittens quam continua, ab acida & cruda ac uitrea fieri diximus ἠπίαλον, quam neceſſe eſt eſſe ex numero intermittentium, à ſalſa fit ardens quæ aſſidua eſt, alioquin non iungeretur cum ſiti inexhauſta, quam diximus
f Hippo. 4 acut. 16 & cum frigore *f* partium extremarum, quæ eius prauam naturã ſignificat. Proxima cauſa huius febris iam dicta eſt, putredo videlicet pituitę ſalſæ in uenis quæ ſi putreſceret extra uenas febrem efficeret ſimilem illi, quam accẽdit pituita dulcis; ſed paulo vehementiorẽ. Eadem pituita ſalſa, quæ putreſcit, obſtructionem affert, perſpiratum prohibet; & ita ſibimet eſt cauſa putredinis. Gignitur pituita ſalſa ab iiſdem cauſis à quibus ſimplici-
g gal. l. 2. de diff. feb. c. 4. ter pituita, ſed minus frigidis. Oritur ſalſedo à quadã vſtione q̃ efficit vel *g* putredo uel calor alioquin vrens humorem, qui cũ
h Hippoc. 4. acut. 13. pituita miſcetur. Symptomata quæ hanc febrem ſequuntur ſũt primo ſitis *h* illa ingens à qua diximus ipſam conſtitui, deinde
i Hippoc. 4. acut. 15. vigilia, *i* nam pituita vitrea cum non facile vapores excitet, neque ſomnum neque vigiliam affert, dulcis cum impleat caput

craſ-

craſsis ac frigidis vaporibus ſomnum grauem efficit, ſalſa irritat & mordet aliquo pacto cerebrum ex quo ſequitur vigilia, qualem eadem de cauſa ſenes † experiuntur. his ſymptomatib. accedit vel retentio *a* uel difficultas vrinæ; retinet̃ vrina quod pituita ſalſa uel obſtruat eius canales, uel adſtringat ueluti cum facit tumorem *b* in recto inteſtino. ob ſalſedinem uerò mordens difficultatem quandam efficit; & cum non poſsit diutius retineri inſignis copia urinæ in ueſica, ſubinde aliquæ guttæ deſtillant. Recognoſcitur hæc febris ſenſu qui eiuſmodi calorem acrem & fumoſum, quotidianum, aſsiduum iunctum cum ſiti inexhauſta percipit. Recognoſcitur & mente ex ſignis quæ ducuntur uel à cauſa, ut a putredine pituitæ ſalſæ, uel à iuuantib. temperando & educendo eiuſmodi pituitam, & lædentibus eã dem calefaciendo ac ſiccando, uel ab effectis ut à ſiti, uigilia, retentione ac difficultate urinæ, lingua arida & *c* ſcabra, frigore partium extremarum, deiectione corrupta. Cauſa hoc eſt putredo pituitæ ſalſæ cognoſcitur ex cauſis à quibus & putrefieri & produci pituitam ſalſam oſtendimus. tum ex iiſdem iuuantibus ac lædentibus quæ in morbo enarrauimus. ex effectis hoc unum ſufficit, febris uidelicet quam deſcripſimus. Symptomata quæ numerauimus omnia ſub ſenſum cadunt. Ex futuris euentus ualde periculoſus *e* eſt in hac febre quæ prauis adnumeratur & uocatur λυπίρια, nam præter aſsiduitatem caloris & ſitim, ac ſiccitatem ingentem, hæc pituita difficillime ſuperatur à natura ita ut uix ſanari poſsit, pſertim cum illis accidere ſoleat quib. uires non ualent; quæ tñ ubi non ex toto debiles ſunt, neq; ipſa febris ac ſitis omnino uehemens ſalus nõ omnino deſperata eſt. Tempus euentus non eſt diuturnum, ponitur. n. hic morbus *f* in acutis, ita ut quatuordecim *g* diebus terminetur, quamquam põt multo citius finiri. Via ſalutis eſt quod ſanguis *h* ex naribus exeat, aut ſequatur alui profluuium, ſeu craſsioris ſputi copia, aut transferatur materia putris ad ceruicem, ad coxas, aut ad partes genitales. Via interitus eſt cum ob calorem ac ſiccitatem & ob uim ſymptomatum uires deficiunt. In curatione potiſsimũ dãda opera eſt ut pituita ſalſa quæ putreſcit partim temperetur, partim educatur, ſed non põt educi niſi extenuetur atq; incidatur, quod opus pertinet etiam ad obſtructionem remouendã, ſed inimicum eſt calori & ſiccitati cuius maxima habenda ratio

† *gal. l. 2. de alimentorũ facult. c. 40*

a *Hip. 4. acu. 14.*

b *Hip. & gal l. 5. apho. t. com. 58*

c *Hippoc. 4. acut. 16.*

d *Hippoc. 4. acut. 16.*

e *gal. l. de inæquali intemperie c. 8. & l. 4. aph. cõ. 48.*

f *Hippoc. 4. acut. 13.*

g *Hippo. l. 2. aph. 23.*

h *Hippo. & gal 4. acut. tex. c. 17*

a *gal.l.xi.meth. c. x.* eſt, illa .n. quæ extenuant *a* & incidunt calefaciendi & ſiccandi uim habent; quare magis diluenda eſt frigidis & humidis pitui- b *gal.3. acut. com. 2.* ta hæc ſalſa quam extenuanda ſit & incidenda, nam ſicut illa *b* quæ in thorace craſſa continetur & expuenda eſt, non debet calefacientibus & ſiccantibus extenuari, ſed magis dilui larga potione, ſic ſalſa quæ facit febrem utilius diluitur ſorbitione humida, ut cremore ptiſſana, & potione aquæ calidæ, aut tepidæ, uel illius ēt in quo aliquod detergens bullierit ueluti hordeum, ac dulcis radix, cum quo decocto utiliter admiſcetur ſyrupus uiolatus, iulep uiolatus, ſyruppus ex gliciriza, ſeu etiam ex capillo ueneris: hoc pacto igitur diluetur ac temperabitur pituita ſalſa. educetur aūt non quidem ſecta uena, niſi uires ualidiores fuerint, quòd raro accidit, ſed magis leni aliqua purgatione, uel euocatione urinæ, ac ſudoris per ea medicamenta, quæ ſuperius enar c *Supra c. 7.* rauimus *c* in quotidiana febre, quibus maxime uti licebit ubi ſigna coctionis apparebunt. Symptomata cum grauiora ſint poſtulant ut leniantur neq; expectetur curatio morbi & cauſæ. Lenietur ſitis potione aquæ tepidæ uel alterius, in qua hordeum bullierit. aduerſus uigiliam dabimus diacodion, aut perfundemus caput aqua in qua bullierit papauer, lactuca, hyoſciamus, aut inungemus nares ac tempora eo linimento, quod populeon appellant. Ad retentionem & difficultatem urinæ adbibebimus uas aquæ calidæ, in quo homo deſidat præſertim in qua bullie- d *Hippo.l. de fiſtulis.* rit parietaria, eadem utitur Hipp. *d* cum recto inteſtino inflammato non redditur libere urina, ſic .n. diluitur craſſitudo pituitæ, & tabeſit eius ſalſedo.

De Febre Quartana. Cap. VIIII.

e *gale.l.2. de diff. feb.c.5.* QVarta ſpecies earum febrium quæ ab humorum putredine oriuntur, fit ab humore melancholico, *e* atq; hæc nūc ſupereſt tractāda: eas.n. pſequuti ſumus quæ fiūt à ſanguine, à flaua bile, à pituita putreſcēte. appellatur hæc quartana ab ordine circuituū, q̄ trib⁹ interpoſitis dieb⁹ redeunt, & ideo quarto quoq; die: ſicuti tertianā nominari diximus illam quæ oritur à flaua bile quoniam tertio quoq; die, & quotidianam quæ à pituita quoniam quotidie redit, nam febris quam excitat ſanguis caret circuitibus & nominatur ſynocha. Continetur quartana febris

febris calore multum acri & parum fumoſo, humor enim me
lancholicus, in quo reſidet,terrenus & ſiccus eſt; quamobrem
parum edit fumi *a* cum incenditur,& acrem concipit calorem, *a Hipp.ibid.*
ex contrario pituitoſus , ut ante oſtenſum eſt , cum humidam
& aquoſam naturam habeat & multum uaporis *b* ac fumi ex-
citat & calorem concipit minus acrem . In humore igitur me- *b Gal.l.2. de*
lancolico qui quartanam febrem efficit calor ut in teſta conci *diff.febr.c.4.*
pitur ualde acris & cum pauco fumo,differt autem ab eo, quo
tertiana continetur, quia non ita euidens eſt neque ita multus
ut in illa, quæ propterea nominatur *c* ardens quamuis in utra- *c Gal.l.2. de*
que & ualde acris ſit, & parum fumi ædat. Tempus quo acceſ *diff.febr.c.3.*
ſio manet ſimiliter eſt duodecim horarum,ut in tertiana , inter
dum tamen propter habitum corporis denſum,uires imbecillas
& materiã craſſiorẽ & copioſiorẽ diutius trahitur acceſſio quar
tanæ. circuitus,ut diximus, quartanus eſt.n. paucus hic humor
& ideo neceſſe eſt diuturniori tẽpore colligatur tã multus ut na
turã excitet ad expellendum,& nouã acceſſionẽ efficiat:poteſt au
tẽ & intermittere *d* & aſſiduus eſſe quartanus circuitus,plerum
que *e* tamen intermittit ob acceſſionis breuitatem,& diuturnita *d gal 2.de*
tem ſpacii quo reuerti ſolet . contra uſu uenire monſtrauimus *diff febr.c.8.*
in quotidiana,in qua ſpaciũ breuius eſt & acceſſio longior : & *e Gal.l.2.de*
idcirco plerumque aſſidua eſt,raro.n. ꝑuenit ad integritatẽ, *f* ter *diff.febr.c.2.*
tiana febris indifferens eſt,cum ſæpe intermittat ſæpe etiam cõ *f Gal.l.2. de*
tinua ſit.Differũt præterea inter ſe febres quartanæ, quòd aliæ *diff.febr. c.4*
leuiores ſint , aliæ grauiores.Proxima cauſa à qua febris quar-
tana oritur, iã dicta eſt,humor uidelicet melãcholicus,qui ſi pu
treſcit in uenis *g* aſſiduã efficit,ſi extra uenas intermittẽtẽ,ut di
ctũ eſt de aliis humoribus : idẽ pro ut mitior uel ſeuior eſt, ita *g Gal. 2.de*
efficit grauiorẽ uel leuiorẽ quartanã,duplex aũt eſt ille melãcho *differ.feb.c.*
licus humor,à quo proficiſcitur quartana,naturalis *h* & ꝑter na *p. & ult.*
turã,naturalis eſt fæx illa,quæ ex quolibet cibo,ac potione con- *h gal.2.de na*
trahitur in iecinore ubi ſuccus à uentriculo attractus cõuerti- *tur.fac. c.9.*
tur in ſanguinẽ,eſt aũt eiuſmodi fæx craſſa & nigra,alliciturque
à liene quod ex ea ſuperat,deinde ex *i* liene ad inteſtina & ue- *i Gal.ibidem.*
nas ani:appellatur aũt græce χυμὸς μελανχολικὸς, hoc eſt humor
melancholicus; accenditque cũ putreſcit quartanam mitiorem; *† Gal.ibidem*
nã grauior oritur ab humore uſto,†qui græce uocatur μέλαινα *& l. de atra-*
χολὴ,latine atra bilis,neque redundat naturaliter,ſed per uſtio- *bile. c. ult.*

nem

nem aliorum humorum ut ſanguinis, flauæ bilis, pituitæ, & humoris melancholici naturalis : non eſt autem ex toto uſtus & quodammodo in cinerem conuerſus cum quartanam efficit, alioquin non poſſet amplius putreſcere & febrem accendere; minus aſperam affert ille, qui oritur ex ſanguine uſto, quam qui ex flaua bile, uel ex humore melancholico: ſed cum teſte Hippocrate *a* quartanæ febres aliæ per ſe incipiant, aliæ ſuccedant aliis febribus, & potiſſimum uagis atque *b* inordinatis, quæ fiunt ab humore melancholico incipiunt ſtatim quartanæ ; quæ ab alio humore uſto uidentur magis ſuccedere aliis febribus : ſed ſatis de proxima cauſa. ſunt & aliae, quæ efficiendi ſociæ ſunt, quòd conferant uel ad putredinem, uel ad procreationem humoris melãcholici ſeu atræ bilis. Putredinem affert obſtructio, quam efficit, uel ipſemet humor qui putreſcit, uel pituita ob cruditatem ſimul redundans. procreatur humor melancholicus naturalis ex cibis *c* & potionibus terrenam ſubſtantiam habentibus, à calore iuncto cum ſiccitate & cum quadam etiam frigoris inæqualitate. Atræ bili ſuppeditant alii humores *d* omnes, qui in eam degenerant, cum in corpore noſtro à uehementi calore uruntur: quò ſpectant externa omnia ualde calefacientia ac ſiccantia, ſi quando autem hyeme *e* fit quartana id euenit propterea quòd nequit ob tempus frigidum & humidum eiuſmodi materia educi atque abſumi; ſed retinetur in corpore ob quam cauſam Hippocrates *f* hyeme pleuritidem fieri teſtatur. Symptomata, quae febrem quartanam ſequuntur, ſunt primum g dolor lienis, rigor uehemens, *h* qui non pungentium ut in tertiana, ſed refrigerantium uſq; ad oſſa ſenſum repræſentat appetitio cibi interdum aufertur, interdum nimia fit. Recognoſcitur in homine febricitante quartana ſenſu tactus ſub quem cadit calor ille (quem diximus) parum fumoſus, * ualde acris, non tamen uehemens, cuius acceſſio occupat ferè duodecim horas, et æqualiter increſcit, circuitus uerò quartanus eſt, quem licet ex propoſiti caloris natura colligere. Ratione quoq; coniicitur febris quartana ex cauſa proxima, nam, ſi intelligamus putreſcere humorem melancholicum uel atram bilem, ſtatim coniiciemus propoſitam nobis febrem eſſe quartanam . Cæteræ cauſæ, quæ eiuſmodi humorem uel putrefaciunt uel procreãt, per ſe proximam cauſam, & per hanc quartanam febrem denunciant.

a *Hipp. 2. p. epid. 21.*
b *Hipp. ibidem & Hippoc. ac Galen. 3. prognoſt. 27. & p. ad glauc. cap. 6.*
c *galen. p. ad glauc. cap. 6 & l. 2. de criſi. cap. 4. & l. 3. de loc. aff. cap. 7.*
d *galen. l. de atrabile. cap. 3.*
e *Hippoc. 2. aphor. 25.*
f *hippoc. 3. aphor. 23.*
g *Gale. p. ad glauc. cap. 5.*
h *gale. 2. de differ. feb. c. 5. & l. 2. de criſi. cap. 3.*
* *gal. 2. l. de diff. febr. cap. 5.*

nunciant. Aliquid etiam ualet coniectura Archigenis *a* nam ſi in cæteris ægrotantibus uerſantur quartanæ febres, par eſt & eadem teneri hominem ad quem curandum adhibemur: huius fidem faciunt etiam quæ iuuant educendo uel leniẽdo eum humorem, uel nocent eundem contrahendo atq; exaſperando. plurimum uero poſſunt effecta ut dolor ac tumor *b* lienis, rigor ſi febris intermittens ſit (ut plerumque eſt) principio acceſſionis ſine *c* ſenſu pungentium ſed cum frigore concutiente quod uidetur uſque ad oſſa penetrare; ſed cum incipit quartana, cum materia quæ nimis cruda eſt minus mobilis ſit, rigor paruus eſt, proceſſu temporis efficitur maior cum ea concoquatur & reddatur mobilior: pulſus uidetur quaſi *d* alligatus, & ueluti ſenilis etiam in iuuene, incipiente acceſſione debilis tardus ac rarior, poſtea celerior, ſemper tamen tardus ſi comparetur cum pulſu aliarum febrium, non ita tamen paruus ut in quotidiana, eſt etiam inæqualis in uno & eodem *e* ictu cum incipiat & deſinat uelocior quam ſit in medio ſpacio, ſentitur etiam arteria durior, color in uniuerſo corpore plumbeus, ac liuidus apparet, urina *f* alba eſt tenuis aquoſa inæqualis ſed ſemper cruda, redditur tamen craſſior cum *g* ſoluitur febris, et interdum nigra *h* cum per eam noxius humor expurgatur. Exit ſudor multo magis quam in quotidiana, ſuperuenit ob cruditatem interdum *i* uomitus pituitæ. Cauſa hoc eſt humor melancholicus uel atra bilis putreſcens depræhenditur primo ex his, à quibus diximus contrahi uel putrefieri; deinde ex his quæ febri prodeſſe, aut obeſſe conſueuerunt ſiue exaſperando, ſiue leniendo, ſiue contrahendo, ſiue educendo eiuſmodi humorem: eadem enim pertinent et ad morbum et ad cauſam. ex effectis etiam colligitur cauſa et proprie ex ipſa febre quartana, quæ ſuam proximã cauſam demonſtrant. ſed cum non eadem ſemper ſit hæc, aliquando enim putreſcit humor melancholicus naturalis qui eſt fæx ſanguinis, aliquando † atra bilis præter naturam facta ex uſtione alterius humoris, diiudicabis utrius ſit putredo ex cauſa efficiente uidelicet et materia, ubi ſit calor in corpore præter naturam acrior monſtrabit uſtionem, quod euenit cum quartana aliis febribus ſuccedit. Vbi utatur homo *y* cibis craſſis, duris, ac ualde terrenis, craſſis item potionibus ut uino nigro, coniicies quartanam ortam eſſe ab humore melancholico, qui

con-

a *gal. l. 2. de criſib. c. 3.*
b *gale p. ad glauc. c. 5.*
c *gal. l. 2. de criſib. c. 3.*
d *gal. ibidem & c. 4. & p. ad glauc. c. 6.*
e *gal. ibidem.*
f *gal. 2. cris. cap. 4.*
g *galen. de urinis c. xi.*
h *gale. p. ad glauc. c. 6.*
i *gale. l. de typis. c. 4.*
† *gal. de atra bile c. 3. & l. 2. de natur. fac. c. 9.*
y *gal. 2. de differ. feb. c. 5. & l. 2. de criſi. cap. 4.*

contrahitur ex eiuſmodi æſculentis & poculentis. Accedunt iuuantia et lædentia, cum atra bilis cauſa eſt quartanæ magis iuuant *a* refrigerantia & madefacientia, magis nocent quæ calefaciunt aut ſiccant, quam ubi quartana oritur ab humore melancholico. Effecta hoc eſt ſymptomata b mitiora ſunt in quartana illa, quam affert humor melancholicus, quam in ea quam atra bilis: febris: item hæc aſperior eſt quam illa, ſed multo magis aſpera eſt ubi uratur flaua bilis, aut humor melancholicus, quam ubi ſanguis aut pituita: quamquam non deſunt notæ aliæ monſtrantes hunc aut illum humorem uri: nam licet cauſa urens eadem ſit nimius uidelicet calor, alii tamen homines alio abundāt humore, in unoquoque autem uritur ille quo redundat. Symptomata, quæ ſequuntur quartanam febrem, omnia ſub ſenſum cadunt ueluti dolor, ac tumor *c* lienis, & rigor ille, quem deſcripſimus. Euentus in quartana febre expectari *d* ſalubris debet cum non ſolum non ſit continua: ſed etiam plurimum temporis intermittat, interdum adeo *e* ſalubris eſt ut ſoluat alia mala ueluti neruorum diſtentionem, & morbum comitialem; ſi quando autem ad hydropem *f* terminatur & perniciosa eſt, id non tribuendum eſt ipſi, ſed tumori lienis qui cū ea iungitur: ubi autem continua fuerit uel ita multiplex ut aſſidue ægrotantem alioquin languidum uel in ſenili ætate conſtitutum infeſtet, meritò tunc temporis de uita ægrotantis dubitandum eſt. Tempus longum eſt nam quartana omnium febriū longiſſima eſt, æſtiuæ tamen breues inquit Hippocrates g ſi cōferantur cum autumnalibus, authyemalibus, prorogatur enim tempus ob aerem frigidum. Via qua ſanatur eſt uel paulatim per coctionem, uel per ſudorem, ſi non paulatim non tamen ſubito: ſoluitur interdum uel per urinam uer per *h* abſceſſum, uia interitus eſt quod uires diſſoluantur, uel quod ob tumorē lienis ut diximus ſequatur *i* hydrops.

a *Trallian. l.12.cap.8.*

b *trallian. ibidem.*

c *Gale. p.ad Glauc. cap. 6.& l.de typis.c.4.*

d *Hipp.3.p. epid.4.*

e *Hippoc. 5. aphor.71.*

f *Gale. l. de typis c. 4.*

g *Hippoc.2. aphor.25.*

h *Hippoc.& gale. 4. 6. epid. tex. com.2.*

i *Galen. l.de typis. c.*

Poſtulat quartanæ curatio ut habeamus rationem uirium eo magis quam aliæ febres, quò diuturnior eſt, nec poſſunt illæ ſuſtineri * tamdiu uictu tenuiſſimo, aut etiam tenui quemadmodum in morbis aut acutis aut etiam minus longis. primum igitur danda opera eſt ut conſeruentur uires, deinde ſpectandum eſt ad res præter naturam, quæ ſi alimentum reiiciāt, quo uires ſuſtineri debent id quod efficit cauſa nimirum putreſcens

* *Hippoc. p. aphor.4.*

ſcens humor, magis ſpectandum eſt ad uires quam ad cauſam, ex rebus autem præter naturam ſymptomata leniēda ſunt quemadmodum poſtremo declarabimus. Morbus hoc eſt febris deſiderat *a* refrigerantia & madefacientia. proxima cauſa hoc eſt putredo, *b* partim concoquentia partim detrahentia. prohibitus perſpiratus atque obſtructio, partim detrahentia partim incidentia atque extenuantia; quod ſi hæc opera omnia inter ſe cōferamus, comperiemus non minus tribuendum eſſe ei, quod requiritur à morbo quam illis quæ à cauſa: febris enim ualidior eſt media quodammodo inter quotidianam & tertianam. in tertiana enim longe magis ſpectandum eſt ad morbum quam ad cauſam, in quotidiana magis ad cauſam quam ad morbum, in quartana æqualiter ad utrunque, aut paulo magis ad unum quā ad alterum. cum dantur ea quæ morbum ſanant cauendum ne cauſam augeant, & cum adhibentur ea quæ attinent ad *c* cauſam uidendum ne exaſperent morbum. ſed cum cauſa proxima poſtulet uel concoquentia uel *d* educentia ſtatuere oportet utris utendum magis ſit, diſtinguere autem oportet & materiam & putredinem: materia ſi ſimpliciter ſit humor melancholicus concoqui poteſt & interdum ad naturalem ſtatum redigi; ſin atra bilis uſta penitus exhaurienda eſt: neque enim poteſt amplius concoqui, quod eſt aliquo modo elixari: aſſum enim non reuertitur ad elixum; ita ut neceſſario educi debeat quod non euenit humori melancholico, qui non eſt neceſſario exinaniendus cum coctionem admittat. Putredo ſi ex toto facta eſt detractionem duntaxat *e* requirit; ſin ueluti ſemiputredo quædam ſit concoqui etiam poteſt humor ſemiputris & ad naturalem ſtatum redigi, neque neceſſe eſt exhauriatur. multitudo *f* obſtruēs ſola detractione curatur, humores uerò qui quòd craſſi ſint & glutinoſi obſtructionem afferunt; extenuandi atque incidendi ſunt: quod opus non tantum ſpectat ad obſtructionem tollendam ſed ad educendum: eo. n. facilius *g* educuntur humores quò magis fluunt & ad facilitatem coctionis: calor enim cōcoquens facilius permeat per ſubſtantiam tenuiorem & minus glutinoſam. quo fit ut ueteres medici quartanæ febri *h* potiſſimū extenuantib. atque incidentib. medeātur. Cauēdū tn̄ eſt ne ſub his ob calorē aut *i* ſiccitatē augeatur febris, aut † exaſperet humor, ī quo illa reſidet; quāobrē nō utēdū eſt ualidis niſi cū calor

a *Galen. l. x. meth. c. x.*
b *Gal. l. xi. meth. c. 4.*
c *Gale. p. ad Glauc. cap. xi. & l. xi. meth. cap. x.*
d *Galen. l. xi. meth. c. 8.*
e *Gal. l. xi. meth. cap. 8. & x.*
f *Gal. ibidem*
g *Gal. 2. aphoriſm. com. 9.*
h *Gale. p. ad Glau. c. xi.*
i *Gal. xi. meth. c. x.*
† *Gale. p. ad Glauc. c. xi.*

a *trallianus l.12.cap.8.* lor deferbuit,& cum ipſa materia putreſcens non eſt *a* atra bilis uſta ſed humor melancholicus, maxime uerò abſtinendum *b* eſt ab aceto,quamuis alioquin ægregiam habeat uim extenuandi,cum fermenti modo in atra bile,& humore melancholico bullas excitet:reliquis exten uantibus ualidis,quæ calida ſunt utemur poſt uigorem & ubi humor non ſit uſtus ante remiſſionem; & cum atrabilis in qua uerſatur quartana *c* uſta eſt, contenti erimus lenioribus: maxime oportuna ſunt ea quæ madefaciunt,proſunt .n. febri atq; humori concoquendo,& cum diluant & tenuius reddant id, quod craſſum eſt, reddunt humorem magis idoneum qui detrahatur & minus obſtructioni aptum.Inſtrumenta, quibus perficiuntur opera hæc, iam tempus eſt ſubiicere:, utemur ad refrigerandum & madefaciendũ uictu frigido , & humido in ſex rebus non naturalibus qualem *d* ſupra deſcripſimus in curandis febribus in uniuerſum ab humorum putredine ortis: maxime autem ad morbum accommodãtur cibus & potio egregie madefaciens ; ſed à cauſa parum deſideratur ut cremor ptiſſanæ,piſces ſaxatiles,aues montanæ,pulli gallinacei, oua: reiicitur *e* autem caro ſuilla quòd nimis glutinoſa ſit, reiiciuntur,quæ inflant atque adſtringunt,potio idonea eſt uinum album tenue moderate calefaciens præſertim in quartana quæ oriatur ab humore melancholico,nam in ea quã affert atra bilis tutius eſt exhibere aquam,in qua hordeum bullierit cum zulapio uiolaceo.Præter uictum ualent ad refrigerãdum ac madefaciendum medicamenta ut ſyrupus quem dicunt uiolatum, aut ex pomis, ex luppulis, ſiue ex fumo terræ, aut etiam ex intubo cum aqua in qua bullierit hordeum , intubus, uiola,fumus terræ. balneum *f* aquæ dulcis magis ſub uictu quã ſub medicamentis continetur ualet autem ad refrigerandum & madefaciendum,præterea ad concoquendum & educendum ſudorem, tunc autem conuenit cum apparent ſigna coctionis. Ad concoquendum uerò habita ratione caloris , conuenit etiã ſomnus, quies, tranquillitas, ſed habita ratione materiæ maxime idonea ſunt ut ante oſtenſum eſt quæ madefaciunt. Quod ſpectat ad extenuandum uitabimus ſemper acetum *g* ut paulo ſupra diximus & idcirco etiam oximel, ante remiſſionem uerò & cum humor melancholicus & cum atrabilis uſta eſt, fugiemus acria & contenti erimus madefacientibus ut larga potione

b *Hipp.l.3. acut.cap.de oximelle.*

c *Trallianus l.xii. cap.8.*

d *Supra l. 4. cap. 2.*

e *Gal. p. ad Glauc.c.11.*

f *Gal. ibid. Syr. de fumo terre impro bare à Montano quoniã abſtergit lib. de characteriſmis feb. cap.14.pag. 45.a.*

g *Hippoc.3 acut.cap.de oximelle.*

ne

ne uini tenuis diluti, aut iure pulli gallinacei, ac ſerapiis, ac de coctis paulo ante relatis; ſed poſt uigorem utemur ualide *a* ex tenuantibus atque incidentibus præſertim redundante humore melancholico, cuiuſmodi eſt dioſpoliticum diacalamentum, diatrionpipereom, theriace, *b* mytridatũ, ſuccus cyrenaicus atq; alia huiuſmodi uehementia quæ, ſi dentur in initio, quartanam magis duplicant quam ſoluunt. Quòd attinet ad detrahendum ſecãda *c* uena eſt ubi cũ uiriũ robore humor melãcholicus mixtus eſt cũ magna copia ſanguinis: permittẽdũ aũt eſt tũc cũ exit craſſus & niger ut abũde effluat. Vtiliter ẽt admouẽtur ſanguiſugæ ad uenas ani ad quas *d* natura ſolet eiuſmodi ſanguinẽ detrudere. Vomitus *e* initio acceſſionis cõuenit præſertim cũ pituita ac cruditates redundant, ſed cõuenit ẽt poſt cibum. aluus ſoluẽda eſt leni aliquo humore in inteſtina per clyſterẽ iniecto. Purgatio humoris melancholici non tota ſimul cõuenit ſed paulatim, *f* oportet. n. uiciſſim extenuare atque incidere & purgare, catharctica idonea ſunt epithymũ, polipodiũ, ſena, ueratrum nigrũ, diaſena, diacatholicũ, confectio hamec, electuarium epithymi, pillulæ ex fumo terræ, inde, ex lapide lazuli, ſiue etiã ex lapide armeno. Proceſſu tẽporis cõueniunt cum materia cocta eſt quæ & urinam *g* & ſudorem euocent ſuperius à nobis relata in curatione in uniuerſum. Symptomata quibus ſuccurendũ eſt ſunt potiſſimũ dolor lienis & rigor, lenitur dolor lienis fomẽtis relaxãtibus *h* cum quib⁹ miſcere oportet aliquod adſtringẽs ueluti roſã, abſinthium, pypociſtidẽ ut ſeruetur robur uiſceris, quod utiliter inungitur oleo ex capparibus, ſiue ex fraſſino, cũ quibus præterea oleis emollitur unguentũ ſpleneticũ, unguentũ Altheæ, ſiue ẽt emplaſtrum ex meliloto quod appellãt, & uiſceri dolẽti ſuperdãtur. Rigor poſtulat calefacientia quæ adhibenda ſunt uel antequã incipiat uel cũ iam ſentitur; datur intus allium cum melle, aut medicamẽtum ex ſucco cyrenaico, aut caſtorio, uel bitumine Iudaico. Extrinſecus inungitur oleum aliquod calidum ut anhetinum, coſtinum, laureum ſiue de agreſti cucumere, aut ẽt in quo ros marinum bullierit quibus uniuerſa ſpina, ſcapulæ ac brachia utiliter liniuntur. Quæ ſpeciatĩ dicẽda erãt de febribus humor putredinẽ ſequẽtib. habeãt hũc terminũ.

a *Galen⁹ p. ad Glauc. c. xi.*
b *Gal. ibidem*
c *Hipp. 6. aphor. xi.*
d *Gale. p. ad Glauc. c. xi.*
e *Gal. ibidem*
f *Gal. ibid.*
g *Gale. l. xi. met. cap. 16*
h *Gal. l. de rigore. c. 7.*

Finis Quinti Libri de Febribus Vidi Vidij.

VIDI VIDII DE FEBRIBVS.

LIBER SEXTVS.

QVI EST DE FEBRIBVS SPVRIIS Compoſitis, & Peſtilentibus.

Quæ differentiæ febrium tractentur in hoc libro. *Cap. I.*

VIS eorum, quæ compoſita ſunt, non prius conpræhenditur quam perſpecta fuerint *a* ſimplicia ex quibus componũtur: quis enim cõfectionis facultatem teneat niſi ante *b* exploratum habeat quid poſſint ſimplicia medicamenta ex quibus conficitur? eadem eſt ratio morborum, eadem & cauſarum ubi aut hæ aut illi inter ſe copulentur; neque enim extimari poſſunt niſi ſeparatim prius perpendantur. Quamobrem nos in tractãdis febribus illis, quæ humorum putredinem ſequuntur, ante ſimplices ſpecies unà cũ ſimplicibus cauſis perſequi uoluimus, deinde tranſire ad compoſitas; licet autem, priuſquam eas perſequeremur, de differentiis in uniuerſum dixerimus; diſtulimus tamen in hunc locum nonnullas ex ipſis, quæ cum compoſitione quadam contineantur, debẽt ex ſimplicibus colligi: huiuſmodi ſunt febres ſpuriæ, & illæ quæ proprie dicuntur compoſitæ, quòd plures ſimul euidenter, iungantur; præterea peſtilentes, ac prauæ quæ longiorem per ſe tractationem deſiderant, de his ergo omnibus hoc libro uberrime diſſeremus ſumpto initio à ſpuriis.

a Galen. p.l. ſimpl. c.24.

b Gal. 7. catatop. ca.p.

De Febribus ſpuriis. *Cap. II.*

QVatuor febrium ſpecies, quas ſuperiori libro tractauimus cum à ſincero humore fiant, ut ſynocha à ſanguine,

tertiana.

tertiana à flaua bile, quotidiana à pituita, quartana ab humore melancholico putreſcente nominantur exquiſitæ. eædem ſi oriã tur ab humore non puro ſed mixto dicuntur ſpuriæ; quod vſu venit ẽt tumoribus præter naturam; qui tunc exquiſiti ſunt cum fiunt ab vno humore ſincero, vt inflammatio à ſanguine, eryſipe las à flaua bile; oedema à pituita, cancer ab humore melancholico; ſed ſi humor, à quo fit *a* quiuis ex propoſitis tumoribus, cũ altero mixtus ſit, tumor non erit exquiſitus ſed ſpurius. nunc igi tur propoſitæ nobis ſunt febres ſpuriæ, quarum natura quodã modo compoſita eſt: continetur.n. febris ſpuria maiori ex parte calore illo quem affert putredo exuperantis humoris, ſed aliqua ex parte ẽt eo quem efficit alter humor, qui cum exuperãte mixtus putreſcit ita vt quodammodo compoſita ſit ex duplici febre, ſicuti compoſitæ ẽt ſunt cauſæ. at compoſita ẽt ſunt *b* ſymptomata. eadem eſt ratio cognitionis: indicia.n. ex quibus colligitur ſpuria febris compoſita ſunt & mixta, magiſq; referũtur ad ſigna illius cuius ſpuria magis eſt particeps. euentus, tempus, & via ſimiliter mixta ſunt, mixta item opera & inſtrumenta quæ ad curationem *c* pertinent. Quò autem febris minus ſpuria eſt, eo magis omnia hæc ſimilia ſunt his quæ ad exquiſitam ſpectant: quantum recedit ſpuria ab exquiſita, tantum recedunt ea omnia quæ in ipſa attenduntur ab his, quæ in exquiſita febre animaduertimus, nunc declarabimus febres omnes ſpurias exẽplo vnius tertianæ poſito.

a *Galen. l. 14. meth. c. 2.*

b *Galen. p. ad Glauc. c. 8.*

c *Galen. p. ad Glauc. c. x.*

Tertiana febris ſiue intermittat ſiue continens ſit põt eſſe ſpuria, agemus de intermittente, finge hanc à putredine flauæ bilis in qua aliquid pituitæ mixtum ſit ortam eſſe; calor quo continetur, eſt multum acris & parum fumoſus non tamen vt in tertiana exquiſita, ſed paulo minus acris & paulo magis fumoſus; circuitus ſimiliter tertianus eſt, acceſsio *d* longior, neq; .n. eſt duodecim horarum dnntaxat, ſed interdum ẽt trahitur vſq; ad quadraginta: incrementum non ita celer eſt, neq; ita æquale vt in exquiſita, ſed minus celer, minus æquale. Calor neque primo contactu ſtatim, neq; etiam poſt longum tempus acrem ſe oſtendit, ſed paulo poſt quam manum admoueris. Cauſa proxima tertianæ ſpuriæ eſt flaua bilis putreſcens, non tamen ſincera, ſed cui adiunctum eſt plus minuſue pituitæ. Cauſæ quæ proximã hanc efficiunt, ſunt quæ procreant flauam bilem copioſam cum

d *Gale. l. 2. de diff. feb. c. 8. & p. ad Glauco. c. 8.*

aliqua parte pituitæ, effectrix videlicet, hoc eſt calor viſcerũ ope caloris externi non ita validus, vt qui flauam bilem ſincerã efficit, & materia æſculentorum & poculentorum non æquæ calida & ſicca vt quæ generat flauam bilem ſinceram: ſed mixta ſimiliter, & inæqualis, quamquam maiori ex parte idonea, quæ conuertatur in flauam bilem. Symptomata eadem ferè ſunt, quæ in tertiana exquiſita, ſed paulum remiſſa, vt rigor principio acceſſionis cum minori concuſſu ac minori ſenſu *a* pungentiũ: ita vt horrorem potius referat; ſitis magis tolerabilis; vigilia quæ facilius expugnatur, affectus præter naturam non tantum iecinoris ſed ventriculi ẽt. Recognoſcitur in ægrotante tertiana ſpuria, ſenſu quidem, quòd calor paulo minus acris & magis fumoſus percipitur & diutius *b* manet acceſſio quam in exquiſita, neque enim ſolummodo trahitur ad duodecim horas ſed interdum etiam ad quadraginta; ratione verò, ex cauſis, vt ex flaua bile putreſcente mixta, cum pituita cuius redundantiam conijcimus ex cauſis antegreſsis, à quibus generari potuit, atq; ex effectis quæ mixturam vtriuſque ſucci paulo poſt referemus conſequi. Pertinet ad hoc coniectura illa Archigenis *c* ducta à ſimiliter vagantibus, quòd eò tempore uerſentur in alijs tertianæ ſpuriæ; tum ex his quæ proſunt aut obſunt, magis. n. iuuant & minus nocent ea quæ ſpectant ad cauſam quam in tertiana exquiſita in qua potiſsimum ſpectabatur ad morbum. ex effectis ut ex actionibus læſis, monſtrant enim tertianam ſpuriam, ſymptomata illa quæ ſuperueniunt exquiſitæ, ſed magis remiſſa vt paulo ante monſtrauimus. Ex futuris euentus qui in tertiana exquiſita ferè ſalubris eſt, in ſpuria ſæpe periculoſus impendet; quòd longior ſit *d* & diuturnitate temporis vires debilitentur. quòd item neque ars neque natura ita facile ſuperet humores compoſitos ſicuti ſimplices putreſcentes, cum diuerſam opem poſtulent. Docet Hippocrates *e* malos eſſe multos colores deiectionis, varios enim notant humores & morbum difficiliorem; quamuis non præſtet humorem omnino eſſe purum & nullo pacto dilutum, cum ſic ẽt ægrius vincatur: ſatius tamen eſt eſſe vnum humorẽ dilutum quam plures, ſed ſuperatur difficultas omnis ubi uires valeant, & ars oportune occurrat. Tempus quo finitur tertiana ſpuria multo longius *f* eſt quam quo exquiſita, quam diximus longiſsimam eſſe vbi peruenit ad ſeptimum circuitum; ſpuria enim

a *Galen. p. ad glauc. c. 8.*

b *Gal. ibid. et 2. de diff. feb. cap. 8.*

c *gale. 2. criſium. c. 3.*

d *galen. p. ad glauc. c. 8.*

e *Hippo. 4. apho. 21.*

f *galen. p. ad glauc. c. 8.*

enim interdum ad ſextum menſem prorogatur, eò aũt diuturnior timenda eſt, quò plus mixtum ſit pituitæ craſſæ & glutinoſæ cum flaua bile. Via ſanationis eſt ſudor & ſanguis ex naribus: minus tamen quam in exquiſita magis.n.ſoluitur alui profluuio, vrinæ copia, aut abſceſſu. Via interitus eſt quòd partim à calore, partim à putredine & ſymptomatibus vires conuellantur & deficiant; quod etiam non rarò contingit quia duplicatur ſuper ueniente altera ſimili febre, vel deteriori facta putredine in febrem mali moris, ac uel peſtilentem, vel ei admodum proximã conuertatur. Opera & inſtrumenta quibus medemur tertianæ ſpuriæ tantum recedere debent ab illis quibus vtimur ad exquiſitam, quantum illa recedit ab hac; ſpectare enim ſimul ad pituitoſam febrem eatenus oportet quatenus pituita admixta eſt cum flaua bile. poſtulat tertiana exquiſita magis refrigerantia & madefacientia quam detrahentia bilem; contra febris pituitoſa magis quæ pituitam exinanire poſſint, quam quæ febri refrigerando & madefaciendo occurrant, maxima ergo in ea habetur ratio morbi, parua cauſæ, in ſpuria neceſſe eſt ſimiliter maiorem habere rõnem morbi, ſed cauſæ quoq; non mediocrem: requiruntur.n.& tolerantur medicamenta *a* non tantum quæ uaria via educant putreſcentem & ſuperantem humorem, ſed etiam quæ ipſum extenuent atq; incidant; quibus vti licet paulo ualidioribus, quam ad exquiſitam. Ratio uictus etiam minus frigida & humida conuenit in ſpuria in ſex rebus non naturalibus, tum copia *b* cibi maior cum morbus diuturnior ſit, neq; poſſint vires inedia ſuſtineri. Quamobrem cum ptiſſana miſcendũ eſt mel, piper, panis conuenit decoctus in iure pulli gallinacei, in quo iacuerint, aut feruuerint pulegium, ſerpillum, timum, origanum & aliæ ſimiles ſtirpes, quæ uim habeant incidendi & extenuandi: conueniunt & eiuſmodi pullorum carnes præſertim elixæ. In potu ante uigorem exhibenda eſt mulſa, ſiue decoctũ coriandrorum, aut etiam cinamomi. in remiſſione tranſeundum eſt ad uinum tenue & odoratum. Ad detrahendum ſuperantem & putreſcentem humorem vtemur *c* venæ ſectione; ſed proceſſu temporis ẽt cũ iam concoquitur purgatione per catharctica, quæ ſimul educant flauam bilem & pituitam, rhabarbaro videlicet atq; agarico, diaphinicone, & electuario ex roſarum ſucco, & alijs ſimilibus quorum ſilua maxima eſt. Prius tamen

a *galen.p. ad glauc. c.x.*

b *gal.ibid.*

c *gal.ibid.*

vterq; humor ſimul mixtus parari debet per ea quæ vtrumq; reſpiciant qualia ſunt ſerapium acetoſum ſimplex, oximel item ſimplex, ſerapium ex cicorio, oxiſaccharum, de duabus ſiue etiam quinq; radicibus addito aceto; vnà cum aqua in qua ſtirpes aut etiam radices bullierint, quæ eadem facultate prædit æ ſint. Vbi

a Gale. ibid. multitudo imminuta erit & materia cocta dabimus ea quæ *a* vrinam & ſudorem euocent, veluti decoctum radicum aſparagi, fæniculi, apij, petroſelini, glicirizæ, camomeli, camedrios, & aliorum quæ ſuperius in curatione tertianæ & quotidianæ febris copioſius retulimus. Symptomata eum leuiora ſint in ſpuria quam in exquiſita tertiana minus egent lenientibus: ijſdem tamen leniri poſſunt, quæ ad exquiſitam tradita ſunt.

De Febribus compoſitis. Cap. III.

A Febribus ſpurijs non multum illæ diſtant, quæ compoſitæ ſunt: quæ enim in vtriſq; attenduntur ſimplicia non

b Galen. 2. de diff. feb. c. 7. & 8. ſunt ſed mixtam quodammodo naturam habent & compoſitam: eò tamen differunt quòd vbi febres ſpuriæ ſunt poſſunt eſſe vnæ: quod non euenit ubi compoſitæ nam plures tunc *b* ne-

c gale. l. p. ad glauc. c. 4. et 4. aph. com. 73. ceſſario ſunt: nunc agendum nobis eſt de compoſitis: quæ facile intelligentur ſi ea memoriter teneantur, quæ dicta ſunt de ſimplicibus. Ergò febres illæ, quæ humorum putredinem ſequuntur, interdum iunguntur cum inflammatione, interdum

d gale. l. 2. de diff. feb. c. 7. & 8. cum alijs febribus, illæ ſymptomata à veteribus *c* dicebantur, quas tractabimus in curatione membratim: maxime enim pertinent ad certas corporis partes; hæ, quæ ſine inflammatione

e gal. l. 2. criſium. c. 9. ſunt, proprie nominabantur febres. ipſæ nunc nobis tractandæ proponuntur compoſitæ cum alijs febribus, ſiue *d* alterius,

f Supra. l. p. c. 9. & gal. p. de diff. feb. c. p. ſiue eiuſdem *e* generis, ſiue eiuſdem, ſiue diuerſæ ſpeciei, tũ ſiue omnes continuæ, ſiue oẽs intermittentes, ſiue aliquæ continuæ, aliquæ intermitentes: poſſunt .n. & quæ eidem, & quæ diuerſæ ſpeciei ſubijciuntur, uel ijſdem, uel contrarijs differentijs diſtin-

g gale. p. de diff. feb. c. x. & l. 3. de præſa. pulſ. cap. 3. gui. Genera febrium tria propoſuimus *f* pro triplici genere ſubiectæ materiæ, ſi quidẽ uerſantur aut in partibus ſolidis ſicut ethicæ, aut in ſpiritibus ſicut diariæ, aut in humoribus ſicut illæ, quæ oriuntur à putredine nunc nobis propoſitæ. iunguntur hæ interdum cum febre alterius generis ueluti cum hæctica, *g* interdum

eiuſdem

eiuſdem veluti cum plures ſimul concurrunt ortæ ab humorũ putredine; ſed cum quatuor ipſarum ſpecies eſſe declarauerimus,ſynocham videlicet,quam excitat ſanguis putris,tertianam quam flaua bilis,quotidianam quam pituita, quartanam quam humor melancholicus,copulantur inter ſe ſæpius febres eiuſdẽ ſpeciei,vt duæ aut tres *a* tertianæ,vel quartanæ, *b* aliquando tamen & diuerſæ ſpeciei ut tertiana *c* & quotidiana quemadmodum in hemitriteo,vbi concurrit tertiana intermittens cũ quotidiana continente : quamquam concurrunt interdum plures continentes,aut plures intermittentes *d* ſimul. harum febrium compoſitio cum diuerſis horis ægrotantem inuadunt ἐπιπλοκὴ *e* quaſi complexio quædã appellatur;vbi eadem hora hominem vexent nominatur κρᾶσις, hoc eſt mixtura ſeu temperatio. dupliciter aũt poſſunt eadem hora inuadere, uel quod ita incæperint & perſeuerauerint,vel quòd ex his quæ diuerſis horis inuadũt, aliæ præueniant, aliæ tardentur. adeo vt aliquando in vnam & eandem horam incidat vtriuſq; initium. Quæ diuerſis horis inuadunt facilius *f* diſtinguuntur; quæ eadem hora magis confuſæ ſunt præſertim ſi ipſarum initia in vnum atq; idem tempus incidant. Quod ſi copulentur hæ febres cum alijs diuerſi generis, vt cum hæctica,qua rõne & dignoſcantur & curentur enarrabimus cum explicauerimus febres hæcticas ; neq; .n. intelligi poteſt vis rerum compoſitarum (vt in ſuperioribus g diximus) niſi prius ſimplicium natura perſpecta fuerit. at ſi plures iungantur inter ſe eiuſdem generis , ita ut oẽs oriantur ab humorum putredine aut ſunt eiuſdem ſpeciei,aut alterius, ſi eiuſdem,neceſſe eſt diuerſis horis inuadant,nam eadem hora vna eſſet febris duntaxat;ſed ſi diuerſis horis,plures erunt,eadem aũt erit natura oĩum quod attinet ad calorem,ab eadem cauſa orientur, ſuperuenient eadem ſymptomata,eodem modo & ſenſu & mente præſentia compræhendentur,niſi quòd reuertentur diuerſis horis *h* & iterabuntur. Euentus erit magis periculoſus. Tempus longius ſi ſequi debet ſalus,breuius ſi interitus. Via & ſalutis & interitus eadem erit ac ſi vna eſſet febris. Sed ſi iungentur diuerſæ ſpeciei febres,ueluti tertiana cum quotidiana poterunt & diuerſis *i* horis & eadem accedere; ſi diuerſis horis apparebit diuerſus calor * vt alijs valde acris , & parum fumoſus alijs parũ acris & ualde fumoſus: quod ſi eadem hora concurrant erit ca-

a *Gal.l.2.criſium.c.9.*
b *Galen.p.ad Glauc.c.xi.*
c *Gal.2.đ diff. feb.c.7.et 8.*
d *Galen.2.de diff.feb.c.8.*
e *Galen.2. de diff.feb.c.7.*
f *Gal.ibid.*
g *Supra ĩ hoc l. cap. p.*
h *Gale. 2.criſium. c.9.*
i *Gale.l.2.de diff.feb.c.7. & 8.*
* *Gal. ibid.*

lor inæqualis mixtus & quaſi compoſitus. Cauſæ, ſiue eadẽ hora ſiue diuerſis inuadãt, ſunt duo humores diuerſis locis putreſcẽtes; ut in uno flaua bilis in altero pituita. Symptomata diſtincta ſunt ut tertianæ & quotidianæ, ubi diuerſis horis *a* inuadãt, ubi eadem, mixta & confuſa. Cognoſcuntur diuerſis horis inuadentes unaquæq; ſuis indicijs ſuperius enarratis: ubi eadem hora indicia confuſa ſunt. Euentus magis periculoſus eſt ubi febres diuerſi generis ſunt, ſi cætera paria ſint, quam ubi eiuſdem ob uarietatem humorum. Tempus etiam longius eſt. Via uaria & ea quam cuiq; humoris ac febris ſpeciei tradidimus aptari. Ratio curandi compoſita eſſe debet ex ea quam ad unam, & ex ea quam ad alteram ſcripſimus febrium ſimplicium: magis autem ſpectare oportet ad eam quæ grauior eſt. Hæc, quæ de febribus compoſitis in uniuerſum dicta ſunt, magis perſpicua erunt ſi poſito uno hemitritei exemplo pateſiant.

a *Gal. locis dictis & l. 2. criſium c. 9.*

De Hemitriteo. Cap. IIII.

APpellatur à Græcis ἡμιτριταῖος, febris compoſita *b* ex tertiana & quotidiana. ſignificat ἥμι, id quod latini dicunt ſemis, unde nominant ἡμίθεον ſemideum & ἡμίονον ſemiaſinum, hoc eſt mulum interdum tamen uſurpatur uocabulum ἡμι ad ſignificandum non dimidium: ſed totum & alteram partem ut ἡμιόλιος, *c* quo modo uidetur ſignificare hemitriteus tertianã totam & alteram partem manet enim tertiana exquiſita duodecim horas, adeo ut illa, quæ prorogatur ad decem & octo, contineat totum tempus duodecim horarum & alteram partem; quamque accipitur à quibuſdam hemitriteus pro tertiana longiore *d* ſiue occupet decem & octo horas tantum, ſiue uiginti quatuor, ſiue triginta ſex, aut etiam quadraginta octo. Accipitur tamen apud Hippocratem *e* hemitriteon, non ſimpliciter pro tertiana producta, ſed pro febre continente, acuta, mortifera, horrifica, in qua ſcilicet diebus imparibus multiplex accidit horror; qui finitur & rurſus renaſcitur adeo vt eiuſmodi dies maxime moleſti ſint, ſed dies pares leuiores ſunt, in quibus febris tantum cum frigore incipit, aut etiam cum modico horrore, qui vbi ceſſabit eodem die non amplius repetit. Hanc febrem ſcribit Hippocrates *f* vocari hemitriteum, quam dicit

b *Galen. 2. de diff. feb. c. 8.*

c *gale. de Typis c. 4.*

d *gal. ibid.*

e *Hippo. p. p. epid. 23. & 3. p. epid. 5.*

f *Hipp. locis citatis.*

eſſe continuam,& non intermittentem, non quò non poſſit etiam eiuſmodi febrium compoſitio intermittere,ſed minus proprie dicetur hemitriteus. neceſſe eſt autem eam quam deſcripſit Hippo. componi ex tertiana & quotidiana non quidem ex ambabus intermittentibus,quia non eſſet febris continens,non ex ambabus continentibus quia non eſſet horrifica, ſed neceſſe eſt vnam eſſe *a* continentem alteram intermittere, cumque tertio quoq; die reuertatur ille multiplex horror, neceſſe eſt tertianam eſſe illam quæ intermittit:& idcirco quotidianam eam quæ continens eſt; reuertitur hæc quotidie cum frigore aut modico horrore & paribus diebus,quò ſola eſt, non ſentitur multiplex horror, neq; ita magna moleſtia,ſed dies impares *b* longe moleſtiores ſunt; quòd præter quotidianam ſuperueniat tertiana cuius rigor in horrorem degenerat, quòd uis illa vehemens flauæ bilis remittatur à pituita. Reuertitur autem ſæpe eodem die horror quòd flaua bilis accendatur & ſuperet pituita & ita ceſſet horror & non perſeueret ſed paulo *c* poſt ſuperueniat quòd vincatur flaua bilis à pituita & calor contrahatur: quod cum ſæpius accidat neceſſe eſt imparibus diebus multiplicare horrorem & quieſcentem rurſus excitari, adeo vt vix eo die febris ad vigorem perueniat & accendatur ex toto flaua bilis ac ſuperet pituitam. augentur autem circuitus hemitritei in dies dum perueniatur ad vigorem. Poſſunt hæ febres tertiana ſcilicet intermittẽs&quotidiana cõtinua vel à primo *d* die incipere eadẽ hora, ita vt miſceantur & quodammodo inter ſe confundantur taleſque reuertantur vſque ad vigorem; at poſſunt etiam eædem febres diuerſis horis hominem præhendere, ita vt diſtinctæ ſint & non confuſæ, ſed confundantur in vna acceſſione tantum, ſi una anteuertat & altera tardetur, aliquando enim in vnam & eadem horam incident ambæ & confundentur, eritque ea ſola acceſſio hemitritei, cum aliæ diſtinctæ ſint & nõ confuſæ. Cauſa hemitritei eſt putredo pituitæ in uenis, quæ quotidianam continuam, & flauæ bilis extra uenas, quæ tertianam intermittentem efficit. Contrahuntur humores hi contrarij à cauſis contrarijs vt flaua bilis à calore & ſiccitate, pituita à frigore & humore: quæ quidem poſſunt uel diuerſis temporibus contrariæ corpori noſtro euenire & ita contrarios ſuccos procreare,ſed poſſunt etiam eodem tempore, nam euenit

a *galen.2. de diff. feb.8.*

b *Hippo.p.p. epid. 23.*

c *galen.2. de diff.febr.8.*

d *gale.2.l. de diff. feb.c.7.*

nit interdum vt ventriculus frigidus ſit & pituitam contrahat, quo tempore calidius iecur auget flauam bilem; quid quòd exſculenta & poculenta poſſunt ſimul contraria ſumi? vt alia, quæ calida ſint & ſicca apta ad flauam bilem contrahendam, alia, quæ frigida & humida, ad pituitam. Romæ *a* ſcribit Galen. frequentiſsimum eſſe hemitriteum vbi inæquales & contrariæ cauſæ inter ſe concurrunt. Symptomata, quæ ſequuntur hemitriteum ſunt maxime multiplex *b* ille horror, quem diebus imparibus accidere diximus, tum ſitis ob vim flauæ bilis, ſomnus grauior ob vim pituitæ, animæ defectio quòd vtraq; *c* mordere poſsit os ventriculi. Recognoſcitur in homine ægrotante hemitriteus ſenſu, tactu enim percipitur calor aſsiduus qui quotidie reuertitur, ſed imparibus *d* diebus cum multiplici horrore, paribus vero cum frigore duntaxat, aut cum modico horrore ſemel tantum inuadente, ita vt non difficile ſit hemitriteũ ſenſu iudicare: quamquam poteſt etiam conijci ex cauſis vt ex flaua bile extra venas & pituita in venis putreſcente; ex communiter vagantibus quòd alij ęgrotantes tunc hemitriteo laborēt; ex his quæ prodeſſe aut obeſſe tertianæ, vel quotidianæ febri mõſtrauimus; poſtremo ex effectis vt ex *e* pulſu vario, ob tertianã quidem magno, celeri, ac frequenti, ſed ob quotidianam contrario, ita ut ualde inæqualis ſentiatur; ex ſiti, ſomno, animi defectione, inæqualitate frigoris & caloris, ſudore vrina, deiectione, varijs partim ad tertianam partim ad quotidianam ſpectantibꝰ. Cauſa proxima, flaua bilis videlicet & pituita putreſcens, colligitur ex cauſis à quibus vterq; humor gignitur, tum calidis & ſiccis, tum frigidis & humidis ſiue diuerſis temporibus inciderint, ſiue in idem concurrant. huc ſpectat locus vbi eſt eiuſmodi inæqualitas quemadmodum Romæ *f* vbi hemitriteus frequens eſt. Colligitur etiam proxima cauſa ex varietate eorum quæ proſunt aut obſunt, & tandem ex effectis & potiſsimum ex his quæ detruduntur varijs ac inæqualibus, flauam bilem ac pituitam indicantibus. Symptomata ſenſui manifeſta ſunt quemadmodũ multiplex ille horror, ſitis, ſomnus grauis, animæ defectio. Euentus *g* periculoſus eſt, & ob magnitudinem ſymptomatum, & ob aſsiduitatem febris, & ob difficultatem, quam affert tam naturæ quam arti varius humor à quo febris hæc accenditur, merito igitur ponitur hemitriteus ab Hippocr. *h* in mortiferis,

a *Gal. 2. p. epid. com. 25*

b *Hipp. et gale. p. p. epid. 23. et l. 2. de diff. feb. c. 7. & 8.*

c *Gal. l. de typis c. 4.*

d *Hipp. et gale. 2. p. epid. 25.*

e *Gale. 2. criſium. c. 9.*

f *Gale. 2. p. epid. com. 25.*

g *Gal. l. de typis. ca. 4.*

h *Hippo. 3. p. epid. 5.*

plerumq;

plerumque .n. hominē abſumit: ubi tamen leuior ſit, & ſympto mata leuiora afferat & natura non omnino imbecilla ſit pollice ri ſalutem poſſumus. Tempus, quo expectare euentum debe- mus, breue eſt, cum hæmitriteus inter *a* acutas febres referatur. ſi ſequi debet interitus, quò grauior eſt morbus & natura im- becillior, eò celerius expectandus eſt; ſed ſi debet ſequi ſalus, quã uis hemitriteus ſit febris acuta, neceſſe eſt multum temporis in tercedat: finitur enim hemitriteus paucis diebus; quoniam fini tur *b* tertiana, ex qua componitur, ſed relinquitur quotidiana, quæ diuturna eſt, ita ut ſanitas non ſequatur niſi poſt longum tempus. Via ſanationis eſt uaria expulſio & flauæ bilis *c* & pitui tæ per ſudorem, urinam, uomitum, deiectionem, ut in quotidia na, & tertiana ſimul iunctis. interitus ſequitur ob aſſiduitatem febris, grauitatem ſymptomatum, uarietatem humoris putre- ſcentis. Curatio hemitritei mixta eſt ex ea quæ tertianæ, & ea quæ quotidianæ conuenit; oſtendimus *d* autem in tertiana con ſilium magis dirigendum eſſe ad febrem refrigerandam & made faciendam quam ad cauſam detrahendam. contra in quotidia- na magis ad cauſam detrahendam, extenuandam, incidendam, quam ad febrem refrigerandam & madefaciendam. In hemitri teo exquiſito cum pares ſint tertiana & quotidiana pariter ad utramque ſpectandum eſt, & idcirco non magis dirigendum cõ ſilium ad morbum quam ad cauſam, uel ad cauſam quam ad morbum. in tertiana ſpuria quamuis ægregie ad utramque con ſilium dirigatur, plus tamen tribuitur morbo quam cauſæ, quòd flaua bilis ſuperet pituitam, ſed cum inter ſe pugnant quæ mor bo, & quæ cauſæ conueniunt, cum illa refrigerare & madefacere debeant, hæc magis calefacere & ſiccare ad extenuandum, inci- dendum atque educendum, quæret quis quo pacto ſuccurrere utrique ſimul liceat? dicendum eſt, aut uiciſſim utēdũ nũc his nũc illis, aut mixtis inter ſe ita ut utriuſque uim tēperēt. Inſtru- mēta quibus ad refrigerãdũ & madefaciēdũ utimur ſunt & ſex res non naturales ad rationē uictus attinētes, & medicamēta, de bent aũt eiuſmodi eligi ut moderata ſint, ne cum medentur fe bri, nimis cauſæ uim augeant. Ad extenuandum atq; incidendũ utendũ quoque eſt partim uictu, partim medicamētis, ſed ſimi liter, moderatis ne *e* febrē exaſperēt; ualet oximel dilutũ aqua, in qua bullierit fæniculus, & anhetũ, ſyruppus acetoſus de duab. ra

dicibus,

a *Hipp. ibidem. & p.p. epid. tex. 23.*

b *Gal. 2. diff. febr. cap. 7.*

c *Gal. 3. criſium. cap. 3.*

d *Supra l. 5. cap. 4.*

e *gale. l. xi. meth. cap. x.*

dicibus, de bettonica, de biſantis ; quæ medicamenta accommodantur etiam ad mouendam urinam. ſudor euocatur relaxantibus ſiue intus datis ſiue extrinſecus admotis, maxime idoneum *a* chamomelum. Vomitus excitatur aqua *b* in qua bullierit radicula. Danda præterea ſunt catharctica quæ ſimul educāt & flauam bilem & pituitam ut hiera, cui additum ſit aliquid ſcammonii, & collocynthidis. Rhabarbari atque agarici dilutū. Diaphinicon cum electuario ex ſucco roſarum ac ſyruppo roſato ſolutiuo. Vbi deſiit tertiana ad curandam deinde quotidianam licet uti medicamentis acrioribus, quæ pituitam *c* extenuent, incidant, atque educant. Symptomata leniri debent, ut multiplex ille horror diebus imparibus, per moderate calefacientia præſertim extrinſecus impoſita ut fomenta, olea. Sitis per ea quæ refrigerant & madefaciunt, cuiuſmodi eſt potio aquæ in qua bullierit hordeum & maxime ſi ei addatur aliquid zulapi uiola cōditi. Somnus per excitantia cuiuſmodi ſunt ea quæ quouis modo dolorem faciunt & omnibus ſenſibus moleſtiam inferunt. Animæ defectio per ea quæ uires *d* reficiunt, ut per uinum tenue quod facile diſtribuatur; ſicuti & per elyſir, quod appellāt, præſertim aliquam frigidiori aqua temperatum; per ea quæ auertunt ab ore uentriculi cuiuſmodi ſunt clyſteres, ac balani ſæpius in anum inditi; aut adſtringendo ipſum confirmant ueluti oleum ex abſinthio, ex nardo, ex maſtiche, ſiue etiam ex cidoniis, quod melinum uulgo nuncupatur.

a *gal. 3. ſimplic. cap. x.*
b *gale. p. ad glauc. c. 12.*
c *gale. p. ad glauc. c. 12.*
d *gal. l. 12. meth. ca. 4.*

De Febribus Peſtilentibus, & de contagione. Cap. V.

EX differentiis febrium, quas ſeorſum enarrandas propoſuimus, reſtant peſtilentes quas Græci *e* nominant λοιμώδεις nam λοίμος peſtem ſignificat; ſunt autem peſtilentes ex his quæ communiter *f* uāgantur & plures eodem tempore occupant; non tamen omnes communiter uagantes dicuntur peſtilentes; ſed illæ duntaxat, quæ prauæ ſunt & pleroſque *g* interimunt eorum, quos attingunt. minus proprie peſtilentes dicuntur illæ, quæ aut pernicioſæ ſunt & non uagantur communiter, ut prauæ quædam febres, quæ quoſdam inuadunt; aut uagantur quidem communiter, ſed licet ſint graues, non tamen ſunt ualde pernicioſæ, quemadmodum illæ quæ cum maculis, quæ ſimiles

e *gal. l. p. de diff. febr. c. 4.*
f *gal. p. p. epid. com. p.*
g *gal. 3. 3. epid. com. 20.*

lentibus

lentibus ſunt, aut cum uariolis, uel morbillis iunguntur; quas omnes differentias nunc tractabimus. Veniant primò in mediũ illæ, quæ proprie peſtilentes, ſunt, quòd uidelicet communiter uagentur & ſimul pernicioſæ ſint. Continentur hæ acri & fumoſo calore, ut aliæ omnes, quæ putredinem ſequuntur. caloris acrimonla primo contactu non percipitur, ſed diutius tangenti ſubinde calor acriorem ſe oſtendit, contra quam in tertiana cuius acrimonia magna initio ſentitur ſed paulatim uidetur ſuperari, principio igitur cum tangitur calor tepidus uidetur in partibus *a* externis, quamuis internæ uideantur uri. quòd à Tucidide in Actica peſtilentia deſcriptum præclare interpretatur Lucretius *b* his uerſibus,

a Galen. p. 6. epid. com. 29. & l. 9. ſimplic. cap. de terra armena.

b Lucretius l. 6.

„ *Nec nimio cuiquam poſſes ardore tueri*
„ *Corporis in ſummo ſummam feruescere partem:*
„ *Sed potius tepidum manibus proponere tactum:*
„ *Intima pars hominis uerò flagrabat ad oſſa:*
„ *Flagrabat stomacho flamma ut fornacibus ignis.*

Sunt autem peſtilentes febres omnes aſſiduæ, inficit enim prauitas putredinis humores qui in uenis ſunt, neque uires ſubea ualere adeò poſſunt ut expellant ex uenis humorem noxiũ: quò fit ut numquam intermittant. Ordo circuituum quiuis eſſe poteſt; quotidianus, tertianus, quartanus, cum quiuis quatuor humorum hanc prauitatem putredinis, *c* quæ peſtilentem, febrẽ affert, poſſit contrahere. Sanguis ſi hoc pacto putreſcat celerrime uertetur *d* in flauam bilem. ita ut pro ſynocha tertianam efficiat; febres igitur peſtilentes, aut tertianæ erunt, aut quotidianæ, aut quartanæ erunt autem plerumq; tertianæ: quoniam ſunt *e* ardentes & idcirco fiunt à flaua bile: quamuis poſſunt etiam eſſe quotidianæ, & ardentes à pituita *f* ſalſa, quæ perinde ac flaua bilis excitat ſitim illam inexhauſtam ardentium febrium. rarò datur quartana continens *g* & multo rarius inuenitur peſtilens.

c Gal. p. 6. epid. com. 29

d gal. l. p. de diff. febr. c. 9

e gal. 3. 3. epid. com. 9.

f Hippoc. & gal. 4. acutor. 13.

g gale. 2. de diff. febr. c. 2

Cauſa febris peſtilentis proxima, eſt humor putreſcens, plerumque flaua bilis, interdum pituita ſalſa, interdum ſed rarò atrabilis: ſed cum peſtilentes febres ab aliis diſtent quòd pernicioſæ ſimul & communes ſunt, neceſſe eſt proximæ cauſæ hoc eſt prædictorum humorum putredini addi aliquid, quod & prauitatem efficiat & communitatem. efficit prauitatem qualitas *h*

h gal. p. 6. epid. com. 29

putredinis

putredinis,& locus ubi materia putreſcit: qualitas ad repugnantiam quandam totius ſubſtantiæ refertur talis enim eſt putredo, quæ peſtilentem febrem affert, ut non tantum exceſſu caloris & humoris, quemadmodum in aliis febribus, ſed etiam tota ſubſtantia aduerſetur naturæ noſtræ. Locus etiam ubi putreſcit humor, qui peſtilentes febres excitat, eſt dexter *a* uentriculus cordis, aut certe locus maxime cordi uicinus, in aliis febribus neque putreſcit materia in corde neque ita uicina, ſed focus in quo accenditur magis diſtat, *b* ita ut cor tantum accipiat uapores putres non materiam putreſcentem quemadmodum in peſtilente, quæ ob hanc cauſam urit etiam internas partes & in externis quodammodo tepida ſentitur; concurrit enim calor innatus ad cor, quò allicitur ſpiritus & ſanguis ex uniuerſo corpore ob eiuſmodi putredinis feruorem perinde ac ſi à cucurbitula attraheretur. Cauſa uerò cur communis ſit peſtilens febris, & multos eodem tempore præhendat eſt ſimilis differentia cauſæ afferentis eiuſmodi putredinem; nam, cum febris & putredo multorũ cõis ſit, neceſſe eſt cauſam putrefacientẽ eſſe cõem; hmõi eſt *c* aer; qui quo pacto poſſit putrefacere humores in corpore noſtro iam perpendẽdũ eſt. Duplici nomine poteſt aer humores noſtros putrefacere, & quòd ualde calidus ſit, & quod ualde putris. qui ualde calidus eſt, quemadmodum æſtiuus in conſtitutione admodum calida, poteſt humores putrefacere, nõ tamen in quouis corpore, ſed in *d* eo quod putredini maxime expoſitum eſt: cuiuſmodi eſt illud quod prauis ſuccis redundat, quemadmodũ euenit in penuria annonæ: *e* pauperes enim tunc quibuslibet cibis ueſcuntur etiam deterrimis, ex quibus gignuntur praui ſucci, qui ob aeris calorem uehementem prauam contrahunt putredinem & peſtilentem febrem afferunt, qualem conſtat fuiſſe *f* Commodo Imperatore. Sed cum ſupra, quà de cauſis febrium in uniuerſum, oſtenderimus putreſcere in nobis humores ob prohibitum perſpiratum, uertitur in dubium quo pacto poſſit per ſe aer calidior humores in nobis corrumpere. Soluitur tamen quod aer calidus externus, qui ad pulmonem & cor penetrat, circumfuſus humoribus qui ibi uerſantur eos putrefacit: perinde ac calida expiratio retenta; & cum ualde calidus eſt magnam excitat putredinem, quam ſequuntur febres peſtilentes: proxima enim putredinis cauſa poſita eſt ab Ariſtotele

a *gal. l. 3. de præſag. pulſ. cap. 3.*

b *gal. p. 6. epid. com. 29*

c *galen. p. de diff. febr. c. 4*

d *gal. ibidem*

e *gal. p. de diff. febr. c. 3*

f *gal. ibidem & l. de ſuccorum bonitate & uitio cap. p.*

le *a* calor aeris circumfuſi corrumpens calorem internum; quare non eſt quod miremur ſi ualde calidus aer quem haurimus poſsit noſtros humores putrefacere cum idem poſsit & expiratio retenta. Cæterum externus aer magnam putredinem & febrem peſtilẽtem affert in illis *b* duntaxat corporibꝰ quæ prauis ſuccis redundant. Alio nomine diximus aerem poſſe putrefacere humores noſtros & afferre peſtem; quòd ſcilicet ſit ualde putris, redditur autem talis facile cum naturaliter ſit calidus & humidus: quòd ſi reddatur calidior *c* & humidior facile corrumpitur, ueluti in peſtilentia illa, quam in Cranone accidiſſe Hippocrates *d* teſtatur æſtiuo tempore ob pluuiarum multitudinẽ. Putredinem etiam ſequi pluuias *e* multas idem tradidit; quamquam putreſcit quoque ob mixturam putrium uaporum, uel in bello ex multis cadaueribus *f* inhumatis, uel ex palude, aut auerno aliquo exhalantibus, licet non ſit effectus calidior & humidior. Ad putrem aerem referri poteſt contagio *g* eorum qui peſtilenti febre laborant, contaminant.n. alioſqui proximi ſunt, ob uapores quos exhalant ualde putres ac glutinoſos, qui aerẽ putrem reddunt, quem qui proximi ſunt allicientes incidunt in ſimilem febrem peſtilentem, licet non attingantur ab ægrotante. Quid quòd etiam ueſtes excipiunt eiuſmodi putres uapores, quos retinent ita ut contaminare etiam poſt diuturnum tempus poſsint eos, à quibus tractantur? ſed multo magis per contactum uapores putres, qui ab eiuſmodi *h* ægrotantibus expirant, poſſunt proximos homines afficere, atque hæc eſt uera & propria contagio; quamuis & aer & ueſtes à quibus eiuſmodi uapores excipiuntur aliquo pacto ad contagionem referantur. Habet autem uim aer putris putrefaciendi etiam in hominibus qui non redundant prauis ſuccis; quod non eueniebat cum calidior erat duntaxat, quamquam etiam ubi putris eſt non æque afficit omnia *i* corpora, ſed magis illa, quæ magis ſunt putredini expoſita: cuiuſmodi ea ſunt in quibus aut multi aut etiam praui humores abundant, & non patent foramina cutis & canales: nam paruo momento hæc incidunt in putredinem, à qua illa defenduntur quæ contraria ſunt, hoc eſt quæ non redundant multis aut prauis ſuccis, neque canales clauſos habent, aut foramina minus patentia. eiuſmodi enim corpora non facile incidunt in putredinem et in febrem peſtilentem, ſed facile defenduntur et

ab

a *Ariſtot. l. 4. Metheor. cap. p.*
b *Gal. l. p. de diff. febr. c. 4*
c *Gal. ibidem*
d *Hippoc. 2. epidem. ab initio.*
e *Hippoc. 6. aphor. 16.*
f *galen. p. de diff. febr. cap. 4.*
g *Galen. p. de diffe. febr. cap. 2.*
h *Gal. ibidẽ.*
i *Galen. p. de diff. febr. c. 4*

ab aere putri,& à contagione. Curabant ueteres medici eos, qui peſtilenti febre perinde atque eos qui alis morbis laborabant, neque contagionem timebant, cum pulſum aut *a* thoracem tangebant aut inſpiciebant linguam, freti corpore puro, & canalibus ac foraminibus apertis. Si quis obiiciat putrem aerem magis permeare corpora patentia quam clauſa, atq; idcirco magis defendi poſſe ab eo quæ minus patent: reſpondebimus, cum cogimur uerſari in aere putri nullo modo poſſe ipſum euitare adſtrictis canalibus aut foraminibus clauſis, ſi quidem per os tranſit, & guttur aſsidue neceſſario ad cor & pulmonem. ſed multum intereſſe, purum nè ſit corpus & pateat exitus uaporibus putribus, an redundans multis uel prauis ſuccis & interclusum habens exitum fuliginis & calidæ expirationis, nam hoc maxime læditur ab aere putri, illud facilius defenditur. Tanta autem eſt uis interdum aeris putris, ut nō tantum humores qui in corde ſunt, ſed ipſius quoque ſubſtantiam ſolidam poſsit afficere: & ita ſimul febrem *b* hæcticam afferre, & eam quæ putredinē ſequitur, adeo ut febris peſtilens quamuis in illis ponatur, quæ uerſantur in humoribus, poſsit etiam inter hæcticas referri, cum uerſabitur in ſubſtantia ipſa cordis putreſcente. Sed cum ab aere putri poſsint affici & humores, & partes ſolidæ cordis, uidentur etiam poſſe putrefieri ſpiritus eiuſdem; quod ubi accidat, febris peſtilens cum in ſpiritibus uerſetur, uidebitur in diariis ponenda: quod tamen prætermiſſum eſt à ueteribus auctoribus, quia eiuſmodi diaria exigui admodum temporis erit celerrime enim aut humores, aut etiam ſolidæ partes cordis cōcipient eiuſmodi putredinem, & ita fiet aliud genus febris. ſed longius labimur in exponendis cauſis febris peſtilentis, pergamus ad effecta. Symptomata quæ febrem peſtilentem ſequuntur plurima & maxima ſunt, cum non tantum proficiſcantur ab exceſſu caloris aut ab humoris qualitate uel quantitate quemadmodum in aliis febribus, quæ oriuntur à putribus ſuccis; ſed multo magis à qualitate *c* putredinis tota ſubſtantia pugnātis cum natura noſtra, ita ut non mirum uideri debeat ſi adeò multa & grauia ſuperueniant, cuiuſmodi & perſpecta ſunt à nobis in peſte illa, quæ triginta octo ante annos tota ferè Italia uagata eſt, & à Thucidide *d* enarrata ubi peſtem illam deſcribit quæ Athenas occupauit, eamdem ex Thucidide exceptam præclare

latinis

a *Gale. 3. de præſag. pulſ. cap. 3.*

b *Galen. ibi.*

c *gale. p. 6. epid. com. 29*

d *thucidides l. 2. ſuæ hiſtoriæ.*

latinis uerſibus expreſsit *a* Lucretius. Accidunt eadem ſymptomata plurima & grauiſsima etiam ſine peſte febribus illis prauis quas Greci *b* λυπηρίας dicunt, ſunt autem ea quæ proponũtur *c* ab Hippocrate in pronoſticis ad interitum ſignificandũ; læduntur enim. ualde actiones, affectus & qualitates corporis plurimum à naturali ſtatu mutantur, quæ detruduntur *d* maxime præter naturam apparent. Ex animalibus actionibus offenditur tam mens, quam ſenſus, & motus. mens quidem perturbatur, homo delirat, decipitur imagine rerum, obliuiſcitur etiã ſui ipſius. Quòd attinet ad ſenſum, uigilat, dolet, percipit enim morſum quendam in ore uentriculi, oculi caligine occupantur, & aures, ut inquit Lucretius, *f* ſonoribus plenæ ſunt. At debilitatur etiam motus uoluntarius & linguæ & aliarum partium ita ut reſoluantur nerui, qui nonnumquam etiam diſtenduntur, ex quo ſequitur difficultas anhelitus, deprauatio uocis. At debilitatur actio quoque uitalis ita ut ſequatur animæ defectio. debilitatur & naturalis potiſsimum concotricis & expultricis facultatis; læditur item appetitio cibi & potionis, quæ quamuis pertineat ad ſenſum cum reſideat in uentriculo, & ad alimentũ ſpectet, aliquomodo ponitur in naturalibus. repudiant ægri cibum, adeo ut niſi uel ſeg ipſos cogant, uel cogantur ab aliis intereant fame, ſed ſiti *h* tenentur inexpugnabili ob quam ut inquit *i* Lucretius.

a *Lucretius l. 6.*
b *Gal. 2. prognoſt. com. 4. & 4. aphoriſm. com. 48.*
c *Gal. 2. criſ cap. 14.*
d *Galen. 3. 3 epid. com. 57.*
e *hip. 3. 3. epid. 62.*
f *lucretius. l. 6.*
g *gal. 3. 3. epid. com. 58*
h *Hipp. 3. 3. epid. 59.*
i *Lucretius. l. 6.*

„ *Multi præcipites lymphis putealibus alte.*
„ *Inciderunt ipſo uenientes ore patente,*

At ualde etiam mutari diximus affectus et qualitates corporis id quod Lugretius * optime expoſuit cum dixit

* *lucretius ibidem.*

„ *Principio caput incenſum feruore gerebant,*
„ *Et duplices oculos ſuffuſa luce rubenteis,*
„ *Sudabant etiam fauces intrinſecus atro*
„ *Sanguine, & ulcerius uocis uiaſepta coibat:*
„ *Atque animi interpres manabat lingua cruore,*
„ *Debilitata malis, motu grauis, aſpera tactu.*
„ *Triste ſupercilium, furioſus uultus & acer:*
„ *A pedibuſque minutatim ſuccedere frigus,*
„ *Non dubitabat; item ad ſupremum denique tempus*
„ *Compreſſæ nares: naſi primoris acumen*
„ *Tenue, cauati oculi, caua tempora, frigida pellis,*

„ *Duraque,*

„ *Duraque, in ore iacens rectum frons tenta meabat.*

Tenduntur et præcordia in febre peſtilente, naſcuntur & puſtulæ variæ in vniuerſa cute, aridæ, nigræ, aut etiam rubræ quales Lucretius *a* enarrat cum ait

a *Lucretius l.6.*

„ *Et ſimul ulceribus quaſi inuſtis omne rubere*

„ *Corpus: ut eſt per membra: ſacer cum diditur ignis.*

Pro puſtulis ſuperueniunt liuores, carbones, tumores in inguinibus, ſub alis, poſt aures, gangrenæ in partibus extremis, vt in manibus & pedibus, tum in *b* genitalibus. qui affectus in ſymptomatibus numerantur cum ſequantur alium morbum nempe febrem; non tamen omnes omnibus accidunt, ſed alij alijs ſuperueniunt, pro vt quiſq; his vel illis humoribus redundat tenuioribus craſſioribus, magis vel minus corruptis, pro ut item hæ aut illæ partes imbecilliores ſunt, & facilius tentantur à materia putri. Ea verò quæ *c* detruduntur maxime aliena ſunt, male.n. ob putredinem olent, & adipem ob vim caloris liquatam præſeferunt: deſtillat frequenter ſanguis ex naribus corruptus atq; ater. aluus *d* liquida & corrupta quædam reddit. Vrina *e* turbida, vel aquoſa ac tenuis eſt, in qua vel nihil uel pingue aliquod natat. ſudor & ſputum qualia ſint commemorat ſimiliter Lucretius *f* cum inquit

b *Hipp.3.3.epid. 12. & 26.*

c *gale.3.3.epid.com.57. et p. 6.epid. com. 29.*

d *gal.l.5.meth. c.12.*

e *Hipp.3.3.epid. 15.*

f *Lucretius. l. 6.*

„ *Sudoriſque madens per collum ſplendidus humor,*

„ *Tenuia ſputa, minuta, croci contacta colore*

„ *Salſaq; per fauceis rauca uix edita tuſſi.*

Huiuſmodi igitur ſunt ſymptomata quæ febrem peſtilentem ſequuntur. Sed ſatis de cognitione abſoluta rerum præter naturam. In homine, qui laborat febre peſtilente, recognoſcere primo ipſam oportet, quæ tum ſenſu percipi, tum ratione conijci poteſt, ſub ſenſum cadit calor qui internas partes *g* vrit; in externis tepidus ſentitur, præſertim primo contactu, nam diutius tangenti acriorem ſe oſtendit in omnibus febribus prauis, contra in ardentibus quæ prauæ non ſunt quo diutius tangitur eo magis ſuperari videtur caloris acrimonia; eſt etiam calor in peſtilenti febre continens, neque .n. intermittere poteſt ut ſupra monſtrauimus, circuitus verò plerumq; tertianus eſt, cum ſit ex numero ardentium, quæ maxima ex parte fiunt à flaua bile, quamquam oriuntur etiam à pituita ſalſa, & tunc circuitum habent quotidianum. Mente uerò conijcitur peſtilens febris, & primo ex

g *Gal. p.6.epid.com.29.*

mo ex cauſa ipſa proxima, quam diximus eſſe putredinem, non tamen talis qualis *a* excitat alias febres, ſed quæ tota ſubſtantia aduerſetur naturæ noſtræ, quam ubi uerſari in ægrotantis corpore conſtet conſtabit etiam febrem eſſe peſtilentem. Plurimum uerò conferunt ad eamdem cognoſcendam febres ſimiles quæ communiter vagentur, par enim eſt & talem *b* eſſe qua laborat homo ad quem curandum adhibemur: id quod vulgo etiã notum eſt, aiunt.n. tempore quo ficus matureſcunt, quamlibet auem eſſe ficedulam, volentes ſignificare tempore peſtis quaslibet febres eſſe peſtilentes. Eadem colligitur ex his quæ vel proſunt, vel obſunt vbi ſcilicet proſint non ſolum quæ putredini obſiſtunt, ſed antidota quoq; & ea quæ tota ſubſtantia eiuſmodi prauitati aduerſentur, vbi item quæ quouis modo putredinem augent, obſint longe magis quam ſoleant alijs febricitantibus. Poſtremo indicant peſtilentem febrem ipſa effecta, hoc eſt ſymptomata cuiuſuis generis. Ex actionibus primo obſeruandus eſt pulſus, *c* qui imbecillior eſt quam in alijs febribus humorum putredinem ſequentibus, celer, frequens, inæqualis, celerior autem eſt contractio quam dilatatio, non ſolum vt in alijs febribus humorum putredinem ſequentibus, ſed multo maxime, quòd maxima ſit neceſſitas expellendi fuliginem non ſolum multam ac putrem ſed etiam prauam, quamuis magna etiam ſit neceſſitas refrigerandi. Accedunt læſiones aliarum actionum quas ſupra in ſymptomatibus numerauimus, ut delirium, obliuio, vigilia, dolor, morſus in ore ventriculi, caligo, ſonitus aurium, difficultas ſpirandi, neruorum diſtentio, aut reſolutio, deprauatio vocis, animæ defectio, incredibile *d* cibi faſtidium, ſitis inexhauſta, tum anxietas quædam & iactatio corporis, nullius tegmenti tollerantia, nam vt ſcribit *e* Lucretius.

„ *Nil adeò poſſis cuiquam leue, tenueq; membris*
„ *Vertere utilitatem ad uentum, & frigora ſemper.*

Præterea ex affectibus & qualitatibus corporis, rubor faciei & oculorum, liuor *f* in varijs partibus corporis, & eriſipelatis ſpecies in ore fætor, nam ut ſcribit *g* Lucretius.

„ *Spiritus ore foras tetrum uoluebat odorem,*
„ *Rancida quo perolent proiecta cadauera ritu.*

Tum frigus partium extremarum, diſtentio præcordiorum, tũ

a *Gal. ibid.*

b *Gale. 2. criſiũ cap. 3.*

c *Gale. l. 3. de præſag. ex pulſ. c. 3. & Auic. l. 4. f. p. tr. 4. cap. 2.*

d *Hipp 3. 3. epid. 13. & 3. 3. epid. 58*

e *Lucretius. l. 6.*

f *Gale. p. p. epid. com. 29.*

g *Lucretius ibid.*

puſtulæ in cute rubræ aut ēt nigræ & aridæ, carbunculi, tumores glandularum, ut in inguinibus, ſub alis, poſt aures, gangrenæ in manibus, pedibus, aut ēt in partibus *a* genitalibus. Ad hæc quæ detruduntur corrupta ſunt & liquatam adipem præſeferūt, proprie autem urina aut turbida eſt, aut aquoſa ac tenuis in qua aut nihil reſidet, aut quaſi tela araneæ in lanæ ſpeciem coacta. deiectio biliosa vel atra eſt maxime fætida, ac fere ſemper cum colliquationibus, ſæpiſſime etiam cum lumbricis, teſte etiam Lucretio,

a *Hipp. 3. 3. epid. 12.*

„ *Sudoriſq; madens per collum ſplendidus humor.*

Fluxus ex naribus ſanguinis nigri. Monſtrant omnia hæc effecta febrem peſtilentem. Proxima eius cauſa, putredo ſcilicet humorum tota ſubſtantia pugnans cum natura noſtra, ſenſum latet, ideo neceſſe eſt conijciatur ex cauſa, ut ex contagione & conſuetudine cum hominibus peſte laborantibus, ex aere uel nimis calido *b* & humido, uel etiam ualde putri, ex corpore item ægrotantis expoſito eiuſmodi putredini; quale eſſe diximus, quod aut prauis, aut etiam multis *c* ſuccis redundat, & cuius caua clauſa ſunt. Colligitur eadem cauſa ex his quæ proſunt aut obſunt, hæc autem non alia ſunt quam quæ prodeſſe vel obeſſe ipſi febri peſtilenti tradidimus. Eiuſdem etiam fidem faciunt effecta, ſed potiſſimum peſtilens febris quæ adeſſe non poteſt niſi adſit eius cauſa. Symptomata, cuiuſcumque generis ſint, ſenſui manifeſta ſunt tum medico tum ipſi ægrotanti atque aſſidentibus. percurre actiones læſas, qualitates corporis mutatas, expulſa ipſa, comperies omnia ſenſu iudicari. Quæ hactenus expoſita ſunt, non quamuis febrem peſtilentem indicant, ſed illam duntaxat quæ conſiſtit in humoribus putribus. at docuimus eamdem uerſari interdum in ſubſtantia *d* cordis & hæcticam eſſe, interdum in ſpiritibus & poni in diarijs, quā obrem has quoque internoſcere oportet. In hæctica peſtilente calor magis ſquallidus ſentitur & ualde acris circa thoracem, quamuis non percipiatur ab ægrotante cum æqualis *e* ſit, putat enim ſe non febricitare, non reuertuntur nouæ acceſſiones, pulſus longe imbecillior *f* eſt, ſed tamen æqualis in magnitudine tamen & celeritate moderatus ſi quidem calor qui eſt in ſubſtantia cordis temperatur à frigore humorum quos continet idem cor. Vrina g fere naturalis eſt, non apparent in cute neq;

b *Galen. p. de diff. feb. c. 4.*
c *Gale. ibid.*
d *Galen. 3. de præſag. ex pulſ. c. 3.*
e *Gal. l. de inequali intemper. c. 7.*
f *Gale. l. 3. de præſag. pulſ. ca. 4.*
g *Gal. ibid.*

rubores,

rubores,neq; tumores, neq; puſtulæ aut carbunculi aut alij tumores,cum neq; putreſcant humores neq; ob naturæ imbecillitatem detrudantur ad cutem, ſumma autem tunc adeſt uirium imbecillitas. Quod ſi peſtilens febris reſideat in ſpiritibus cordis ita ut ſit diaria,de eius cognitione laborandum non eſt cum celerrime degeneret in aliam: tamen quamdiu manet uehementiorem præſefert calorem quam hæctica, ſed minus acrem ac minus ſquallidum,& facilius affert animæ defectionem,non tamen cætera ſymptomata quæ afferri diximus ubi uerſatur in humoribus putribus, ita ut non ualde difficile ſit inter ipſas diudicare. Sequitur prædictio futurorum, opere precium aũt eſt primo docere qua rõne impendens peſtis præſagiri poſſit, ut deuitari quæat priuſquam incipiat,cum ubi iam incepit nec opinantes oprimat & pleroſq; enecet; Præſagietur autem ut quoduis aliud futurum ex cauſis. Quod ſi uideas aerem ualde calidum & humidum ut æſtiuo *a* tempore ubi pluuia magna & frequens ſit,aut ẽt putrem redditum ex uaporibus,qui uel à cadaueribus, *b* uel à corruptis aquis exhalantes cũ eo miſcentur. Si tempeſtas item inconſtans ſit. ſi ob caritatem annonæ homines *c* uſi fuerint prauis cibis cum eiuſmodi aere, prædicere futuram peſtem oportet. Sed ubi iam inceperit & hominem præhenderit quem curamus,prædicere ut in alijs febribus euentum debemus,& tempus,ac uiam. Euentus ob magnitudinem febris, ob prauitatem putredinis, ob grauitatem ſymptomatum plerumq; *d* pernicioſus eſt; quod uel ex ipſo Thucidide colligitur in peſtilentia quam Athenis fuiſſe narrat,quod Lucretius *e* ſignificauit cum ait.

„ *Vaſtauitq; uias, exhauſit ciuibus urbem,*
„ *Inde cateruatim morbo, mortiq; dabantur,*

Siqui autem euadebant incidebant in tabem, *f* aut in profluuium ſanguinis narium, ita ut tandem morerentur. Verum ubi uires ualidiores ſint febris leuior, minor putredo, & minus grauia ſymptomata, ſeruari *g* homo poteſt id quod conijcies ſi recte æſtimabis uires naturæ & morbi inter ſe collatas. intelliges morbi uires potiſſimum ex ſymptomatibus: illud tamen obliuiſci non oportet quòd ubi putredo præhendat ſubſtãtiã cordis & febris peſtilens hæctica *h* ſit,res oĩno deſperata eſt, ita ut neceſſe ſit hominem interire. Tempus in his, qui ſeruari

a *Gal.l.p. de diff.feb.c.4.*
b *Gale.ibid.*
c *Gale.ibid.*
d *Gal.2.aph. com. 13.& Hipp.3.3. epid. 21.*
e *Lucretius. l. 6.*
f *Hipp.3.3.epid 19.*
g *Gal.l.de cõſtit. artis. c. 18.*
h *Galen.3 de præſag. ex pulſ. c.3.*

debent, poteſt breue eſſe quòd natura valida detrudat totum id quod noxium eſt; ſed plerumq; minus valet quam vt poſſit totum opus perficere, quamobrem neceſſe eſt morbum primo remitti ſed deinde diutius trahi, in illis verò qui interituri ſunt, niſi remiſſa febre paulatim in tabem incidant neceſſe eſt tempus eſſe breue, id quod Lucretius *a* teſtatur cum ait.

a *Lucretius. l. 6.*

„ *Octauoq; ferè candenti lumine ſolis*
„ *Aut etiam nona reddebant lampade uitam*

b *Hippo. 3. p. epid. 26.*

Sed poſſunt multò celerius mori. Recenſet Hippo. *b* Critonem quendam qui laborare cæpit tumore pedis & obortis nigris puſtulis poſtridie deceſſit. Via qua homo ſanatur eſt quòd putreſcens materia aut educatur ex corpore, aut transferatur ad partes ignobiliores & puſtulas *c* efficiat, vel alios excitet tumores. Via interitus eſt quòd vires ſub prauitate putredinis, ſub grauitate ſymptomatum conuellantur præſertim vbi adſit animi defectio aut ſuperueniat gangrena, aut euaneſcant tumores prius apparentes, aut nimium vel alui, vel ſanguinis profluuium ſequatur, ita vt vel ſtatim abſumatur homo, vel proceſſu temporis tabeſcat.

c *Gale. 5. meth. c. 12.*

His ita conſtitutis de cognoſcenda febre peſtilente proximũ eſſe, quemadmodum in alijs morbis, vt ad curationem aggrederemur: ſed quia attingit quam plurimos, grauiſſima eſt, & plerumque pernicioſa, opere præcium iudicauimus docere prius qua ratione deuitetur, facilius enim deuitatur quam tollitur. ergo cum imminet, ne ſequatur auferenda cauſa eſt, vna ſi quidem via eſt prohibendi quæ alioquin expectantur, nimirum amotio cauſæ effectricis videlicet vnà cum habilitate *d* accipientis; qua ablata non amplius timendum erit quod impendebat malum. Effectrix cauſa prauæ putredinis & propterea febris peſtilentis neceſſe eſt communis ſit, huiuſmodi eſſe monſtrauimus & contagionem, & aerem ſiue nimis calidum, ſiue etiam valde putrem. Contagionis vocabulo ſignificamus proprie contactum veluti eorum qui peſtilenti febre laborant, ſed vſurpamus ipſum minus proprie ad vapores putres ab ægrotante corpore *e* exhalantes qui vel cum aere circunfuſo mixti, vel veſtibus retenti alios contaminant quos attingunt; quocumque modo accipiatur contagio deu tanda eſt, aut vbi id fieri non poſſit tale reddẽdum eſt corpus vt minus nabile ſit ad huiuſmodi putredinem accipien-

d *Galen. p. de diff. febr. c. 4*

e *Gal. l. p. de diff. feb. c. 2.*

accipiendam; Quod quo pacto fiat ſubijciemus ſi prius quo pacto contra vitium aeris pugnandum ſit expoſuerimus. *a* Aer igitur aut nimis calidus eſt, aut putris, vteruis ſit aut fugiendus eſt, aut parcius hauriendus. Præſtat vt vulgo dicunt cito ac longius abire & tarde reuerti, hoc eſt poſt quam aer ad priſtinam ſalubritatem redierit. Quod ſi diſcedere non liceat parcius vtendum aere quemadmodum docuit Hippocrates *b* in morbis qui aeris vitio incidunt, parcius autem haurietur aer in reſpiratione ſi neceſſitatem minuamus. quod fiet corpore puro atque exinanito, & cauis *c* patentibus, atque vbi homo à motu atq; animi perturbatione abſtineat, ſic enim minus attrahetur vitioſi aeris ad cor, minor enim & rarior erit reſpiratio. Verum non ſolum vitatur aut parcius accipitur noxius aer, ſed etiam corrigitur nam ſi ualde calidus ſit: refrigerandus eſt eo modo quo docuimus *d* cum de curatione febris in vniuerſum egimus, eligitur, enim conclaue frigidus, perfunditur aqua frigida, ſternuntur ſtirpes frigidiores, vitatur hominum frequentia. At ſi aer putris ſit vtendum remedio quo & Hippocratem Athenis, & Acronem Agrigenti vſos fuiſſe in peſte memoriæ proditum eſt. Accendetur ignis *e* in vrbe pluribus locis vt à multa flamma abſumatur materia putris, quæ in aere eſt. Quod ſi incendantur odores, vt Aromata, vt ſtirax, belxoinum, thus, coſtus, cypperus, aut ligna cupreſſi, lauri, iuniperi remittetur ſimul etiam prauitas putredinis. Quò ſpectant etiam unguenta quibus parietes inungantur vt in more poſitum erat apud ueteres deliciarum cauſa: ſcribit enim Lucretius de amatore,, Poſteiſq; *f* ſuperbos vngit Amaricino, Geſtabantur etiã à veteribus pilæ ex odoribus quemadmodum teſtatur Erodianus cum peſtem deſcribit, quæ Commodo Imperatore exitioſa admodum fuit, temperatur. n. putredo aeris qui per nares attrahitur Aromatum odoratu, cuiuſmodi ſunt quæ pilæ Ambaris, ladani, ſiue ad peſtem depellendam à Pharmacopolis nuncupantur. ad quod valet etiam pila fraxinea in qua ſpongia aceto roſeo, aqua roſea, ac florum aurantij inſperſa incluſa ſeruetur. Supereſt vt doceamus qua via corpus reddi tale poſſit vt renitatur vitio aeris, quando interdum ita pernicioſus eſt, vt nullo pacto corrigi queat, neque facile eſt hominibus cælum mutare ut auibus, multa. n. ſunt impedimenta, vxor, liberi, ſupellex, ne-

a *Fuga remedium eſt præſtantiſſimũ ab aere putrido.*

b *Hipp. l. 2. de natura humana tex. 4.*

c *Hippo. ibid. et gal. l. p. de diff. feb. c. 4.*

d *Supra l. p. c. 8. & Gal. l. x. meth. cap. 8.*

e *Gal. l. de theriaca ad Piſonem. c. 16.*

f *Lucretius. l. 4.*

gocia, paupertas illis præſertim, qui ciuilem & non Diogenis aut Anacharſis Scytæ vitam degere conſueuerunt. Duo autem ſunt, quæ corpus noſtrum exponunt eiuſmodi iniuriæ aeris, materia hoc eſt humor vel copioſior vel vitioſus *a* & perſpiratus prohibitus; quæ duo ſi auferantur corpus noſtrum facile renitetur. Vbi redundēt humores in corpore noſtro exhauriendi ſunt venæ ſectione vbi vires & ætas conſentiant. Si vitium ſit in qualitate humorum, expedit eos partim idoneis *b* catharcticis educere, partim corrigere ac temperare contrarijs præſidiis, calidos refrigerantibus, frigidos calefacientibus. humidos ſiccantibus, ſiccos madefacientibus, craſſos extenuantibus, & ita ſuperantem qualitatem ad mediocritatem redigere. *c* Expedit ēt tales reddere humores vt obſiſtant repugnantiæ totius ſubſtantiæ, quā vel aer vel contagio in ferre pōt, hoc præſtabunt quæ propriā quandam vim habent aduerſus venena & repugnantiam totius ſubſtantiæ ſiue ſimplicia ſint, vt *d* terra armena, terra lemnia, lapis Bezaar, cornu vnicornu, rinocerotis, herba *e* myrrhis, ſcordeon, galega, ſucciſa, tormentilla, vincetoxicum, carlina, dictamus, ſcorzonera & alia id genus quam plurima, ſiue mixta veluti theraice, mitridatum, electuarium ex peonita, electuarium ex ſcordeo, ſiue quod Hippoc. tribuitur ex quo magnam gloriam fuit adeptus in Attica peſtilentia quod recipit. Calami odorati, iunci odorati, Sabinæ ſingulorum triens, ſeminis viticis, cardamomi, cypperi, crocomagmatis, ſingulorum quicunx, ſpicæ nardi ſelibram, coſti triens, folii, bes, cœſiæ ſelibram, amomi quadrans, maſtices triens ſeorſum teritur, ſtiracis dextans paulatim bellarijs in mortario adijcitur, nardi celticæ ſelibram, aſpalati ſeptunx, ammoniaci vnciam, pillularum cupreſſi quadrās, roſarum triens, terebintinæ libras tres, mellis attici libras quinque, vini ueteris quod ad adbellaria maceranda ſatis eſt, munde & ſedulo melle excipiendum, additoque ladeni, myrrhæ, thuris ſingulorum libra & baccarum iuniperi quadrante ſimul omnia probe contrita permiſcenda ſunt & electuarium præſtantiſſimum in hominibus à peſte præſeruandis conficiendum eſt. Valent ad idem opus perficiendum etiam catapotia quæ accipiunt *f* myrrhæ partem vnam, croci tantumdem, Aloes partes duas, vtiliter enim ſumitur drachma vna ex vino. Valet & confectio ex ammoniaco, myrrha & aloe, quæ ex vino diluta

a Gal. l. p. de diff. feb. c. 4.

b Gale. ibid.

c Aduerſaria humoribus affectis à tota ſubſtantia

d Gale. 9. ſimpli. c. de terra ſamia.

e Dioſcorides l. 4. c. cxi.

f Auic. l. 4. p. f. 1. tr. 4. c. 5.

luta bibitur, ſicuti & quæ conſtant ex myrrhæ, croci,terræ arme næ,corallorum rubrorum,charabis, cuiuſque drachma, myrabolanorum chebulorum drachmis duabus, aloes drachmis ſeptem quæ ſimul permixta cum vino excipiuntur . Idem præſtant *a* nuces iuglandes cum ruta & ficis aridis ſi quotidie ſumantur, tum puluis radicis tormentillæ,angelicæ, carlinæ,dictamni, zedoariæ, ſeminum citri, ſeminum cardi benedicti ſingulorum tantundem cuius drachma cum vino albo,& odorato in conſtitutione frigidiori,& temperõnibus frigidioribus, cum aqua verò cardi benedicti in calidioribus & conſtitutionibus & temperamentis, ſummo mane exibeatur. ſumetur & eodem tẽpore maxima cum vtilitate portio aliqua anthidoti quam Andreas Mattiolus vir doctiſſimus ex ingenti numero medicamentorum contra venena compoſuit, ſiue quod à Manardo Ferrarienſi medico clariſſimo conficiebatur ex ſanguinis Anætis maſculi ac feminæ, Anſeris atq; hedi exſiccati,Armellis ſeminis cumini fœniculi Anheti,Napi ſiluestris ſingulorum drachmis tribus,radicis gentianæ trifolij ſchinanthi,thuris,roſarum ſiccarũ, ſingulorum drachmis quatuor,piperis albi, piperis longi,coſti, valerianæ,aniſi,cinamomi ſingulorum drachmis duabus,myrræ, ſpicæ nardi ſingulorum drachmis ſex, belzoini,aſſari ammoniaci ſingulorum drachmis tribus,maioranæ , agarici ſingulorum drachmis duabus granis carpobalſami numero viginti , radicis ireos, croci rapontici , zinziberis maſtiches ſingulorum drachma, ſtechadis drachmis quinque,quæ omnia in tenuiſſimum puluerem redigantur & debita optimi mellis quantitate excepta in electuarij formam conuertantur,cuius duæ drachmæ ſæpe ſummo mane ex optimo vino exhiberi poſſunt . Commendatur à nonnullis iunioribus ad eandem præſeruationem ab eiuſmodi peſtilenti contagio ſi aſſidue ſupra ſiniſtram mammã Arſenici criſtallini portio ad pondus trium ſeu quatuor vnciarum incluſa ſericeo ſacculo aſſidue geſtetur,quod à tota ſua natura & ſubſtantia referunt , atque occulta quadam vi homines ab hoc vitio intactos ſeruare: quod, cum aſſiduo experimento confirmatum eſſe aſſerant, facile admittimus interim ſuadentes vt dum id geſtatur appenſum medicamentum declinentur omnes occaſiones quæ ſudorem excitare conſueuerunt, ne rarefactis & dilatatis poris cutis venenoſi vapores cum vitæ diſcri-

a Gale.l.2.de alimentorũ facult.c.28.

mine cor infeſtent. Sed finge hominem iam præhenſum febre peſtilenti ita ut curandus ſit, quæ opera effici debeant, & quibus inſtrumentis iam videndum eſt. Cum peſtilens febris, quæ curanda eſt, neq; hæctica ſit, quia *a* curationem non admittit, neq; diaria, quia ſtatim degenerat in alterum genus, ſed ex numero earum quæ conſiſtunt in putredine humorum, eadem poſtulat præſidia quæ ab illis poſtulari iam monſtrauimus, ſed quia iungitur cum prauitate quadam putredinis, & repugnantia totius ſubſtantiæ deſiderat ẽt quæ huic aduerſantur. Opus igitur eſt in hac febre peſtilenti tueri vires, vti refrigerantibus ac madefacientibus ad tollendam febrem, detrahere materiam putrem totam, quoniam concoqui non poteſt, relaxare quæ adſtricta ſunt, occurrere obſtructioni *b* remouendo multitudinem & extenuando atq; incidendo craſſitudinem ac veluti glutem humorum, lenire ſymptomata. quibus omnibus accedere debet id quod eſt proprium febris peſtilentis, ut ſcilicet ſuperetur prauitas illa, & repugnantia totius ſubſtantiæ. Sunt omnia hæc opera adeo neceſſaria in curatione febris peſtilentis, vt nullum debeat prætermitti, ſed omnia perficienda ſint, ita tamen vt quæ ex ipſis repudiantur à viribus, à morbo, à cauſis, vel à ſymptomatibus minora efficiantur. Sed intueamur iam inſtrumenta quibus vnumquodque perficiatur exorſi à conſeruatione uirium, conſeruantur autem vt ſæpe *c* dictum eſt, cibo & potu, qui maxime neceſſarius eſt in hac febre, quòd prauitate putredinis labefactentur; quamobrem alimento ſuſtinendæ ſunt, cumq; ferè oẽs, qui peſte laborant abhorreant à *d* cibo, legimus in ueterum medicorum *e* monumentis eos ſolum euadere, qui animoſe ac fortiter contra eiuſmodi faſtidium pugnant, & ſe ipſos cogunt ac cibos ſumunt, qui tamen neceſſe eſt parcius ſumantur & ne impediant naturæ munus *f* in expellẽdis humoribus corruptis, & ne nimis implendo obſtructionẽ augeant. Aduerſus febrem utemur ad refrigerandum & madefaciendum partim uictu frigido & humido, quem ſupra *g* deſcripſimus in curatione febrium putrium, partim medicamentis *h* refrigerantibus ac madefacientibus quæ ſupra ſæpius enarrata ſunt, magis autem utemur his quæ intus dantur, quam illis quæ extrinſecus imponuntur, & quia calor magis *i* moleſtus eſt partibus internis, & ne repellamus quod à natura transferri ſolet ad partes externas.

a *Gale. l. 3. de præſag. ex pulſ. c. 3.*

b *Gale. l. p. de diff. febr. c. 4*

c *Supra l. 4. cap. 2.*

d *Hippo. 3. 3. epid. 58.*

e *Gal. ibid. in com.*

f *Hipp. de natura humana tex. 4.*

g *Supra l. 4 cap. 1.*

h *Supra l. 4. cap. 3.*

i *Gale. p. 6. epid. com. 29*

externas. ſunt qui feruorem illum febris *a* extinguant potione aquæ frigidæ, quæ ubi timeatur ob aliquam ex cauſis, à quibus prohiberi in uniuerſum frigidæ aquæ potionem monſtrauimus, large bibenda erit *b* tepida, ſiue in qua hordeum bullierit præſertim ſi ei adiiciatur aliqua portio ſyruppi ex onphacio, ſiue ex oxalide, uel mali medici, aut etiam limonis ſucco acidiori. Quod ſi utendum ſit externis, maxime ad thoracem admouenda ſunt cum focus putredinis ſit in corde, quamobrem ſuperimponebat *c* Ruffus in febre peſtilenti refrigerantia thoraci, cui utiliter admoueri poteſt unguentum roſaceum, ſandalinum, ceratum album, ueluti & epithema ex ſpeciebus & aquis cordialibus refrigerandi ui præditis: quæ præſidia paſsim apud pharmacopolas parata ſeruantur. Detrahitur materia illa quæ uel putris eſt uel obſtructionem facit, miſsione ſanguinis, purgatione, euocatione urinæ & ſudoris. Vbi redundet ſanguis, *d* mittendus eſt præſertim in morbi initio, ex patenti aliqua uena cubiti dextri, uel ſiniſtri. Vbi uitium ſit in aliis humoribus, conuenit purgatio. *e* ubi ſimul concurrat & multitudo ſanguinis & prauitas ſuccorum, & mittere ſanguinem, & purgare oportet, neque uerendum eſt, ut ex recentioribus nonnulli faciunt, ne impediatur motus naturæ, quæ ſolet in febre peſtilenti tranſmittere corruptos humores ab internis partibus ad externas; Sed diudicare oportet eiuſmodi tranſmiſsio ſit ne opus naturæ an ſymptoma. id quod facile diſcernitur ſi utamur regula Hippocratis *f* de his quæ educuntur; nam ſi qualia educere oportet educantur, confert & bene ferunt, ſi uero non contra. Eadem ratio eſt eorum quæ ad cutem transferuntur, nam ſi eiuſmodi tranſlatio confert & bene fertur, iam eſt naturæ opus, ſi neque confert neque bene fertur, ſymptoma eſt. Vbi ſymptoma ſit, non eſt quod timeamus ne naturam auertamus à ſuo munere, quamobrem ſi redundet aut ſanguinis, aut aliorum ſuccorum multitudo non eſt cunctandum ipſam exinanire. ſed ubi ſit opus naturæ, uidendum eſt, perfectum ne ſit an imperfectum, hoc eſt tranſmiſſa ne ſit tota materia uitioſa ad partes externas, an reſtet aliquid in internis. ubi ex toto tranſmiſſa ſit nihil mouẽdũ eſt, quemadmodũ ꝑcipit Hippocrates *g* in his quæ iudicata sũt ĩtegre, ſi quid in interiorib. partib. relictũ fuit, exhauriẽdũ eſt miſſo ſanguine, uel dato catharctico ꝓ ut res poſtulat,

neq;

a *Aetius l. 5. cap. 95. & Raſis l. de peſtilentia. cap. 6.*

b *Supra l. 5. cap. 4.*

c *Aetius l. 5. cap. 95.*

d *Auic. l. 4. f. p. tr. 4. c. 4*

e *Auic. ibid.*

f *Hippoc. p. aphoriſm. 2. & 25.*

g *Hippoc. p. aphor. 20.*

neq; verendum eſt ne natura auertatur ab expulſione ad partes externas cum non amplius expellit,aut ne intro alliciatur materia illa,quæ iam tranſmiſſa eſt ad cutem . diſcernes autem aliquid ne corruptæ materiæ in internis partibus relictum ſit ex his quæ excernuntur vt ex vrina, ex deiectione . Iubet Hippoc. *a* vbi tubercula in corpore naſcuntur, ut inſpiciamus ea quæ detruduntur, nam ſi biliosa fuerint (inquit) corpus vnà ægrotat, ſi verò ſimile ſanis tutum eſt corpus nutrire. Ergo vbi vel eiuſmodi tranſmiſſio imperfecta fuerit, vel ſymptoma,& non naturæ opus eſſe videatur, audacter aut mittendus eſt ſanguis ſi his rednndet,aut catharcticis vtendum ſi vitium ſit in alijs ſuccis . Reſpicere tamen ad vires oportet,quæ, vbi valde imbecillæ ſint, neutrum auxilium ferunt, tutius autem vbi minus valeant pro venæ ſectione aut defiguntur cucurbitulæ,& ſcalpello exaſperatur cutis,aut admouentur ſanguiſugæ ad venas ani. cum ſecatur vena, interna eligitur cubiti uel dextri vel etiã ſiniſtri quòd pars effecta præcipue ſit cor. Vbi nimium inflammentur partes aliquæ externæ non alienum eſt venam ſeccare quæ è regione illarum ſit. Si purgatio conueniat, eligenda ſunt ea catharctica quæ poſſint maxime ſuperantem ac vitioſum humorem educere, maxime idonea eſt hiera ad flauam bilem ex ſcammonio , ad atram ex veratro nigro , ad pituitam ex colocinthide veluti & alia quam plurima quę omnibus apertiſſima ſunt & ea ratione non referuntur. Medicamenta quæ vrinam mouent non valde acria ſint *b* propter magnitudinem febris,ſicuti neq; illa quæ extenuant atq; incidunt humores craſſos ac glutinoſos qui obſtructionem afferunt.Sudor euocabitur relaxantibus quæ ſimul etiam ſanant quod adſtrictum eſt,ſed hæc communia ſunt aliarum febrium conſiſtentium in putredine ſuccorum : proprie autem in hac pugnandum eſſe diximus aduerſus *c* prauitatẽ putredinis & repugnantiam totius ſubſtantiæ, valent ea quæ media *d* quodammodo ſunt inter vim veneni & naturam noſtram, ἀλεξιφάρμακα græce nominantur , ſiue extrinſecus dentur quemadmodum oleum ex ſcorpionibus: tum quod varijs modis paratur,tum illud potiſſimum Gregorij Carauitæ , cuius deſcriptio legitur apud Andream Mattiolum *e* in comentario ſuper ſextum librum Dioſcoridis,ſiue quod Sereniſſimo Coſmo Magno Aetruriæ Duci tribuitur, quibus ſæpius inunguntur tempora,

a *Hipp.2.aphor.15.*

b *Gal.l.xi.meth.ca.x.*

c *Auers° prauitatem putredinis & totius ſubſtantiæ repugnantiam med.*

d *Gal.5.ſimpl.c.18.*

e *Mattiolus.l.6.c.p.*

pora, brachia ad radices manum & thorax è regione cordis, qui bus item partibus utiliter adhiberetur eodem modo balſami li quor, & ille præcipue qui ex orientali plaga affertur. Siue intus dentur quemadmodum terra armena *a* aut lemnia, qua veteres medebantur febribus peſtilentibus, tum lapis bezaar, cornu vni cornu, rinocerotis, cerui præſertim vſtum, puluis radicum ange licæ, gentianæ, tormentillæ, momordicæ, carlinæ, ſuccus ſiue etiã aqua per deſtillationem extracta ex ruta ſilueſtri. eleixir quod proprie aduerſus febres peſtilentes, ſeu etiam quod communi ter aduerſus quemcumq; morbum totam noſtram ſubſtantiam oppugnantem componitur, & apud pharmacopolas aſsidue pa ratum ſeruatur. Aqua quæ proprie aduerſus peſtem inſcribi tur, quæ paratur ex ſonchi, vincetoxici, rutæ ſilueſtris, ebuli, car dui benedicti, carlinæ, betæ, luiulæ, dictamni cretici, ſcordei, ver benæ ſingulorum tantundem: quæ omnia ſimul ex arte deſtillen tur, & aqua extrahatur, cuius potus præſtãtiſsimum eſt ad duas vncias; præſertim ſi quis ante aſſumpſerit aliquam portionem electuarij peoniæ, theriacæ, mitridati, ſiue electuarij de gemmis, ſiue ex ſcordeo quod diaſcordeon nuncupatur, ſiue etiam magni illius ac præcioſi electuarij, quod aduerſus omnia venena do ctiſsimus *b* Mattiolus compoſuit: veluti & elixir quod per ipſius anthidoti deſtillationem ad eadem opera perficienda præſtantiſ ſimum extrahi monſtrauit. Inter quæ præſidia reponi etiam po teſt tanquam experimento confirmatum electuarium, quod pa ratur ex terra armena, dictamni cretici, myrrhæ, pimpinellæ, ver benæ, zedoariæ, carlinæ, biſtortæ, tormentillæ, momordicæ, ange licæ, gentianæ, cardui benedicti ſingulorum draghma, terræ le mniæ vncijs duabus, ſeminum citri, ſeminum cardui benedicti, napi ſilueſtris ſingulorum vncia, quæ omnia in tenuiſsimũ pul uerem conterantur atq; interim per horas vigintiquatuor pro batiſsimæ theriacæ vncia in quatuor electiſsimæ aquæ ardentis vncijs infundatur, ac ſimul vehementer agitentur & poſtmodũ percolentur: cuius liquoris percolati duabus vncijs ſiue etiam pluribus paulatim inſpergatur puluis iam relatus, & addita ea quæ ſatis eſt potione ſyrupi ex acido ſucco citri confecti, in mor tario electuarium conficiatur, cuius caſtaneæ pondus ſummo mane & in veſperis accipiatur, ſuperbibita aliqua ex aquis quas paulo ante retulimus. Quibus præſidijs addi poſſunt alia cun-

a *Gal. l. 9. ſim pl. c. de terra ſamia.*

b *Mattiolus. l. 6. c. p.*

ɛta quibus ſuperius defendi hominem à prauitate contagionis, atque aeris putris monſtrauimus, iiſdem enim reſtituitur ac defenditur bona ualetudo, & quæ ſequentia ſanant, teſte Hippocrate, *a* antecedentia prohibent. Symptomata interdum adeo moleſta & grauia ſunt ut non permittant expectari *b* dũ morbus tollatur aut cauſa ſed interim leniri debeant, ueluti animæ defectio per odores, uini, *c* deſtillati pulli, aquae carnis, ſiue etiam elixiris potionem & alia cuncta quae uires reficiũt. Vigilia per ea quæ ſomnum faciunt, ſitis per refrigerantia ac madefacientia, cibi faſtidium per ea quae os uentriculi confirmant ut per mala punica aut medica, ſiue etiam per uinum ex punicis accidis extractum. Puſtulae & tumores glandularum ſequuntur hanc febrem ueluti ſymptomata, debent autem curari quemadmodum ſi abſque febre peſtilente orirentur: tantum uitanda ſunt repellentia: ne quod prauum eſt ad nobiliores partes reprimatur, quin potius ad externas omni conatu uitioſa materia attrahenda eſt etiam affixis ubi opus fuerit cucurbitulis, & ſiue ſcalpello cutis praecidenda eſt, ſiue cauſtico aliquo medicamento abrumpenda, ut quantò citius fieri poteſt uirulentae materiae exitus pateſiat, quòd ſi tumores & proprie inflammationes adeo increſcant ut in gangrenam uertantur pars *d* corruptane proximam corrumpat praecidenda eſt & locus adurendus, quod & in Attica peſtilentia obſeruatum fuiſſe teſtatur Lucretius *e* cum inquit,

a Hipp. 3.6. epid. 40.
b Gale. l. 12. meth. ca. p.
c Gale. p. ad Glauc. c. 14
d Hipp. 4. de articulis à Tex. 34. ad 37.
e Lucretius li. 6.

„ *Et grauiter partim metuentes limina læti*
„ *Viuebant ferro priuati parte uirili*
„ *Et manibus ſine nonnulli, pedibuſquè manebant*

Sed ſatis de curatione febris proprie peſtilentis, pergamus ad eas quae non ſunt proprie tales.

De Febribus non uere peſtilentibus. Cap. VI.

EXpoſitis febribus propriè peſtilentibus, illae nunc ſequũtur, quae non ſunt proprie tales, ut pote quibus deſit aliquid ex iis, quae concurrere ad efficiendam peſtilentem febrem monſtrauimus, cum aut non ita ſint communes, aut non ita laedant contage proximos, aut non ita ſint prauae, huiuſmodi ſũt febres illae, quas Graeci nominant g λυπυρίας, hae enim quamuis

g Gal. 4. aph. com. 48. & l. de inæqua li intemperie cap. 7.

Lipyria febris

uis

uis prauæ ſint,minus tamen pernicioſæ apparent;non ſunt cões, neq; contagione lædunt, ſicuti veræ peſtilentes; tum illæ,in quibus maculæ quædam apparent rubræ ad immaginem lentis,quæ non æquè prauæ ſunt,non æquè communes, non æquè contagione contaminant ſanos,veluti vere peſtilentes. poſtremo illæ quibus accedunt morbilli,& variolæ,quæ non æque prauæ ſût, non æquè cões,ſed magis contagione quoſdam offendunt. Has igitur omnes nunc perſequi oportet,ſumpto initio ab illis,quæ prauæ ſunt,non tamen communes,aut tales,vt contagione proximos offendant. Sunt igitur,vt ex alijs morbis,ita etiam ex febribus quædam prauæ,quædam mites,quæ prauæ ſunt, magna ex parte, non tamen neceſſario,pernicioſæ ſunt: conſiſtit prauitas febris non in magnitudine caloris,ſed magis in grauitate ſymptomatum, quæ longe maiora ſunt,quam proportione caloris expectanda eſſe videantur. Quod ſi tantum prauæ ſint,non communes, non contaminantes contactu, λυπίριαι vt diximus græcæ nominantur. Continentur autem calore acri & fumoſo cômuniter,vt cæteræ febres humorum putredinem ſequentes: ſed proprie acrimonia intus ſentitur, *a* nam foris calor apparet mitis præſertim primo contactu. internæ igitur partes vruntur, externæ aut tepidæ ſunt,aut etiam frigidæ,quemadmodum manus & pedes. Circuitus varij eſſe poſſunt,pro ut varius eſt humor putreſcens,à quo eiuſmodi febris oritur; ſed quicumq; ille ſit,hæc omnino *b* aſſidua eſt,neq; .n. poteſt intermittere febris illa,cum qua totum tempus copulatur extremarum partium frigus. Cauſa proxima prauæ febris eſt prauus humor,qui putreſcit; eſt autem prauus,vel ob manifeſtam qualitatem,vel ob latentem,& repugnantiam totius ſubſtantiæ. Ob manifeſtam qualitatem praua eſt atra bilis, cum vritur,quamobrem,vt tumores, *c* vlcera atque alios morbos, ita etiam febres prauas efficit. Ob latentem quiuis humor,ita corrumpi poteſt, vt tota ſubſtantia pugnet cum natura noſtra,contrahunt enim aliquâdo in nobis humores vim veneni, *d* atq; horum putredo maxima ex parte efficit febres prauas. Verum focus putredinis neceſſario eſt in *e* viſceribus,vel vaſis magnis, a quibus valde cor afficitur; non tamen neceſſariò in corde vt in febre vere peſtilenti. Aliæ cauſæ ſunt illæ;a quibus hæc proxima oritur, veluti victus prauus, & immoderata viſcerum temperatio, neq; enim poteſt

eiuſmodi

Illæ febres, quibus accedunt morbilli et variolæ, nõ æque prauæ sunt, non æquè communes, sed magis contagione quosdam offendunt

a *Gal.4. aph. com.48.*

b *Hipp.& gale.4.aph.text.com.48.*

causa proxima prauæ febris.

c *Hipp.& gale.4 aph.text.com.24.*

d *Galen.3.de loc.affe.c.7.*

e *Gal.7. aph. com.p.*

eiuſmodi febris, cum non ſit communis, referri ad putredinem aeris, qui communis eſt. Accedit obſtructio vel adſtrictio prohibens perſpiratum, & putredinem efficiens. Symptomata, quæ huic febri ſuperueniunt, multa & grauia ſunt, vt ex actionibus læſis delirium, diuturna vigilia, aut ſomnus grauis, animæ defectio, ſitis, cibi faſtidium. Ex effectibus & qualitatibus corporis aſſiduum frigus *a* partium extremarum, nihil tamen in cute mutatum apparet. Ex his quæ præter naturam detruduntur, alui profluuium, ſanguis ex naribus paulum & ſæpius exiens. Hæc, quæ præter naturam attenduntur in febribus prauis, recognoſcere oportet in homine ægrotante. Recognoſcitur febris partim ſenſu, partim mente, tangitur enim calor acris, fumoſus, feruens in partibus internis, *b* in externis verò lenis, præſertim primo contactu, nam quò diutius tractatur, eò acrior apparet, idem aſſidue ſentitur. At poteſt ēt conijci ex cauſa proxima, vt ex humore qualitate ſiue manifeſta, ſiue latente prauo; non tamen ex communiter vagantibus, fingimus enim propriam febrē & non communem; ſed ex ijs quæ proſunt, aut obſunt; proſūt enim propriè ea, quæ tota ſubſtantia prauitati medentur, valde obſunt ea, quæ putredinem augendo prauitatem ſimul augent. Poſtremò ex effectis, vt ex actionibus læſis, quas paulo ante cōmemorauimus, ſed potiſſimum ex aſſiduo frigore partium extremarum, ex alui profluuio, ex vrina, quæ aut turbida eſt, aut tenuis alba & aquoſa, aut etiam nigra. Cauſa proxima, ut putredo atræ bilis vſtæ, vel cuiuſcunq; humoris corrupti & tota ſubſtantia pugnantis cum natura noſtra, depræhenditur ex cauſa, à qua gignitur hic humor, vt ex victu prauo; & ob quam putreſcit, vt ex adſtrictione, uel obſtructione, depræhenditur etiam ex his, quæ proſunt eiuſmodi humorem educendo, aut obſunt eumdem augendo. poſtremo ex effectis potiſſimum ex colore & eorum, quæ detruduntur, & ipſius cutis. Symptomata ſiue ſint actiones læſæ, ſiue affectus & qualitates corporis præter naturam, ſiue referantur ad ea, quæ expelluntur, ac retinentur à naturali ſtatu mutata; omnia ſub ſenſum cadunt. Ex futuris euentus *c* periculoſus eſt, minus tamen in hac febre, quam in vere peſtilenti, cum putredinis focus non neceſſario ſit in corde, prædicemus interitum, vbi ſymptomata adeo *d* grauia erunt; ut naturam pœnitus occupent, vel labefactent. ſi vires validiores

ſint

Symptomata, quæ huic feb. superuenire solent.

a *Hipp. & gale. 4. aphor. tex. com. 48 & l. 7. aph. p.*

b *Hipp. et gale. loc. dict.*

Signa ex effectis, ut ex actionibus læsis.

c *Hipp. et gale. 4. aph. 48 & l. 7. aph. p.*

d *Galen. l. de const. artis c. 18.*

a ſint, & reniti videantur; licebit ſalutem polliceri. Tempus breue eſt, neq; enim poteſt homo tam graui febre diutius occupari, plerumq; tamen minus breue, quam in febre vere peſtilenti. Via eadem eſt & curationis, & interitus in hac, atq; in illa, minus tamen in hac transfertur materia ad cutem. Conſilium curantis ſimiliter dirigi debet ad vires, ad febrem, ad putredinem, ad prauitatem, ad adſtrictionem, ad obſtructionem, ad ſymptomata; opus enim eſt vires ſimiliter conſeruare, febrem refrigerare, ac madefacere. putredinem educere. obſtructionis cauſas tollere, adſtrictionem relaxare, prauitati occurrere his, quæ tota ſubſtantia illam corrigant, ſymptomata lenire. ex quibus operibus magis ſpectandum eſt ad illud, quod magis requiritur. Inſtrumenta, quibus ſingula perficiuntur, ea ipſa ſunt, quæ narrauimus in febre vere peſtilenti; illud tantum ſcire conuenit, quod tutius licet in hac febre, quam in illa, & catharcticum dare, & ſanguinem mittere, cum humores non transferantur ad cutem; neque puſtulas efficere ſoleant; cætera eadem aptantur.

a *Gal. ibid. et l. 4. de præſag. pulſ. c. xi*

De febribus quibus ſuperueniunt maculæ quædam cutis ueluti lentes. Cap. VII.

Ex minus proprie peſtilentibus, ſunt ēt illæ febres in quibus cutis totius corporis, ſed potiſſimum dorſi & thoracis diſtinguitur compluribus maculis rubris quæ lentis figuram repræſentant ſimiles autem ſunt illis, quæ ex morſu pulicum oriũtur, appellantur ἐξανθήματα, ab Hipp. *b* primo libro de morbis vulgaribus, quæ parua eſſe ait, non digna expulſione morborum, & celeriter rurſus euaneſcere; ſuperueniũt fere inter quartum & ſeptimum diem, neq; enim à principio ſe oſtendunt; quamuis autem febres, quibus illæ accidunt, prauæ ſint, & communes, contaminentq; contagione eos, qui proximi ſunt, quemadmodum febres proprie peſtilentes, minus tamen pernicioſæ ſunt, cum pauciores interimant; minus communes, cum non tam multos præhendant, minus contagione proximos contaminant cum ſolo contactu, duntaxat eos afficiant, atq; idcirco minus proprie peſtilentes à nobis dicuntur. Calor quo continentur ſimiliter in internis partibus feruet, in externis mitior ſentitur,

b *Hipp. 2. p. epid. 38.*

exanthemata, superueniunt fere inter quartum et 7.^u^ diem.

ſentitur, præſertim cum ſtatim tangitur, nam diutius tangenti acrior apparet. Circuitus varij eſſe poſſunt, pro varietate humorum, à quibus naſcuntur, vt plurimum autem typum ſeruant duplicis tertianę nothæ, ſed quicumq; ſint, hæ febres numquã intermittunt. Proxima cauſa earum eſt putredo cuiuſuis humoris, ſed potiſſimum flauæ bilis, & pituitæ, cui putredini prauitas quædam accedit tota ſubſtantia naturæ noſtræ inimica, atque hæc cauſa eſt, cur hæ febres in prauis, ac pernicioſis numerentur, ſunt autem communes, quod cauſa, quæ eiuſmodi putredinem efficit communis ſit, vitium videlicet aeris valde calidi, aut etiam putris, & contagio eorum, qui huiuſmodi febre laborant, quæ tantũ in corporibus *a* obſtructis vel adſtrictis, & quæ prauis ſuccis redundant, vim ſuam oſtendunt. in cute autem ſuperueniunt maculæ illæ rubræ ob cruditatem ſuccorum, quos, ſi quando natura tentat expellere, nihil proficit, ſed ſuperatur, ita ut ſæpe *b* euaneſcant, aut quia paruæ ſunt illis accedant *c* abſceſſus. Symptomata, quæ has febres ſequuntur minus grauia ſunt, quam quæ vere peſtilentes; accidit autem laſsitudo totius corporis, inquietudo, grauitas capitis, delirium, hebeſcunt ſenſus, deeſt appetentia cibi, & interdum etiam potionis, lingua ſordida redditur, oculi rubri, præter maculas illas totius corporis, quæ poſtea ſuperueniunt, vrina primo alba eſt & aquoſa, mox rubra aut etiam turbida, deiectio corrupta ac fœtida. In homine febricitante, febris recognoſcitur ſenſu, tactu enim percipitur calor fumoſus feruens in partibus internis, minus acris in externis, aſſiduus, aut inueſtigari etiam poteſt coniectura ducta à cauſa proxima, vt à prauitate putredinis, à communiter vagantibus, quæ tales ſunt, ab his, quæ iuuant tota ſubſtantia prauitati occurrentia, vel valde nocent, putredinem augendo; ab effectis vt à ſymptomatibus, quæ proxime commemorauimus ſub quouis trium generum, quibus adde pulſum rarum atq; humilem: ſed cum iam apparent eiuſmodi maculæ, notæ ſunt hæ febres, etiã vulgo: priuſquam appareant arte conijciuntur à medico hæ febres ex ſignis enarratis, ex quibus licet etiam prædicere expectãdas eſſe eam maculas paulo celerius, vel tardius; pro ut & ipſa febris celeriter aut tarde mouetur. Proxima cauſa prauitas, videlicet putredinis, cum ſenſum lateat, colligenda eſt ex cauſis, à quibus oritur, vt ex vitio aeris & corporis illius, quod ægrotat; tum

ex his

a Gale. l.p. de temp. c. 4.

b Hippo. 2. p. epid. 38.

c Hippo. ibid.

Symptomata, q has febres sequuntur.

ex his quæ vel iuuant eam educendo ac corrigendo, uel nocet augendo: poſtremò ex effectis & proprie ex febre quam deſcripſimus, demonſtrat.n.tanquam effectum propriam cauſam eiuſmodi putredinem. Symptomata, quæ retulimus, ad quodcumque genus referantur, omnia ſenſui manifeſta ſunt. Ex futuris euentus periculoſus eſt, minus tamen in hac febre, quam in uere peſtilenti, tunc autem maxime timendus interitus eſt, *a* cum nihil leuatur æger, vbi maculæ illæ ſuperueniunt, præſertim ſi liuidæ aut nigræ fiant, aut etiam euaneſcant. At, ſi ex ea traſmiſſione materiæ homo leuior fiat, ſperanda ſalus eſt, diligenter autem æſtimare *b* robur morbi, & naturæ oportet & inde futurum euentum conijcere. Tempus quo expectari debet breue eſt, non ita tamen vt in uere peſtilenti, cum aliquando vltra decimumquartum diem trahatur. Via *c* ſalutis eſt, quod natura uel expellat & potiſſimum per vrinam, uel ad cutem transferat humores putres in ſatis inſigni quantitate. via interitus eſt, quod praua illa putredo cor iam occupet, ſiue etiam delata uitioſa materia ad caput phreneſim, aut etiam læthargum afferat, & ita grauiter laborantibus præcipuis viſceribus vires deficiãt. Ratio *d* curandi eadem fere eſt atque illa, quam poſuimus in febre uere peſtilenti: cum ſimiliter tueri uires oporteat cibo & potione, occurrere febri refrigerantibus & madefacientibus putredinem educere, obſtruentem materiam exinanire, incidere atque extenuare, quod adſtrictum eſt relaxare, prauitatem curare his, quæ tota ſubſtantia illi medentur, ut oleis, atque anthidotis tam ſimplicibus, quam compoſitis ſuperius relatis in curãda febre verè peſtilenti, ac præcipue aqua illa, quæ apud pharmacopolas ex moderniorum inſtitutione parata ſeruatur, quã ad depellendas petechias vulgo appellant (ita enim eiuſmodi maculas italis placuit nuncupare) cuius exigua admodum portio exhibetur per horam ante acceſſionem admixta tamen longe maiori quantitate aquæ oxalidis, ſeu ſonci: vt immoderatus illius aquæ calor aliquantiſper remittatur, quod tamen medicamentũ non niſi facta ſanguinis *e* miſſione, cæteriſq. vniuerſalioribus adhibitis præſidijs, exhibendum eſt, ne ex illius calore febrilis calor vehementer exacerbaretur. Symptomata poſtremo eadem ratione, ac in uerè peſtilentibus oſtendimus, lenire oportet, proprie tamen hic animaduertentes, cum apparent maculæ

a *Gale. l. 2. p. epid. com. 38. & Hip. tex. 40.*

b *Gal. de cõſt. artis c. 18.*

c *Hippo. 2. p. epid. 41. & 42.*

d *Curatio.*

e *Sanguinis miſſionẽ cõuenit in feb. iſtis peſtilentibus apparentibus papulis ſeu maculis uulgò petechie ex Nicolai Maſſæ Veneti ſententia lib. de Vene ſectione. pag. 17.*

Nota

illæ rubræ, an redundet adhuc materia in partibus internis, id quod intelliges ex vrina & deiectione adhuc præter naturam perſeuerante: tunc.n.aut ſecare venam, aut applicare hyrudines venis ani, aut dare catharcticum neceſſe eſt, nulla habita rõne paruæ illius tranſmiſſionis ad cutem. alioquin ab huiuſmodi præſidijs abſtinendum eſt & ad id potiſſimum ſpectandum, ut per frictiones atq. ét cucurbitulas quamplures cum inciſione cutis admotas eiuſmodi naturæ impetus & ad cutem tranſmiſſio ualidior fiat. Proprie autem poſtmodum in remouendis illis maculis obſeruandum eſt, (niſi receſſerint) vt ante vniuerſum corpus exinaniatur, deinde excutiantur illæ. Quò ſpectant fomenta & olea calida digerentia, quæ ſi prius dentur, quam totum corpus fuerit exinanitum, periculum eſt, ne dum humores ad cutem trahuntur, obſtructio augeatur.

De febribus quibus Morbilli & Variolæ ſuperueniunt. Cap. VIII.

SVperſunt ex febribus minus propriè peſtilentibus illæ, quibus variolæ & morbilli ſuperueniunt, ambo autem ſunt puſtulæ, uariolæ quidem rubræ, quæ cum incipiunt parum extra cutem excedunt, ſed proceſſu temporis magis augentur atque prominent, neque retinent ruborem, ſed aut albæ fiunt, aut etiam liuidæ uel nigræ: morbilli uerò ex rubro magis flaui ſunt, ita ut referant paruula eryſipelata, quemadmodum uariolæ paruulas inflammationes; ut autem minus prominent eriſypelata, quam inflammationes, ita *a* minus morbilli, quam uariolæ; ſed deutriſque uberius agemus, cum tumores præter naturam & puſtulas perſequemur. Nunc ſatis ſit expoſuiſſe, quid variolarum & morbillorum nomine ſignificetur. Febres quibus eiuſmodi puſtulæ ſuperueniunt, in peſtilentibus numerantur; quòd graues ſint, quòd communes, quòd contagione proximos contaminent, non tamen proprie dici poſſunt peſtilentes: cum, licet graues ſint, paucos ægrotantes abſumant, licet communes, cum multos eodem tempore affligant, licet contagione noceant, paucos offendant, & eos duntaxat, qui maxime expoſiti ſunt eiuſmodi morbo, ut paulo poſt in referendis cauſis exponemus. Merito igitur habentur in

a *Auic. l. 4. f. p. tr. 4. c. 8.*

tur in minus proprie peſtilentibus, continentur autem calore uehementi, qui quamuis acris ſit & in externis partibus, & in internis, magis tamen ſentitur in his, quam in illis, eſt præterea aſſiduus ſine vlla intermiſſione. Acceſſiones tertianæ ſunt, quamquam illæ febres, quas ſequuntur uariolæ, cum fiant à ſanguine putri, ſynochæ ſint: quia tamen putreſcens ſanguis proceſſu temporis vertitur *a* in bilem, bilioſæ fiunt & tertio quoque die reuertuntur, calorem tamen multum potius, quam acrem præſeferunt. Contra illæ in quibus apparent morbilli, cum proficiſcantur *b* à flaua bile putri, magis ardentes ſunt, & acriorem calorem præſeferunt, ſummum.n.feruorem ſentiunt febricitantes. Expoſita iam eſt proxima cauſa propoſitarum febriũ, cum ſit aut ſanguis veluti in variolis, aut flaua bilis uelut in morbillis putreſcens. Cauſa cur putreſcat videtur, ut in alijs febribus à putredine ortis prohibitus perſpiratus propter cauorum obſtructionem, vel adſtrictionem: ſed quia hæc nimis cõia ſunt inuenienda eſt proxima cauſa, quamobrem eiuſmodi febres ita vehementes ſint, ita communes, ita contagione quoſdam afficiant, ita denique proceſſu temporis uariolas, uel morbillos afferant. Exiſtimant Arabes medici, qui *c* primi has febres tractarunt, cum ex ſanguine menſtruo procreamur partem aliquam ipſius tenuem ac bilioſam eſſe, aliquam verò craſſam & ueluti fæcem, atque has retineri in nobis, dum proceſſu temporis ferueant atq. expellantur, vt ſpuma ex vino cum ebullit; uolunt autem cum feruet pars craſſior, accendi febrem ſynochæ ſimilem & ſuperuenire variolas, cum tenuior, excitari ueluti ardentem, & oriri morbillos: feruet autem uel tenuis ſanguis ſolus & fiunt morbilli, uel craſſior *d* duntaxat & fiunt uariolæ. Cauſa, cur ferueat, calor eſt partim externus aeris circũfuſi, partim internus calidæ expirationis retentæ, unde ſimul fit feruor & putredo, ob eiuſmodi feruorem fit vtraq. febris vehemens, ut docuimus, ob eumdem cogitur natura non multo poſt principium expellere feruentem materiam ad cutem, ad quam, quod ferueat, & nullo pacto concreta ſit, facile transfertur ibiq; ſi craſſior ſit excitat uariolas, ſi tenuior morbillos: ſed, cum ab eadem exhalent uapores putres glutinoſi, contagione proximos contaminant, & ita etiam communes fiunt pluribus eiuſmodi febres, non tamen præhendunt uerè multos vt ve-

Febres, quas ſequntur variolæ, eſſe ſynochas, et ſunt acceſſiones tertianæ

a *Gal.l.2.de diff.feb.c.9.*

morbillos, quas ſequntur febres magis ardentes eſſe

b *Auic.l.4.f.p.tr.4.c.8.*

c *Auic.l.4.f.p.tr.4.c.6.*

d *Auic.ibid.*

re peſtilentes, ſed illos duntaxat, in quibus appoſita materia ſiue tenuis ſiue craſſa fuerit: hi enim duntaxat obnoxij ſunt propoſitis febribus, & in his duntaxat accenduntur ſiue ob æſtum, ſiue ob calidam expirationem retentam, ſiue ob contagionem. Illi qui ſemel experti ſunt has febres, ferè numquam amplius in eas incidunt, maxime autem his laborant infantes ac pueri, paucique admodum ſunt, quos hæ febres ante iuuentutem non attigerint, aut certe ante ſenectutem; nonnulli tamen qui eas ante euaſerant iam ſenes in ipſas inciderunt. Symptomata, quæ has febres ſequuntur præter variolas & morbillos, de quibus diximus, ſunt *a* dolor dorſi, pruritus narium, pulſus temporũ, ſenſus pungentium, in gutture & thorace anxietas, iactatio totius corporis, diſtentio quædam membrorum qualem in oſcitantibus cernimus, difficultas anhelitus, raucedo, moroſitas, rubor faciei & oculorum, fluxus lachrymarum præter voluntatẽ, deiectio liquida. Ex præſentibus, febres in ægrotante recognoſcuntur partim ſenſu, partim mente, cadit ſub ſenſum calor, qualem deſcripſimus, non ſolum acris & fumoſus, ſed etiam feruens in partibus etiam externis, ſed multo magis in internis, continuus, qui contagione proximos afficit modo expoſiti ſint eiuſmodi morbo adeo, ut efficiatur communis pluribus. Mente uerò colliguntur eædem febres ex cauſis, ut ex contagione eorum, qui ſimili febre laborant, tũ ex aere valde calido & humido in corpore, quod non amplius laborauerit eiuſmodi morbo; plurimum autem ualet coniectura ſumpta à communiter uagantibus, nam ſi in alijs vagentur, eiuſmodi febres indicant eum quoque, quem curamus ſimili laborare, præſertim ſi puer *b* ſit: plerumque enim in pueritia excitantur eiuſmodi feruores. At indicantur eædem ab his, quæ iuuant, vel nocent; vbi videlicet proſint refrigerantia intus ſumpta, obſint extrinſecus impoſita, contra uerò, quæ calefaciunt noceant ubi ſumantur, iuuenit, ubi adhibeantur ad partes externas. Maximam tamen fidem faciunt earumdem effecta; ueluti ex actionibus læſis grauitas *c* capitis, ſenſus pulſantium in temporibus timor in ſomno, prurigo narium, ſenſus pungentium in uniuerſo corpore, dolor in dorſo, thorace, ac gutture, tremor pedum, raucedo, difficultas ſpirandi, tuſſis, anxietas, magnitudo pulſus, iactatio corporis, oſcitatio, diſtentio membrorum, moroſitas.

a Auic. l. 4. f. p. tr. 4. c. 7.

b Auic. l. 4. f. p. tr. 4 c. 6.

c Auic. l. 4. f. p. tr. 4. c. 7.

tas. Ex his quæ detruduntur vrina turbida & rubra, ſputum craſſius, exitus lachrymarum præter voluntatem, deiectio liquida, difficultas inteſtinorum. poſtremo ex affectibus corporis ſplendor oculorum, rubor faciei ac totius corporis, puſtulæ tales quales finximus variolas & morbillos non ſolum in cute totius corporis, ſed in naribus, in ore, in faucibus, quæ vbi iam apparent, cognoſcuntur hæ febres etiam vulgo: medici munus eſt magis ex febre aduentum eiuſmodi puſtularum prædicere, quã ex ipſis febrem dignoſcere. At non ſatis eſt communiter has febres nouiſſe, ſed debet una ab altera diſcerni, illa videlicet quam ſequuntur variolæ ab ea, quam morbilli. diudicabis autem inter vtramq; ſi primo ad calorem reſpicias, qui in ea, quam ſequuntur variolæ, plurimus eſt & parum acris, in ea, quam morbilli, acrior, & non ita multus, cum hæc febris ſit ſimilis ardenti, illa vero ſynochæ: deinde ex cauſa, vt ex contagione illius, qui hac, uel illa laborat, & ſimul ex corpore ipſo ægrotantis, quod ſi vna expertus fuerit alteram expectabis: tum ex his, quæ proſunt aut obſunt; nam ei, cui ſuperueniunt morbilli, refrigerantia interna magis proſunt, & externa magis nocent, quam ei, cui variolæ. denique ex effectis & potiſſimum ex *a* puſtulis ipſis, quæ in cute variæ ſe oſtendunt, & quales vtraſque declarauimus: comparauimus enim variolas paruis inflammationibus, morbillos paruis eryſipelis, diximus etiam cum incipiunt apparere, morbillos ſtatim *b* ex cute exire, ſed variolas paulatim. at licet prius etiam quam appareant ex alijs ſymptomatibus diudicare inter vtramque, nam vbi expectantur variolæ fluunt lachrymæ præter voluntatem, dolet dorſum vehementer, quod vena caua diſtendatur *c* à multitudine ſanguinis quod non euenit ubi ſuperuenturi ſunt morbilli. Cauſa proxima harum febrium, putredo videlicet cum feruore, quia ſenſum latet, mente colligenda eſt, & primo ex cauſa, ut ſi in homine nondũ ebullierit eiuſmodi ſpuma ac fæx ſanguinis menſtrui, ſi fuerit contagio aliorum, in quibus ſit eiuſmodi feruor, tum ex his, quæ proſunt, quatenus eiuſmodi materiam vel educunt, vel refrigerant, aut nocent eiuſdem calorem augendo, & tandem ex effectis & proprie ex febribus, quas deſcripſimus, quæ pro ut magis vel ardentis uel ſynochæ ſimiles erunt, ita magis hunc, uel illum humorem monſtrabunt, ut flauam bilem, uel ſanguinem, quem

Signa variolar ab ex affectibus corporis. et morbillorum.

a *Auic. l. 4. f. p. tr. 4. c. 8.*

b *Auic. ibid. & cap. 6.*

Signa variolar

c *Auic. ibid. cap. 8.*

diſcernes et ex eo, quod in homine alter ebullierit, illius enim feruor expectandus eſt, qui non dū feruuit. Symptomata *a* quæ has febres ſequuutur cuiuſcumq; generis ſint, ſub ſenſum cadunt, ita vt non opus ſit ſignis, à quibus indicentur. Ex futuris euentus maxima ex parte ſalubris eſt, paucos enim abſumunt hæ febres, nonnullos tamen & ob virium imbecillitatem, & ob cutem duriorem, quæ non excipit materiam ab internis partibꝰ transmiſſam, maxime verò ob multitudinem, & prauitatem ipſius: nam vbi vires ualidæ ſint, cutis mollis, qualis eſt in pueris, materia non nimis multa neq; praua, ſanantur febres cum trāſfertur ad cutem. optimum eſt ſi puſtulæ *b* rubræ aut albæ ſint & ſimplices; celeriterq; egrediantur, & grandiores ſint, malum ſi uirides, liuidæ aut nigræ, ſi duplices, ita vt paruæ magnis ſupernaſcantur, ſi vix egredi poſſint, ſi egreſſæ ſtatim euaneſcant; ſed deterrimum, ſi cum his reddatur vrina *c* nigra, ſequatur animæ defectio, valde lædatur vox & anhelitus, indicant enim hæc interitum futurum. Tempus vtriuſq; euentus omnino breue eſt, nam intra decimumquartum diem neceſſe eſt ſalutem ſequi aut interitum, ſed celerius aut tardius intra hoc tempus, pro maiori vel minori robore naturæ & morbi. Via qua ſequitur ſalus eſt cum ex toto noxius ac feruens humor transfertur ad cutē. Via interitus cum idem reuertitur ad viſcera & partes præcipuas, ita vt grauitate ſymptomatum & magnitudine febris hominem conficiat. Spectare autem in curatione oportet ad illa eadem; ad quæ ſpectandum eſſe demonſtrauimus in cæteris febribus ab humorum putredine ortis; quandoquidem tueri vires oportet alimento, occurrere febri per refrigerantia & madefacientia, materiam putrem vel concoquere vel educere, extrahere humores multos, extenuare craſſos, incidere glutinoſos obſtructionem efficientes, relaxare, quæ adſtricta ſunt. ſed præter hæc neceſſe eſt dirigere conſilium ad ea, quæ propria ſunt harum febrium, & videre, quid proprium in curatione poſtulent. diximus in his febribus, non ſolum putreſcere, ſed etiam feruere humores, à quibus oriuntur: eoſdem ad cutem detrudi & puſtulas illas excitare, quamobrem habenda eſt ratio feruoris, transmiſſionis ad cutem, & puſtularum. feruor coerceri debet, vt qui nimis moleſtus ſit, & vna cum corde vniuerſum corpus offendat. transmiſſio materiæ ad cutem, cum ſit opus naturæ nullo

a Auice. locis citatis.

b Auic. ibid. cap. 6.

c Auic. ibid.

Curatio

nullo modo impediri debet; ſed, vbi imperfecta ſit, arte augeri. Puſtulæ *a* ſua requirunt remedia, & priuſquam matureſcant, & poſtquam maturuerint, atq; apertæ ſunt, & vlceratæ. ſed ſimul etiam habenda eſt ratio illarum partium, in quibus hæ reſidēt: huiuſmodi ſunt opera, quæ proprie deſiderantur à propoſitis febribus. Remittitur feruor, ſi bulliens humor refrigeretur, & craſſior reddatur, quæ craſſiora ſunt, minus facile vim feruefacientem concipiunt, quam quæ tenuiora, minus igitur ebullient humores, ſi craſſiores reddantur, ſed multo minus, ſi refrigerentur; deferuet.n. aqua cum in lebete bullit, ſi frigida adijciatur. Tranſmiſſio ad cutem non impeditur, cum cutis neq; refrigeratur, neque adſtringitur. euocatur uerò humor ad cutem per ea, quæ calefaciunt & relaxant. plurimum etiam conferunt, quæ intus dantur extenuantia, incidentia, ac relaxantia; nam ſic bulliens materia, facilius expellitur ab internis partibus ad externas. Puſtulæ, pro ut uario modo ſunt affectæ, ita varia poſtulant auxilia, ſi nimis diſtendantur & doleant ſcalpello exaſperanda cutis eſt, ſi crudæ ſint, fomentis ad *b* maturitatem perduci debent, vbi maturuerint aperiendæ ac *c* detergendæ ſunt, deinde vlcera ſiccantibus ſine morſu ſananda, & vbi nobiliores aliquæ partes afficiantur, vt oculi, os, fauces, inteſtina, adſtringentibus confirmandæ ſunt, vt defendantur ab eiuſmodi noxa. Pugnant aliqua ex propoſitis operibus, & inter ſe, & cum his quæ communiter deſiderantur in curatione illarum febrium, quæ conſiſtūt in humoribus putribus, refrigerantia enim, quæ deſiderantur à feruore & à febre, & eductioni, & euacuationi ad partes externas aduerſantur. ea, quæ craſſos reddunt humores, obſtructionem faciunt & tranſmiſſionem ad cutem impediunt, eductio humoris putris aut obſtruentis impedit naturæ motum, & non ſinit ſuperantem humorem ferri ad cutem. quæ cum ita ſe habeant, ea opera ſubinde efficienda ſunt, quæ magis requirantur, & minus noceant, eo etiam modo efficienda ſunt, quo minus reliqua impediant, ſed cum alio tempore alio pacto affectum ſit corpus, alia etiam opera magis deſiderantur, & minorem noxam afferunt. Principio cum materia multa eſt, & non dū tranſfertur *d* ad cutem exinaniri debet, neq; enim impedietur tunc naturæ motus, qui non dum incepit. Cum iam plurimum feruet materia, coercendus eſt feruor ijs, quæ vt diximus craſſum

a *Auic. l.4.f. p.tr.4.c.x.*

b *Auic. ibid.*

c *Auic. ibid.*

d *Auic. ibid.*

redduntac refrigerant humorem, quod, ſi fiat ante quam puſtulæ appareant in cute, non erit periculum, ne auertatur natura à ſuo opere, refrigerantia autem intus ſumi debent, nam quouis tempore præſtat cutem calidam *a* conſeruare, niſi ob feruorem videatur ſibi homo ſtrangulari. Tunc autem euocanda materia ad cutem eſt, cum iam transmitti cæpit à natura, quo tempore, non nocent aut calefacientia externa, aut extenuantia, incidentia, & relaxantia intus data; cum iam remittatur feruor, licet igitur propoſita opera omnia efficere, ſed vnumquodq; ſuo tempore. Inſtrumenta reſtant ad vnumquodq; efficiendum neceſſaria. Redditur craſſior humor, qui ebullit cibis craſſioribus, vt lentibus, palmulis, *b* zizifis, præterea tragachanto, gummi. Refrigeratur fructibus acerbis aut acidis, vt piris, malis cotoneis, medicis, punicis, moris, fructibus rubi, cucurbita, cucumere. Euocatur ad partes externas ſi relaxetur cutis, & ſimul calefiat fomentis ex aqua, in qua bullierit chamomelum, anhetum, enula campana, radix altheæ, tegaturq; corpus veſtibus, ſtragulis. *c* intus autem dantur extenuantia & incidentia, vt aqua in qua bullierit appium, anhetum, fœniculus, camemelum, lentes præcipuæ in variolis, ſicuti ciceres rubri in morbillis, vel aridæ fici, aut vuæ paſſæ. huc ſpectat etiam potio vini tenuis, quod non conuenit niſi vbi iam ex toto deferuuit humor, nam cum feruet bibenda eſt aqua, in qua bullierint fructus *d* acerbi, aut frigida aliqua herba, vt lactuca, viola, endiuia. Ad humores educendos à principio vtemur venæ *e* ſectione, ſi per vires & ætatem liceat, alioquin exaſperabimus cutem ſcalpello, & defigemus cucurbitulas, præſertim ſi redundet ſanguis. vitabimus catharctica validiora, ne nimis calorem augeant, ſed ſoluemus aluum, aut caſſia fiſtula quam vocant, aut ſyruppo ex pluribus infuſionibus roſarum, aut ſaccaro viola condito, vel melle, quod ex rore concreſcit; quò item ſpectabunt mitiores liquores, qui per clyſteres in ipſam infundantur. Symptomata ſi qua grauiora ſunt, quæ expectare non permittant dum curetur morbus, & cauſa, leniri debent quemadmodum in alijs febribus docuimus. propriæ autem puſtulæ ad maturitatem perducuntur fomentis, aperiuntur acu *f* aurea, ubi per ſe non abrumpantur, deterguntur lana, vel goſſypio, abluuntur primum muria, deinde aqua in qua bullierit miricha, ac mirthos, reſperguntur etiam polenta, fa-

a *Auic. ibid.*

b *Auic. ibid.*

c *Auic. p.q.1.*

lentes in variolis ciceres rubri in morbillis

d *Ibidem.*

e *Ibidem.*

vene sectio a principio

f *Ibidem.*

ta, farina *a* orizæ, millij, fabarum, qua vtiliter etiam culcitra ſuperqua iacere homo debet impletur, vlcera vbi pura ſunt ſiccantur, valet puluis ex radice *b* arundinis, ariſtolochiæ, coſti, cui additur aliquid croci, poſtremo datur ceruſſa, cadmia, ac pompholix, dum vt cicatrix *c* inducatur. Quòd ſi oculi à puſtulis, atque vlceribus lædantur, abluentur aqua, in qua bullierit hordeum, & coriandrum, deinde adhibebitur collirium, quod accipiat roſam, crocum, & roem, ſiue collirium album, quod appellant auctore Raſi, quæ collyria lacte præſertim muliebri, aut etiam decocto fenu græci diſſoluantur: à quibus ad collirium thuris Meſue, ut ulcera, & puſtulæ melius concoquantur, tranſire oportet. In nares indemus ſuccum vuæ acerbæ. Ad os, & fauces dabimus medicamentum, quod ex moris conficitur, quas etiam partes vtile eſt ſucco punicorum acidorum frequenter abluere. Si lædantur *d* inteſtina infundemus per clyſterem in aluum ſuccum plantaginis, portulacæ, aut aquam, in qua bullierit mirtus, lentiſcus, poligonium, plantago roſæ, balauſtia, & alia id genus ſimilia. hactenus de febribus humorum putredinem ſequentibus.

a *Ibidem.*

b *Ibidem.*

c *Auice. ibid. cap. 11.*

d *Auic. ibid.*

Finis Libri Sexti de Febribus Vidi Vidij.

VIDI

VIDI VIDII DE FEBRIBVS.

LIBER SEPTIMVS.

Qui eſt de Febre Hectica, & Tabe.

Propoſitum huius libri & quid ſit hæctica febris. Cap. I.

QVOT ſunt genera partium, quibus noſtra corpora continentur, totidem, ut a ante oſtendimus, ſunt prima genera febrium, cum alius inſit calor & idcirco alia febris in alia ſubiecta materia, vt in ſpiritibus, in humoribus, in partibus ſolidis; verſantur autem in ſpiritibus febres diariæ, ſicut in humoribus illæ quæ putredinem ſequuntur (vtraſque autem perſequuti ſumus) in partibus ſolidis illæ quas Græci hæcticas vocant, atq; hæ ſuperſunt in hoc libro exponendæ, quibus tabem, quam Græci *b* μαράσμον, nominant ſubijciemus, tum quia ſuperuenit hæcticis cum non ſtatim ſanantur, tum quia per ſe ipſam eſt ex ijs morbis quos præſtat ſeorſum vberius tractare, veluti febres, repugnantiam totius ſubſtantiæ, tumores præter naturam, motionem articulorum ex ſuis ſedibus, ſolutionem continui, hæc ſiquidem non raro accidit, & aut difficulter curatur, aut hominem interimit. Veniat igitur in medium febris illa quæ reſidet in partibus ſolidis, quem morbum Græci vocant ἑκτικὸν, ἀπό c τῆς ἕξεος hoc eſt ab habitu, qui duo ſignificat & ipſas partes ſolidas cordis quæ opponuntur humoribus ac ſpiritibus, & ſtabilem diſpoſitionem, ab utraq; ſignificatione appellatur iure hæc febris hæctica, cum & uerſetur in habitu totius corporis, hoc eſt in partibus ſolidis, & ſtabilis ſit, neque facile ſubmoueatur, partes enim ſolidæ ut uix concipiunt alienas qualitates, ita etiam uix amittunt; quod

a Supra. l. p. c.9. & Gal. l. p. de diff. febr. c.p.

b Galen. l.de marcore.c.p

c Galen. p.de diff.feb.c.7.

contra

contra uſu uenire conſtat in humoribus ac ſpiritibus in quibus accenditur febris non ita ſtabilis & quæ à Græcis dicitur. κατασχέσιν, potius quam καθ᾽ἕξιν. uocant *a* enim κατ᾽ἕξιν qualitatem illam quæ firmiter hæret, ſiue ſit ſecundum naturam ſiue præter naturam, eam quæ facile tollitur dicunt κατασχέσιν. potiſsimum igitur, nominata eſt hæc febris hæctica quia ſtabilis eſt non ſecus quam color in lanis ante tinctis, ſed præterea quia uerſatur ut diximus in partibus *b* corporis, hoc eſt in habitu totius corporis. Continetur hæctica febris calore *c* acri, quo differt à diaria quæ lenem præſefert, præterea ſquallido quo diſtat ab ea quæ uerſatur in humoribus putribus, cuius calor fumoſus eſt, & merito, nam humores cum putreſcunt inſtar lignorum uiridium plurimum edunt fumi, contra à partibus ſolidis cum accenduntur nihil exhalat fumi perinde atq; à lignis aridis. Cæterum calor in materia denſa acris eſt, & idcirco talis in hæctica ſentitur, cum inſit inpartibus ſolidis. Copia autem caloris parua eſt, & longe ſuperatur à qualitate acri, contra, quam in ſynochis *d* oſtendimus quarum calor plurimus eſt, ſed mitior quamuis in utriſque *e* aſsiduus ſit & uno circuitu contineatur à principio ad finem. eſt igitur hecticæ calor continens, ſine circuitibus, ſquallidus, acris ſed paruus & non qualem acutæ febres præſeferunt, eſt præterea ſine dolore, cum uerſetur in partibus ſolidis, non amplius aduentitius, ſicuti cum reſidet in humoribus aut ſpiritibus cordis, ſed ueluti naturalis ita ut minime ſentiatur, neq; moleſtiam afferat, ſed homo iudicet ſe non febricitare. Eſt item æqualis ac ſibi ſimilis à principio *f* ad finẽ, numquam uidetur augeri, numquam decreſcere, cui ſententiæ aduerſatur unum quod Hippocr. *g* in prognoſticis interdiu leuiorem eſſe, noctu creſcere eiuſmodi febrem teſtatur, alterum quod diſtinguitur temporibus *h* ut aliæ febres, habet enim principium cum humor, quo ſolidæ partes nutriuntur nondum manifeſte abſumitur, incrementum cum iam manifeſta eſt eius cõſumptio, & abſumitur ille ex quo caro & adeps componuntur. uigorem, cum hic iam tabefactus eſt, & iam tabeſiunt partes uere ſolidæ ueluti ſibre: quod ſi detur diuerſa eſſe tempora hæcticæ febris, dandum quoque erit eamdem inæqualem eſſe & non perpetuo ſibi ſimilem cum incipiat augeatur uigeat. Verum non difficile eſt utrique rationi reſpondere; Hippocrates

a *Gal. 3. de locis affe. c. 2.*

b *Galen. p. de diff. feb. c. 7.*

c *Galen. p. de diff. feb. c. 9.*

d *Gale. ibid.*

e *Ibid.*

f *Gal. l. de inæquali intẽp. c. 5.*

g *Hipp. 2. prognο. 60.*

h *Galen. p. de diff. feb. c. 9.*

a augeri dixit ha c febrem noctu, hoc eſt poſt cenam& à cibo quod cum cor humorem ex alimento accipit quodammodo perfunditur , ita ut ipſius calor ferueat, non ſecus quam calor calcis non extinctæ cum perfunditur aqua ſtatim enim augetur: hanc ſimilitudinem egregie affert Galenus *b* iniuriaque repræhenditur à non nullis *c* qui obiiciunt humorem alimenti non eſſe contrarium cordi ut eſt aqua calci,ſed quid tum poſtea? neque enim ſimilitudo conſiſtit in ipſa conuenientia quam habet inter ſe alimentum & cor, aut in repugnantia quam habet calx & aqua, ſed in humore , qui cum nanciſcitur ſolidam ſubſtantiam calidiorem,præbet calori pabulum,&ita ipſum auget,adeo ut maiorem ſe oſtendat quam ante. Ergo creſcit calor hæcticæ febris poſt cenam, poſt prandium ac denique poſt cibum quacumque *d* hora detur, quod non uſu uenit in febribus occupantibus ſpiritus aut humores , remittitur .n. magis earum calor poſt cibum & potionem quam augeatur, augetur autem in hæctica propterea quia ſquallidus eſt in partibus ſolidis, quæ ubi perfunduntur humore alimenti, longe maiorem calorem præſeferunt quam ante,non ſecus quam candentes lateres ubi reſpergantur aliquo humore : augetur autem in febribus hæcticis calor unam uel alteram *e* horam poſt cibum,nec eſt quod mireris ſi tam celeriter cor perfunditur humore alimenti cum maximam *f* uim habeat attrahendi , ita ut inopia alimenti poſtremo ex omnibus partibus attrahat. Coquũtur celerius tenuiores partes alimenti in uentriculo, quam craſſiores , quò fit ut celerius etiam per uenas quæ à uentriculo ad portam iecinoris pertinent diſtribuantur,& inde attrahantur à corde. Videmus reſici uires in animæ defectione celerrime poſt *g* uini,aut etiam elixiris potionem, quare non mirum eſt ſi tam cito cor perfundatur humore alimenti atque incaleſcat, ſed paulo poſt deferuet& perſeuerat calor paruus,acris,quemadmodum ante cibũ ſemperque ſibi ſimilis eſt,niſi ab externa cauſa ut à cibo augeatur.Neque obſtat quod de principio, incremento,& uigore hæcticæ febris dictum eſt,quandoquidem hæc tempora ſunt *h* ſiccitatis conſequentis ipſum calorem , magis quam ipſius caloris quo continetur,ita ut propria magis ſint tabis , quam hæcticæ, cuius calor ita celeriter præhendit partes ſolidas & ita etiam celeriter frigidis remediis tempeſtiue datis curatur, ut non appa-

reat

a *Hippoc.2. progn.60.*

b *Gale.p.de diffe. febr.c. 9.&l.2.pro gn.com.60.*

c *Auerr.l.4. collig. cap. 33.*

d *Gale. p.de diff.febr.c.9*

e *Gal.ibid.*

f *Gal.l.de marcore c.5*

g *Gale. p.ad Glauc. cap. 14.& l.12. Met.c.4.*

h *Gale. p. de diff.febr.c.9*

reat,neque quando incipit,neque quando remittitur,ſed tota ipſa febris ſit ueluti uigor æqualis à principio ad finem manens. Sed cum dixerimus tempora hæcticæ febris referri ad ſiccitatem quæ ipſam conſequitur,quæret quis num hæctica contineatur ſiccitate ſicuti continetur calore: ita ut definiatur non ſolum calor ſed etiam ſiccitas, cum incipiat hæctica febris tantũ in illis corporibus quæ non ſolum *a* calida ſunt, ſed ualde ſicca, cumque curetur non minus madefacientibus *b* auxiliis quã refrigerantibus? Cui reſpondebimus hæcticam non neceſſario *c* contineri ſiccitate,ſicuti continetur calore: ſed,ſi diutius maneat, eiuſmodi calorem afferre ſiccitatem, poſſe tamen inueniri febrem hæcticam ad huc cum humore aut mediocri,aut certe cum non tanta ſiccitate, ut uitæ munera impediat.

a *Galen. p. de diff. cap. 9.*
b *Gal. x. meth. cap.6.*
c *Gal.pri.de diff. febr. c. 9.*

De ſpeciebus ac differentiis febris hæcticæ. *Cap. II.*

SED qualis ſit calor quo hæctica febris continetur ſatis iã expoſitum eſt,uideamus nunc ipſa ne ſit una ſpecies duntaxat indiuida, an quaſi genus plures ſub ſe complectatur:ſicut illa quæ humorum putredinem ſequitur profectò ſi ſolida ſubſtantia, quæ partes noſtras conſtituit, ita multiplex & ſeparata eſſet,ſicut eſt humor qui putreſcens febrem accendit:ut multas eſſe oſtendimus febris ſpecies quæ in hoc uerſantur , ita nunc multas oſtenderemus eſſe quæ in ſubſtantia ſolida : diximus *d* enim à ſanguine ſynocham , à flaua bile tertianam , à pituita quotidianam , ab humore melancholico quartanam febrem cum putreſcunt excitari : ſed ſubſtantia ſolida cum una ſit & compoſita unius ſpeciei duntaxat hæcticam efficit ; eadem ratio eſt inflammationis *e* quæ ſi accipitur pro ardore , quam per ſe concipit ſubſtantia ſolida & non per aliquem humorem , unius eſt ſpeciei *f* duntaxat , ſed ſi pro tumore quem excitauit calidus aliquis humor , multas ſub ſe ſpecies complectitur,& totidem quot ſunt calidi humores à quibus oriuntur. hæctica igitur febris cum reſideat in ſubſtantia ſolida,quae una eſt& compoſita ſimul, neceſſe eſt ſit unius ſpeciei duntaxat; uariae enim ſpecies caloris,ut ante *g* oſtenſum eſt,fiunt à diuerſa materia ſubiecta . Quidam tamen ex *h* ueteribus medicis ſtatuunt tres tantum eſſe ſpecies haecticae febris , mouentur autem

d *Supra l.5. cap.p.*
e *Gale. p. ad Glauc.c.p.*
f *Gal. ibid.*
g *Supra l. 5. cap.p.*
h *Auerr. l.7. cap.15.*

a *Gal. l.p. de diff. febr. c. 9 & l. 7. met. cap. 6.*

tem triplici ſubſtantia ex qua partes *a* ſolidæ noſtri corporis conſtant: una eſt humor diſtributus per parua earum foramina quaſi ros quidam inſperſus, à quo illæ aluntur, altera eſt caro & adeps, tertia ſubſtantia ſiccior ac durior qualis fibrarũ eſt ac membranarum. totidem igitur uolunt eſſe ſpecies febris hæcticæ, primam dicunt eſſe cum calor occupat huiuſmodi humorem inhærentẽ partibus ſolidis, ſecundam cum carnem & adipem, tertiam cum ſubſtantiam ſicciorem ac duriorem; par .n. eſſe aiunt in diuerſa ſubſtantia, & tenuiore, & craſſiore diuerſum febris genus accendi. His tamen auctoribus non ſubſcribimus, cum tres ſubſtantiæ partium ſolidarum non ſint inter ſe ſeparatæ ut humores, qui in alio homine, aut alio tempore diuerſi putreſcunt, ſed iunctæ ſimul, ita ut conſtituant hoc pacto compoſitæ unamquamque ex ſolidis partibus, quo fit cum una quæuis ex his ſubſtantiis accenditur, neceſſe ſimul ſit accendi reliquas duas, & ita unam duntaxat hæcticæ ſpeciem excitari. neque obſtat quod primo accendatur humor ille ueluti ros inſperſus, ut qui facillime concipit calorem; deinde caro, & adeps; poſtremò ſubſtantia illa ſiccior & durior; nam celerrime in tota parte compoſita una ſubſtantia accenſa reliquæ duæ calorem concipiunt, ita ut nullum ſit tempus quo medicus diſcernere poſſit diuerſas hæcticæ ſpecies, ſed ſemper una duntaxat appareat: nec eſt quod obiicias ſiccitatem, quæ primò refertur ad humorem illum ueluti rorem inſperſum, hic .n. *b* primo abſumitur, deinde ad carnem & adipem, quæ deinceps liquantur, poſtremò ad duram & ſiccam ſubſtantiam, quæ ultima tabeſcit, ita ut alio tempore alia appareat ſiccitatis ſpecies. Sed alia eſt ratio caloris, alia ſiccitatis, illa celerrime conſpicitur in tota parte compoſita ex triplicj ſubſtantia, hæc paulatim fit, manet aliquamdiu humor ille antequam ſiccetur, caro & adeps non ſtatim liquatur, longiori tempore ſubſtantia ſicca & dura, ita ut merito ponantur tres ſpecies ſiccitatis, quæ diuerſæ depræhenduntur in diuerſis temporibus, pro triplici illa ſubſtantia quæ abſumitur. Si quis autem cenſeat ſpecies hæcticæ febris reſpõdere ſiccitati, ita ut prima ſpecies ſit cum calor primam affert ſiccitatis ſpeciem, ſecunda, cum ſecundam, tertia, cum tertiam, decipitur, cum ut *c* ſupra docuimus hæctica conſtituatur à calore, ſiccitas autem conſtitutæ ſuperueniat, & compoſitam effi-

b *Gale. p. de differ. febr. cap. 9. & 7. meth. ca. 6.*

c *Ab initio capitis & Gale. p. de diff. feb. c. 9.*

ciat

ciat non ſimplicem hæcticam, compoſita uerò non ſit ſpecies, ſed una ex differentiis ad quas iam pergimus.

Diſtinguitur hæctica, quam unius ſpeciei duntaxat eſſe demonſtrauimus, pluribus differentiis, inter quas illæ potiſſimum ad rẽ pertinent; quòd aut ſimplex eſt, aut compoſita; ſimplex appellatur cum ſine altero affectu præter naturã conſiſtit in eo calore duntaxat quem deſcripſimus: compoſita uerò illa, quæ iungitur cum aliquo affectu præter naturam, ut cum ſiccitate, *a* quæ ipſã neceſſario conſequitur ſi diutius manet: cum *b* putredine humorũ, & febre quæ ab ipſa oritur, cum inflammatione uel eryſipelate, cum putredine in ſubſtantia cordis, & febre *c* peſtilẽte. Plerũque igitur iunctã uidemus febrẽ hæcticã cum ſiccitate, cuiuſcumque ſit ſpeciei, ſiue abſumatur humor ille nutriens, ſiue liquetur caro & adeps; ſiue tabeſcat ſubſtantia ſiccior ac durior, nominatur autem tunc à Græcis hæctica non ſimpliciter; ſed μαρασμώδεις, *d* quam proprie in ſequentibus perſequemur cum agemus de tabe quam Græci uocant *e* μαρασμων. Componitur & hæctica cum alia febre, cum diaria quidẽ non diſcernitur, quamuis, ubi accenduntur partes ſolidæ, neceſſe ſit ſpiritus accenſos eſſe, non tamen diſcernitur; quòd acrimonia caloris ſolidarum partium obſcuret lenitatem, quam ille præſeferre ſolet, qui uerſatur in ſpiritibus. Longe aliter euenit, ubi iungitur cum hæctica febris in humorum putredine conſiſtens, utraque enim diſcernitur, *f* hæctica quidem cũ calore acri, ſquallido, ſemper eodem modo perſeuerante; ſed illa, quæ conſiſtit in humoribus putribus, cum calore ſimiliter acri ſed uaporoſo, & qui mutatur pro temporibus acceſſionis: poteſt igitur hæctica febris copulari cum quauis ſpecie illarũ febrium quæ ſequuntur humorum putredinem ſiue putredo diffuſa ſit ſiue concluſa, ut in *g* inflammatione & eryſipelate præſertim in uiſceribus, ut in uentriculo, inteſtinis, renibus, utero, pulmone; ſi quidem & cum *h* his aliquando copulatur, impertitur enim calor præter naturam ab eiuſmodi partibus inflãmatis ſubſtantiæ ſolidæ cordis, & ita iungitur ſimul cum inflammatione uel eryſipelate hæctica febris. ſed cum uagantur peſtilentes febres iungitur hæctica tunc ſæpius, ſiue hæcticæ calor quem deſcripſimus, cum repugnantia totius ſubſtantiæ & putredine, quam ex aere contraxit ſolida ſubſtantia cordis: ita

ut

a *Gal. ibid.*
b *Gale. p. de diffe. febr. cap. x.*
c *Gal. 3. de præſag. ex pulſ. ca. 3. 4.*
d *Gal. l. p. de differ. feb. cap. 9.*
e *Gal. l. de marcore ca. p.*
f *Gal. l. p. de diff febr. c. x.*
g *Gal. l. p. de diff. febr. c. 9.*
h *Gal. ibid.*

a *Gale. 3. de præſagit. ex pulſ. ca. 3. & 4.*

ut ſimul cum hæctica tunc *a* ſit & prauitas illa, & putredo. Huiuſmodi ergo ſunt affectus præter naturam qui compoſitam efficiunt febrem illam, quæ reſidet in partibus ſolidis, & quam nunc tractamus. Plurimæ uerò differentiæ, quas obſeruauimus in febribus humorum putredinem ſequentibus, cum proficiſcantur à cauſa hoc eſt à materia putreſcente, nullo modo pertinent ad hæcticam febrem ſimplicem; ideo omittentur quemadmodum illæ, quæ a magnitudine ſumuntur, neque enim ut ex illis quæ reſident in humoribus, ita ex hæcticis, aliæ magnæ, aliæ paruæ ſunt, aut mediocres, ſed omnes ſunt pares, & ſicut eadem hæctica in eodem homine à principio ad finem perpetuo *b* ſimilis eſt, ita etiam diuerſæ ſiue in aliis hominibus, ſiue in eodem alio tempore, ſemper ſimiles ſunt & æquales, non maiores, aut minores; calor enim acris, quem partes ſolidæ conceperunt, æqualis eſt in omnibus; ſi qua ſubeſt differentia magnitudinis & paruitatis, illa ſpectat ad innatum calorem maiorem vel minorem, & non ad mutationem præter naturam magis uel minus factam.

b *Galen. de inæquali intemper. ca. 5 & 7.*

De cauſis febris hæcticæ. Cap. III.

c *Gal. 8. meth. cap. p. & xi. meth. c. 2*

d *Gal. ibid.*

e *Gal. ibid.*

CAuſa hæcticæ febris continens aſſignari nulla poteſt, cũ non amplius fiat *c* ſicut illa quæ ſequitur humorũ putredinem, ſed iam facta ſit: at quod factum eſt cauſam non habet, materia enim accipiente formam ceſſat motus, & ideo mouens, & cauſa ipſa. idem uſu uenit & diariæ *d* febri, quæ ſimiliter caret cauſa continente, ubi enim ſpiritus calorem præter naturam conceperunt, non caleſiunt amplius: ita ut non ſit cauſa continens, à qua foueantur: illa igitur febris duntaxat, quæ in humoribus putribus uerſatur, continentem *e* habet cauſam ipſorum putredinem, qua præſente ea febris adeſt, & qua abſente abeſt, calor igitur qui in humoribus putribus conſiſtens eam febrem conſtituit retinetur à putredine tamquam à cauſa continente: quod ſi habeatur ratio caloris qui in quauis febre occupare eas partes debet, quarum lædit actiones & idcirco ſolidas, pertinent enim ad has tam diaria febris, quam ea quæ ſequitur humorum putredinem, cauſam habet continentẽ, in hac quidem humores putres; in illa ſpiritus accenſos per

quos

quos calor verſatur in partibus ſolidis, quibus tunc per ſe non hæret. Sed omittamus alias, reuertamur ad hæcticam, quam ſtatuamus non foueri à cauſa continente, at non propterea non profecta eſt à cauſis, quicquid .n. ortum eſt à cauſa ortum eſt; quamobrem antegreſſas cauſas à quibus profecta eſt inueſtigare oportet, quæ licet nihil faciant ad curõnem, morbum *a* tamẽ ipſum declarant quem excitarunt, & idcirco hæcticam febrem; quæ cum ſit calor præter naturam per ſe inherens ſolidis partibus cordis, neceſſe eſt cauſa à qua oritur, ſiue externa ſiue interna, uim habeat calefaciendi eiuſmodi ſolidam ſubſtantiam: ſed quia renititur cnm aſsidue refrigeretur ab aere, quem per reſpirõnem allicimus, requiritur *b* ſimul & robur effectricis cauſæ, & habilitas materiæ. conſiſtit habilitas materiæ (vt ab hac ordiamur) in ſiccitate *c* corporis, à qua tanquam à cote quadam acuitur calor. Vbi copia ſit humoris, ſiue roris modo inſperſi partibus ſolidis, ſiue etiam contenti in ſubſtantia earum, & ſimul carnis atq. adipis, defendit partes uere ſolidas vt fibras uel membranas, atq. alias ex ſemine procreatas, ab appulſu tam frigoris quam caloris, quò ſpectare carnis copiam *d* voluit Plato: defendit igitur humor partes ſolidas corporis à ui caloris, id quod non facit ſiccitas, facile .n. extenuata *e* corpora, & calorem, & frigus admittunt, ſiue ab externis, ſiue ab internis cauſis excitetur. In his tantum corporibus uidemus incipere hæcticas febres, nam in his quæ humidiora ſunt non incipiunt, ſed alijs ſuperueniunt. ob eãdem ſiccitatem euenit, ut diaria *f* febris ex nimia inædia vertatur in hæcticam: tum ut hæctica febris ſequatur alui profluuium, læuitatem, aut difficultatem inteſtinorum: ſub his .n. inareſcit & extenuatur corpus adeo, ut ſiqua ſubeſt febris ex humorum putredine orta, poſsit calorem ſolidis partibus cordis impertire. Cauſa effectrix interna calor eſt putribus humoribus inhærens, qui uel quòd uehemens ſit ueluti in ardentibus febribus, uel quòd diuturnus, veluti cum putredo longã febrem retinet, ſolidam cordis ſubſtantiam calidiorem reddit: Euenit interdum ut humores putres. qui febrem accendunt, non reſideant in uenis ſed aliquo loco concludantur, ubi ſit putredo, & ipſe focus febris, inflammationemque aut eryſipelas efficiant, à quibus *g* ſolida ſubſtantia cordis calorem concipit, modo non nimis diſtent partes inflammatæ. valde autem

a *Galen. 4. meth. c. 3.*

b *Gal. de cauſ. morb. c. 2.*

c *Galen. p. de diff. feb. 9. et l. x. meth. c. 5.*

d *Plato in Timeo.*

e *Gale. 9. meth. c. 5.*

f *Galen. x. meth. c. 5. & 6.*

g *Gale. l. p. de diff. feb. c. 9.*

afficitur cor à ventriculo, à iecinore, à renibus, ab utero, ab inteſtino ieiuno, uel colo, tum à ſepto tranſuerſo, non ita ualde à pulmone quamuis proximus ſit, quòd ex laxiore ſubſtantia cõſtet & plurimum refrigeretur ab aere externo, qui per reſpirõnem attrahitur: tantam autem *a* uim habent eryſipelata & inflammationes uiſcerum, vt non modo ſimplicem hæcticam; ſed eam quoq. quæ cum tabe iungitur, afferre poſſint. Poteſt ẽt calor diariæ febris hæcticam excitare cum in corpore alioquin ſicco & bilioſo adhibetur *b* inædia, degenerat .n. in hæcticam & concipitur à ſolida ſubſtantia cordis perinde ac febris *c* ardens cum non adhibentur externa, & interna refrigerantia ut res poſtulat. Externæ uerò atq; euidentes cauſæ, à quibus calorem augeri ac fieri febrem in uniuerſum monſtrauimus, ut labores, animæ perturbationes, *d* vbi vehementiores fuerint in corpore extenuato, non tantum ſpiritus cordis, ſed ſolidam quoq. eius ſubſtantiam calefacere queunt & afferre hæcticam. Illud tamen uertitur in dubium, poſſint ne eiuſmodi cauſæ ſtatim hæcticã febrem efficere, an neceſſe ſit antegrediatur diaria? profectò, cũ ſpiritus ualde *e* tenues ſint, neceſſe eſt longe prius calorem præter naturam concipiant, quam ſubſtantia ſolida: quod, ſi fiat, ſemper, hæcticas febres, quæ non ſuccedant illis quas excitat humorum putredo, ſed uideantur ipſæ initio incipere, antecedent diariæ, uerum quia hæ interdum ſtatim degenerant in hæcticam, & minime conſpicuæ ſunt, idcirco dicimus tunc hæcticas initio incipere, quamuis re uera anteceſſerint diariæ. Interdum tamen hæ totam diem manent prius quam degenerent in hæcticam, & euidentes ſunt, adeo ut tunc non dicantur incipere hæcticæ febres, ſed ſequi diarias. Expoſitis cauſis hæcticæ febris proximum eſt vt eas percurramus à quibus proficiſcuntur differentiæ, quas ſupra in hæctica febre obſeruauimus, vt quòd vel ſimplex ſit, vel compoſita, ſeu cum tabe, ſeu cum febre orta ab humoribus putribus, ſeu cum inflammatione, aut eryſipelate, ſeu cum *f* putredine in ſubſtantia cordis qualis accidit in febre peſtilente. utemur autem communiter hac regula, quòd eædem cauſæ, quæ faciunt hæcticam, faciunt hæcticæ differentiam, ſi ſimilem aſſumant, ſimplex hæctica fit à ſimplici cauſa ſiue externa, ſiue interna quam retulimus, compoſita fit ab eadem cauſa, ſed coniuncta cum alia, ut cum illa quæ tabem affert, aut humo

rum

a Gal. ibid.
b Gal. l. x. meth. c. 6.
c Gal. l. x. meth. c. 5.
d Galen. 4. de præſag. pulſ. c. 4 & p. de diff. feb. c. 9.
e Galen. p. de diff. feb. c. p. & l. 2. de criſ. c. 13.
f Galen. 3. de præſag. ex pulſ. c. 3.

rum putredinem, aut tumorem aliquem præter naturam, aut etiam putredinem ſubſtantiæ cordis, quales verò ſint hæ cauſæ efficientes vnumquemque ex his affectibus qui cum hæctica febre copulantur, ſi exponere aggrederemur, nimis multi eſſemus, & ut prouerbio fertur, iam acta ageremus, uel paulo poſt agenda: egimus *a* enim ante de cauſis illarum febrium, quæ in humorum putredine conſiſtunt, uel etiam peſtilentes ſunt; vbi diximus *b* putrefieri ſubſtantiam cordis ab aere putri, qui per eos, aſperam arteriam & pulmonem fertur ad cor. De cauſis efficientibus tabem, cuiuſcumque ſpeciei illa fuerit, agemus ubi hæcticam febrem ſimplicem abſoluerimus, ſicuti de inflammatione & eryſipelate quà de tumoribus præter naturam in hoc ipſo volumine, nunc ergò relictis cauſis, pergemus ad ſymptomata.

a *Supra. l. 3. c. 2.*
b *Supra. l. 6. c. 5.*

De ſymptomatibus febris hæcticæ. *Cap. IIII.*

SEquuntur hæcticam febrem multa ſymptomata, non tamen quot illam quæ ab humorum putredine oritur tanquam à cauſa continente, cum hæctica *c* ſine cauſa ſit, & idcirco ea tantum afferat, quæ à morbo, hoc eſt calore præter nãm proficiſcũtur, at nocet febris putris magis plerumq. ob putredinem, quæ uarias partes noſtri corporis tentans, quamplurima efficit ſymptomata, ita ut longe pauciora ſint quæ ſequuntur hæcticã eadem tamen ſi comparentur cum his quæ diariam, multo plura ſunt, diaria.n. cum leni *d* calore contineatur ſimpliciſſima eſt ut ſuo loco monſtrauimus, neq; affert graue aliquod ſymptoma. ſed omiſſis his quæ alijs febribus ſuperueniunt ea perſequemur quæ maxime ad hæcticam pertinent. proficiſcuntur hæc à calore duntaxat illo acri ac ſquallido, quem propoſuimus. Proxima uis caloris conſiſtit in calefaciendo, ſicut aliarum qualitatum omnium in efficiendo ſibi *e* ſimilem, ſed cum calefacit ſimul ẽt ſiccat ac liquefacit, à quibus effectis multa ſymptomata oriuntur, cum debilitentur vires & idcirco lædantur actiones, quæ ubi lædantur neceſſe eſt mutentur tum qualitates, & affectus corporis, tum retenta & expulſa; conſiſtunt enim uires in *f* quantitate & qualitate moderata ſpirituum, humorum, & partium ſolidarum, calor quatenus calefacit moderationem qualitatis labefactat,

c *Gale. 8. meth. c. p. & l. 11. meth. cap. 2.*
d *Gal. 2. criſ. c. 13.*
e *Ariſt. l. 7. diuin. c. 9.*
f *Gal. l. xi. meth. c. p. et 3.*

R 2

factat, ſed quatenus ſiccat ac tabefacit, officit moderationi non
ſolum qualitatis, ſed etiam quantitatis, minuit enim quantita-
tem illarum partium ita ut duplici nomine debilitentur uires,
quòd nec qualitatis, nec quantitatis moderatio amplius ſerue-
tur quare non mirum eſt ſi actiones lædantur & propterea ẽt
mutentur affectus & qualitates corporis, retenta & expulſa. ſi
a Gal. 2. aph. quæras quæ actiones lædantur, dicendum eſt laedi *a* omnes,
com. 20. cum omnes vim ſuam conſequantur à ſpiritu uitali, & à corde,
b Galen. p. de cuius ſolidae *b* partes, cum in haectica febre male affectae ſint,
diff. feb. c. p. nequeunt robur reliquis totius corporis impartire, quò fit ut
omnes laedantur, minus tamen illae quae calore aut ſiccitate
gaudent; ita enim natura comparatum eſt, ut quamuis omnes
actiones perficiantur à temperatione moderata, omnes item la
c gale. 2. aph. befactentur à ualde *c* immoderata, aliae tamen alia immode-
com. 20. ratione non tamen ualida augeantur, veluti cibi *d* appetentia
d Gal. ibid. et frigore, ſenſus ſiccitate, tactus & coctio calore. minus laedun-
3. de cauſa tur in haectica febre illas actiones quibus calor & ſiccitas apta
ſympt. c. 3. tur, illae magis, quibus frigus & humor, magis autem minuun-
tur quam auferantur aut deprauentur: nam cum in haectica fe-
bre calor paruus ſit, licet acris, nullam auffert actionem priuſ-
quam cum ipſo iungatur tabes, deprauatio uerò licet magis fiat
à calore, nam frigus actionem potius tollit, calor tamen haecti
cae cum neque uehemens ſit, neque cum materia, magis debili-
tare atque imminuere actiones poteſt, quam corrumpere ac de
prauare; multum tamen intereſt inter corpora laborantia pro
vt humidiora uel ſicciora ſunt, magis enim laeduntur quò ma-
gis ſicca, humidioribus magis renituntur, ſicut & frigidioribus
e Galen. p. de etiam, ſed non admodum accidunt eiuſmodie corporibus hae-
diff. febr. c. 9 cticae febres: principio enim tantum praehendunt ea quae cali
da ſunt & ſicca, quamquam poſſunt uerſari etiam in contrarijs
vbi ſuccedant alijs febribus, ut his quae diuturnam putredinẽ ſe
quuntur & non oriantur à principio; debilitantur ergo ab hae-
ctica febre oẽs actiones, & paulatim corrumpuntur ita ut tandẽ
intereant, nullae autem ægregie praeter caeteras uidentur offen
di. ex alijs verò ſymptomatibus, affectus & qualitates corporis
f Gal. ibid. ad duritiem cutis & maciem referuntur, quae proceſſu *f* tempo
ris apparent, cum non eſt amplius haectica ſimpliciter, ſed copu
lata cum tabe. excernuntur verò pauciora quam ſoleant deie-

ctione,

ctione, vrina, ſudore; quòd pars eorum quæ excerni euidenter ſolet à calore abſumatur; neq. redduntur plura, quòd à calore liquæfiant quemadmodum in febre ardente, cum & calor paruus ſit & corpus aridius, ita ut quod ſubinde liqueſcit ſenſum lateat, quemadmodum *a* cum aſſatur caro arida & ſicca; nihil.n. defluere ſuper prunas conſpicitur, ſicuti conſpici ſolet cum aſſatur pinguis, mollis, atq. humida: eadem ratio eſt noſtrarum partium, quæ ubi humidiores & molliores ſunt, ſi à febre ardente liquantur, pinguem liquorem euidenter reddunt, quem vrina ipſa præſefert, ſi duriores ac ſicciores à febre hæctica tabeſiant parum eſt quod liquatur, & id totum latenter diſcutitur *b* atq. in uapores abit quare neq. multa neq. pinguia ſunt quæ ab his, qui hæctica febre laborant, expelluntur.

a *Gale.x.meth.c.ult.*

b *Gale.ibid.*

Signa & pronoſticum hæcticæ febris. Cap. V.

EX tribus præter naturam de hæctica febre iam expoſitis, ut præſentia recognoſcere morbum & ſymptomata oportet; nam cauſæ non agnoſcuntur ut præſentes, ſed ut iam antegreſſæ, aut coniectura inueſtigantur, aut referuntur ſeu ab homine, ſeu à familiaribus: ſolum igitur cognoſcere oportet ſymptomata, & morbum unà cum ſuis differentijs ut præſentia. cæterum ſymptomata cuiuſcumque generis ſint ſub ſenſum cadunt, ita ut non neceſſe ſit diu in illis cognoſcendis inſiſtere, aut de ipſorum recognitione tractare. Incumbemus igitur in cognitionem morbi duntaxat, hoc eſt febris hæcticæ ac differentiarum quas ſupra commemorauimus. Sunt qui *c* hanc difficilem à principio exiſtiment, ſed proceſſu temporis facilem, ſecus de curatione exiſtimant, nam cum incipit hæctica febris facile inquiunt curatur, ſed cum iam uetuſta eſt, uix aut, ne uix quidem. Hoc quod de curatione aſſerunt *d* uerum eſt perpetuo, at non ita perpetuo quod de cognitione, nam ſi hæctica febris ſola ſit, initio facile depræhenditur; plerumq. tamen ſuccedit illi, quæ ab humorum putredine oritur, & à principio iungitur cum ea, tuncque adeo obſcuratur *e* ut uix diſcerni queat; ſed hæc iam compoſita eſt. Loquamur primo de ſimplici, deinde ad compoſitam pergemus. Cognoſcitur hæctica febris cum ſimplex eſt ſenſu, ſub quem cadit calor

c *Auic. l.4.f.p.tr.3.c p.*

d *Galen.p.de diff.feb.c.9.*

e *Galen.p.de diff.feb.c.x.*

a *Supra.l.preſenti c.p. & Gal.p.de diff feb.c.9.*

b *Gal.ibid.& l.de inæquali intemp. c. 5.*

c *Gal.ibid.*

d *Gal.ibid.& 3.de præſag. pul.c.9.*

e *Galen.p.de diff.feb.c.9.*

quo contineri ipſam diximus, *a* acris videlicet præſertim quò diutius tangitur, ſquallidus, hoc eſt ſine fumo aut uapore, aſſiduus ſine circuitibus, quemadmodum in ſynocha febre: differt tamen quòd non eſt multus ut in ea ſed paucus, non diſtinguitur temporibus ita ut manifeſte uideatur incipere, augeri, uigeri, remitti, ſed æqualis manet ac ſibi ſimilis *b* à principio ad finem, tantum feruet cum datur cibus, aut potio *c* quacumq. hora ſumatur, ſed ubi deferuuit ſemper manet ſimilis atq. æqualis, & ac ſi naturalis eſſet, & non aduentitius, non percipitur ab *d* ægrotante, adeo ut iudicet ſe non febricitare; quamuis autem quouis tempore æqualis ſit, non tamen æqualis ineſt cuiuis parti, ſed cum tanguntur arteriæ, longe *e* calidiores ſentiuntur quã ceteræ partes quod minime uſu uenit in febribus diarijs aut in illis quæ humorum putredinem ſequuntur, neque enim maiorem præſeferunt calorem in arterijs quam in alijs partibus; ita ut ſit proprium febrium hæcticarnm; in quibus cum ſolidæ cordis partes calorem præter naturam conceperint merito magis calefaciunt arterias inde ortas, quam cæteras partes. Sentitur etiam maior calor in thorace ob uiciniam cordis quam in alijs partibus, quod non ſimiliter accidit alijs febribus, in quibus non ſolida ſubſtantia, ſed humor vel ſpiritus cordis calefactus eſt, & facile permeans in reliquas partes corporis calorem præter naturam omnibus ęqualem impertit, huiuſmodi ergo calor, in quo febris hæctica conſiſtit, ſenſu tactus facile iudicatur. Verum mente etiam conijci poteſt hæc febris, & primo ex cauſis & externis, & internis. Illæ externæ cauſæ, à quibus excitari diariam febrem docuimus, ubi ualidiores *f* antecedãt, & corpus ægrotantis calidum ſit & ſiccum, hæcticam febrem denunciant, quam par eſt ab ipſis fuiſſe allatam. Eamdem ſignificant cauſæ internæ veluti febris aut diaria, aut ex humorũ putredine, uel inflammatione orta; diaria.n. ubi diutius perſeueret & non finiatur primo die in homine calido & ſicco, qui conſilio imperiti medici *g* utatur inædia ſine aliquo auxilio refrigerante, ut efficere, ita ſignificare hæcticam febrem poteſt. idem euenit febri quæ humorum putredinem ſequitur, ubi uel ardens ſit, uel diu occupauerit hominem calidum & ſiccum, poteſt enim & excitare, & oſtendere febrem hæcticam: quemadmodum & inflammatio, *h* & eryſipelas ſepti tranſuerſi, uentricu-

f *Gal.ibid.& l.3. de præſagit.pul.c.4*

g *Gal.x.meth.c.3.5.6.*

h *Galen.p.de diff.feb.c.9.*

li,

li, iecinoris, inteſtini, ieiunui, aut coli, renum, uteri in homine ſi militer calido & ſicco. Verum fit coniectura hæcticæ febris ex illis etiam quæ proſunt aut obſunt, nam præter refrigerantia & *a* madefacientia quæ conueniunt omnibus febricitantibus, præter calefacientia & ſiccantia quæ omnibus aliena ſunt, & ideo febrem communiter monſtrant, proprie eos, qui hæctica laborant, iuuat mirum in modum cibus & potio, lædit abſtinentia; id quod magnam fidem facit propoſitæ febris. Ad quã ſignificandam poſtremo ualent effecta, ut ex actionibus, pulſus neceſſario celer *b* & languidus, non tamen neceſſario creber aut magnus, cum & ſine crebritate ſæpe numero ſentiatur, & paruus ſit præſertim poſt initium; redditur enim arteria ſiccior & idcirco *c* durior maxime proceſſu temporis, ita ut pulſus, & ob duritiem, & ob imbecillitatem facultatis vitalis, nequeat eſſe magnus, quæ tamen non tanta ſunt vt non ſinant ipſum eſſe celerem. Reſpiratio pulſui ſimilis eſt, celeris ob calorem auctum, ſed parua, tum ob uirium imbecillitatem, tum ob ſiccitatem ac duritiem inſtrumentorum, quæ ubi augeantur, neceſſe eſt cum celeritate iungi frequentiam. Ex affectibus uerò & qualitatibus corporis, durities cutis, & gracilitas *d* partium omnium monſtrant febrem hæcticam, cum paruæ quidem ſunt, ſimplicem, cum magnæ compoſitam *e* cum tabe. Quæ retinentur ac detruduntur nullam ferè fidem faciunt hæcticæ febris, nam retenta multa, & excreta pauca accidunt etiam alijs. Ex his, quæ expelluntur, vrina *f* quæ ut ſi quid aliud monſtrat febrem ortam ex putredine humorum, qui in venis detinentur, talis enim redditur quales illi ſunt, nihil mutatur neque in diaria febre, neque in hæctica, neque illas ſignificare poteſt, niſi quod ferè ſecundum naturam reddatur; quod non euenit ubi humorum putredo febrem accendat. nihil etiam pingue præſefert vrina eorum qui hæctica febre laborant: neque enim liqueſit in eiuſmodi corporibus mollior caro, & adeps euidenter, vt in alijs qui ardente febre laborant, quemadmodum paulo ſupra tradidimus, cum de ſymptomatibus loqueremur. Differentiæ febris hæcticæ quo pacto recognoſci poſſint exponere nunc tempus eſt, neque enim habet ſpecies ut in ſuperioribus *g* proditum eſt, quas recognoſcere oporteat, diſtingui autem potiſſimum hæcticam febrem illis differentijs diximus, quòd aut ſimplex

a *Gale. 8. meth. c 9. & l. x. meth. c. x.*

b *Gal. l. 3. de præſagit. pulſ c 3.*

c *Gale. l. p. de diff. feb. c. 9.*

d *Gal. ibid.*

e *Gal. ibid.*

f *Galen. p. ad Glauc. c. 2.*

g *Supra c. 2. huius libri.*

ſit, aut compoſita. ſimplex conſiſtit in calore præter naturam duntaxat, quem expoſuimus: depræhenditur autem & ſenſu & ratione ex ſignis proxime traditis; compoſita verò neceſſe eſt ex compoſitis coniunctiſque indicijs colligatur, ex his uidelicet quæ monſtrant ſimplicem hæcticam & ex his quæ affectū qui cum ea iungitur. Fac primum iungi cum tabe, cum qua plerumque copulatur, uel potius perpetuo ſi diutius manet, ſignificatur hæctica cum tabe à ſignis ipſius tabis, quæ in ſequentibus tradentur iunctis cum ſignis monſtrantibus hæcticā ſimplicem iam enarratis, paruo autem negocio ex vtriſq. intelligitur; ſed ſi hæctica febris cum ea copuletur quæ in humorum putredine conſiſtit *a* non facile cognoſcitur, ab inæqualitate.n. caloris & expiratione uaporum putrium obſcuratur; ſiquis tamen intermiſſionem obſeruet illius febris quæ putredinem ſequitur, hæcticæ indicia non obſcure depræhendet, quæ *b* iuncta cum inæqualitate caloris eiuſmodi febrium cognitionem patefacient; quamquam præter inæqualitatem caloris concurrūt alia ſigna à quibus ſupra memoriæ prodidimus denunciari febrem ab humorum putredine ortam. Eadem ratio eſt inflammationis, & eryſipelatis ubi cum hæctica febre copulentur. Colligitur.n. eiuſmodi coniunctio ex ſignis hæcticæ febris ſimplicis, & ſimul ex his quæ fidem faciunt eryſipelatis atque inflammationis in hac aut illa parte, quæ à nobis explicabuntur, cum ad curandas ſingulas partes membratim veniemus, at ubi in febre hæctica ſubſtantia ſolida cordis non tantum calida ſit, ſed etiam putris: quemadmodum *c* accidere ſolet vbi cōiter uagantur febres peſtilentes, ſignis monſtrantibus ſimplicem hæcticam accedunt illa, quæ monſtrant prauitatem putredinis in ſubſtantia cordis, quæ ſupra *d* à nobis expoſita ſunt. cum peſtilentes febres perſequeremur, inter quæ maximum eſt ſumma uirium imbecillitas. Sequitur præſagitio futurorum, & primo ipſius euentus, qui interdum ſalubris expectandus eſt, interdū pernicioſus. Vtrum expectare debeas conijcies æſtimato *e* robore naturæ uel morbi. ſed in dubium incertumque reuocatur quo pacto æxtimandum ſit naturæ robur, cum nihil ad hæcticæ febris ſanationem conferre natura videatur; neque enim debet aut concoquere, aut expellere materiam, à qua accenditur febris; quemadmodum in illa quæ ſequitur humorum putredinem,

a *Galen p. de diff. feb. c. x.*

b *gal. ibid.*

c *galen. 3. de præſagit. pulſ. c. 9.*

d *Supra. l. 3. cap. 5.*

e *gal. 4. de præſagit. pulſ. 11. & l. de conſt. artis c. 18.*

nem, ſed ſanationis cauſa ſunt externa refrigerantia, quæ partim intus dantur, partim extrinſecus imponuntur adeo ut nō natura ſed ars ſit ſanationis cauſa, & idcirco huius magis perpendendæ uires ſint quam naturæ. Quibus reſpondendum eſt illud uerum eſſe quod affertur, hæcticæ febris ſanationem ab arte proficiſci, & idcirco perpendendum eſſe quid ars poſſit; at magnifacienda etiam eſt natura, neque enim quæuis *a* citra periculum fert refrigerantia auxilia, quæ ab arte adhibentur; ſed illa duntaxat quæ aut boni habitus eſt, aut non ualde gracilis, ſi quidem extenuata corpora ſub frigidis remediis præcipitantur. plurimum ergo ualet ad futuram ſalutem denunciandam natura corporis ægrotantis, ſed æſtimandum etiam eſt ut diximus quale ſit morbi robur. Conuenit inter omnes medicos, hæcticam febrem cum incipit *b* facile ſuperari, proceſſu uerò temporis aut uix aut ne uix quidem poſſe ſubmoueri, ſed cum incipit ſine *c* ſiccitate eſt, quam poſtea ſibi adiungit, adeo ut quæ cum ſiccitate iungitur tanto difficilius curetur, quāto cum maiori ſiccitate copulatur, quæ ſimplex eſt facile curationem recipiat: de ſiccitate uero, quæ hæcticæ febri accedit paulo poſt dicemus quà de tabe; ſed ſanationis difficultatem auget etiam febris humorum putredinem ſequens, inflammatio, uel eryſipelas, putredo in ſolida ſubſtantia cordis ſi cum hæctica febre copulentur: nam febris quæ humorum putredinem ſequitur præter grauitatem periculi quam ipſa per ſe affert, non permittit & frigida remedia & cibum & potionem dari, quibus ſananda eſt hæctica febris, ſicuti & quæ hanc curant medicamenta detrahentia, extenuantia, incidentia hæcticæ febri inimica ſunt, adeo ut & ualde moleſta & periculoſa ſit haec febrium coniunctio: ſicut & illa in qua componitur cum hæctica febre inflammatio uel eryſipelas uiſceris alicuius, nam praeter periculū quod affert grauitas pluriū morborū, nō ſinūt inflāmatio & eryſipelas adhiberi frigida remedia, ſumi cibū & potionē; cogūt aliquādo medicū, ut ſuccurrat animae defectioni, dare aliquādo uinū, ꝙ alioquin maxime aduerſum eſt. De putredine * in ſubſtantia cordis ſolida quid attinet dicere cū ita pernicioſa ſit ut quaſi praeſens uenenum, hominem conficiat? Differentiae euentus, tempus uidelicet, & uia ex iiſdem ſignis colliguntur ex quibꝰ ipſum colligi docuimus aſſumentibus tamen ſimilem

a *gal. 9. meth. cap. 5. & 10. meth. c. x*

b *Auic. l. 4. f. p. tr. 3 c. p. & gal. l. p. de diffe. febr. c. 9.*

c *gal. ibidem*

* *gale. 3. de præſag. pulſ. cap. 3.*

lem differentiam.tempus quo expectatur vel ſalus uel interitus, poteſt & breue eſſe & diuturnum, utrumuis expectari debeat, robur *a* demonſtrabit ſuperantis ſiue naturæ ſiue morbi. ubi magnus eſt exceſſus tempus breue eſt, ubi paruus longum.natura boni habitus ualde renititur ſuſtinetque remedia neceſſaria; gracilis uero & extenuata *b* neque hæc diu ſuſtinet, neque diu reniti poteſt,ita ut illa ad celeritatem ſalutis,hæc ad celeritatem interitus conducat: ſed maxime reſpicere oportet ad morbum,nam hæctica febris aut ſimplex eſt aut compoſita,quæ ſimplex eſt celerius ſaneſcit ſi ſalubris ſit,ſed tardius hominem cōficit ſi mortifera;contra quæ compoſita eſt tardius ſanatur ubi curationem admittit, & celerius hominem abſumit ubi curari non poteſt, compoſitio enim morborum ſalutem differt,& maturat interitum,tum ob multitudinem & grauitatem affectuū, tum ob repugnantiam auxiliorum. Via ſupereſt & ſanationis & interitus,hæctica ſimplex ut ante oſtenſum eſt, ab arte ſanatur *c* refrigerantibus,& madefacientibus: ſed mortifera eſt ob exceſſum elementi calidi & ſicci, nam ubi ex elementis unum adeo ſuperat ut extinguat contrarium,teſte *d* Hippocrate,ſequitur interitus. Si hæctica fuerit compoſita cum tabe, ſanatur ſimiliter arte per refrigerantia & *e* madefacientia, ſi cum febre ex humorum putredine,concurrit etiam natura concoquens& expellens: quemadmodum & ubi cum eryſipelate aut inflammatione copulatur. Quod ſi hæctica compoſita pernicioſa ſit, uia interitus non tantum ſpectat ad exceſſum caloris & ſiccitatis,ſed etiam ad nimiam copiam,aut uitioſam qualitatem materiæ,& ad ipſam putredinem in *f* ſubſtantia cordis, nulla tamen finitur cū perturbatione ſubito,quam uiam Græci κρίσιν dicunt.

a Gale. 4. de praeſag.pulſ. cap.xi.
b Gal. 9.meth.ca.5.
c Gal.l.x.methodi ca.6. & 7.
d Gal.l.p.de natura human.& Galen.p.de elem. cap.6.
e Gal. x. meth.c.xi.
f gal.3.de præſag.pulſ.c.3.

De Curatione Febris Hæcticae. Cap. VI.

CONſilium in curanda febre hæctica ad morbum duntaxat dirigitur,cum nullum in ea ſit ſymptoma, quod propriam curationem deſideret, ſed omnia permittant expectari dum curetur morbus: at neque etiam cauſa aliquid requirit cum *g* nulla ſit, ſupra enim proditum eſt, hæcticam febrem factam ex toto eſſe,& non amplius fieri,& quod tale eſt, non habere amplius cauſam.Antequam hæctica incipiat dum impendet,

g gal.8. meth.cap.p.& 11. meth. cap.2.

det, ut deuitetur, remoueri cauſa debet hoc eſt alia febris, ſiue diaria ſit, ſiue ſequatur humorum putredinem; eò enim diligentius his medetur, quò poſſunt in hanc magis periculoſam febrem degenerare: quamquam auxilia, quibus inpendens hæctica propulſatur, non alia ſunt quam ea quibus tollitur, cum iã praeſens eſt, nam ut praeclare monuit *a* Hippocrates, quae ſubſequentia ſanant, anteuertentia prohibent. Ommiſſa igitur cauſa unà cum ſymptomatibus ad ſolum morbum, hoc eſt ad ipſam haecticam febrem ſpectabimus, quam primum diſtinguere oportet, cum aliam poſtulet curationem ſi ſimplex ſit, aliam ſi compoſitam cum aliquo ex affectibus *b* ſupra commemoratis. inueſtigemus primò opera, deinde inſtrumenta quibus ſubmouenda eſt. finge haecticam ſimplicem, hæc communiter quatenus febris eſt, refrigerantia *c* poſtulat & madefacientia, quemadmodum diximus de febribus in uniuerſum; proprie uerò quatenus haectica eadem deſiderat, ſed ualidiora, cum *d* ſtabilis ſit & ualde inhaereat eiuſmodi calor partibus ſolidis cumque eas exſiccando poſſit tabem *e* afferre, requirit ea quae ualidius refrigerent ac madefaciant, cum aliis febribus plerumque ſufficiant quae mediocriter utrumque praeſtent, cum neque ita ſtabiles ſint, neque ita abſumant humorem partium ſolidarum. Si haectica compoſita ſit vbi cum ſiccitate iungatur, nihil noui poſtulat, ſed ſatisfaciunt *f* ea quae uehementer refrigerant, & madefaciunt: quod in ſequentibus etiam patebit, cum tabis curationem explicabimus. Vbi copulatur cum febre conſiſtente in putredine humorum aut inflammatione uel eryſipelate, praeter refrigerantia & madefacientia quae deſiderantur ab ipſa haectica proprie, & communiter à quauis febre, neceſſe eſt etiam ſpectare & ad putredinem eiuſque cauſam ut in ſuperioribus libris *g* memoriae prodidimus, & ad inflammationem uel eryſipelas huius uel illius uiſceris, de quibus dicemus in curatione membratim; nunc illud animaduertendum eſt, quod ante curari putredo humorum, inflammatio & eryſipelas debet, deinde haectica febris, neque enim finiretur haec illis manentibus, ſed aſſidue foueretur. interea tamen dum curantur non omnino eſt negligenda haec. ubi ceſſarunt ad hanc duntaxat reſpiciendum eſt adhibitis remediis quae plurimum refrigerent ac madefaciant ut ante oſtenſum eſt, quae ut hominem

a *Hipp. 4.6. epi. 40.*

b *Supra in hoc libro cap. 2.*

c *Gal. x. meth. c. 6.*

d *gal. 8. meth. cap. p.*

e *gal. pri. de diff. febr. c. 9.*

f *gal. x. meth. cap. xi.*

g *Supra l. 4. cap. p.*

nem iuuent & nullo pacto laedant, ita debent refrigerare ut
non *a* ſiccent, & ita madefacere ut non calefaciant ægrotantē
quecunque enim, aut refrigerando ſiccant, aut madefaciendo
calefaciunt aliena ſunt: iam uerò illa quæ madefaciunt ſemper
tuta ſunt, illa quæ refrigerant non ſemper; quæ enim madefa-
ciunt *b* lente hoc præſtant & non niſi diuturnitate temporis;
quæ refrigerant, cum per efficaciſſimam qualitatem uim ſuam
oſtendant, celerrime calorem præter naturam auferunt, ſed pe
riculum eſt ne ſimul extinguant naturalem, uel in aliqua parte
uel in uniuerſo corpore; præſertim ubi corpus pauci ſangui-
nis ſit, & gracile, *c* hoc enim minime renititur id quod Euripi-
des etiam docuit ψύχος δὲ λεπτῷ χρωτὶ πολεμιώτατον; neque
mirum eſt ſi frigida remedia eiuſmodi corporibus maxime ſūt
inimica, quæ neque caro, neque humor tuetur, accipiuntur ta-
men interdum, ut tabes prorſus imminens euitetur. Ad refrige
randum & madefaciendum utemur partim his quæ *d* extrinſe
cus adhibentur, partim his quæ intus dantur ſiue à ratione ui-
ctus, ſiue à medicamentis ſumantur. perpendamus primo unā
quamque ex ſex rebus nonnaturalibus quæ uictui ſubiiciuntur,
deinde pergemus ad medicamenta. ad refrigerandum igitur &
madefaciendum aer *e* ſit frigidus & humidus; bene autem agi
tur cum ægrotante ubi ſponte habetur talis, libenter etiam ex-
cipitur ille, qui mediam temperationem obtinet, contentuſq;
tunc medicus eſt aliis inſtrumentis ad refrigerandum & made
faciendum; ſed ſi calidus & ſiccus ſit corrigendus eſt *f* ita ut in
frigidum & humidum mutetur, id quod fit collocando ægrum
in cubiculo frigidiore, perfundendo aquam frigidam, ſternen-
do ſtirpes frigidiores, remouendo frequentiam hominum, ut
in *g* ſuperioribus diximus cum curationem febris in uniuer-
ſum enarraremus. Ex cibis huc ſpectat *h* cremor ſicuti & tota
ſubſtantia ptiſſanæ, ſorbitio ex Alica cui paululum aceti ſit a-
diectum, panis ex aqua frigida, lactuca tenera bene lota, & re-
ſperſa aliquot aceti guttis, fructus æſtiui, teſtes gallorum, cancri
cruſta detracta, caro tenerioris pulli gallinacei contuſa cum
ſeminibus mellonum, aut etiam cucumerum, uel ſtranguriæ, iu
ſcula eorumdem pullorum in quibus prius lactuca, intybus ſi
ue endiuia bullierint. dari autem debent cibi omnes refrigera
ti, non tamen uehementer quemadmodum potiones, *i* nam hæ
celeriter

a *Auic. l. 4. f. p. tr. 3. ca. 5. & 6.*
b *gal. x. meth. cap. 7.*
c *gal. 9. meth. cap. 5.*
d *gal. x. meth. cap. 7.*
e *gal. x. met. cap. 7.*
f *gal. x. met. cap. 8.*
g *Supra l. p. cap. 8.*
h *gal. x. met. cap. 6.*
i *gal. xi. met. cap. xi.*

celeriter permeant per uiſcera; & ideo non nocent ſicut cibi, qui cum diutius retineantur, nimis refrigerare illa poſſunt. detur autem potui *a* aqua aut pura, ueluti his quibus quotidiana eſt & uſitata, aut in qua hordeum ſine cortice bullierit, cũ qua commode permiſcetur aliqua portio zulapii uiola conditi. Mulſa *b* inimica eſt, cum mel in homine febricitante facile uertatur in bilem & calorem augeat: nocet etiam uinum, neque bibi debet in hæctica febre niſi ad reficiendas uires ubi conuellantur ſed tunc etiam ſumi debet tenue, aquoſum, dilutum. Adhibenda etiam moderatio eſt in ſomno & uigilia, cum hæc refrigeret internas partes calefaciat externas, ſomnus *c* ex contrario has refrigeret, illas calefaciat; ſed quia uigilia diuturnior ingentem uim *d* habet exſiccandi, præſtat uti ſomno longiore ad madefaciendum. Sternatur lectus non culcitra plumea aut aliqua eiuſmodi materia quæ calorem foueat, ſed foliis *e* refrigerantibus, ut ſemperuiuii, lactucæ, uitis, nimphæ, aut etiam corio aſſuto, quod follis modo impleatur & aerem ſimul atque aquam contineat. uitetur motus corporis, atque animi perturbatio cum calefaciendi & ſiccandi uim habeat. quies & tranquillitas commodiſſima eſt his quos refrigerare ac madefacere uolumus. Adhibenda etiam moderatio eſt in his, quæ retinentur ac expelluntur, retenta enim præter modum non ſinunt calidam expirationem exhalare, & idcirco calorem augent, immodice expulſa nimis hominem exhauriunt, atque exſiccant, itaut, quod à ſapiente illo dictum fuit, ne quid nimis, huc maxime accomodetur. Expoſita ratione uictus pergemus ad medicamenta, ſi prius de lacte, de potu aquæ frigidæ, de balneo locuti fuerimus, quæ *f* quamuis referri ad uictum poſſint quia tamen non frequentantur ſanis poſſunt aliquo pacto in medicamentis numerari, de his igitur nunc loquemur ſumpto initio à lacte, quod tamen uberius à nobis tractabitur in hoc ipſo libro, cum ad curationem tabis ueniemus.

a *gal. xi. met. cap. 6.*

b *gal. x. met. cap. xi.*

c *gale. 3. de cauſ. pulſ. cap. 9.*

d *gal. 7. meth. cap. 6.*

e *Auic. l. 4. f. p. tr. 3. c. 5.*

f *gal. x. met. cap. xi.*

Lac plurimum madefacit, *g* & leniter refrigerat; componitur .n. ex butyro, caſeo, & ſero, ex quibus butyrum moderate calidum eſt, caſeus paulo minus, ſerum frigidum eſt, adeo ut; ſi mixtura tota æſtimetur, leniter refrigerare poſſit: ſed ægregiam uim habet reficiendi ſubſtantiam humidã, id quod uel ex infante

g *Gal. 4. ſimpl. cap. 17.*

te

a *Gal.l.x.meth.ca.xi. & 7.meth.c.6. Hippocr. & Galen.5. aphor. 65.*

c *Hippoc. loco citato.*

d *Gal. 7.meth.cap.6.& x.meth. ca. xi.*

e *Gal.x.meth. cap.xi.*

f *Gal. ibid.*

g *Galen. de marcore.c.8*

h *Hippoc.p. aphor.6.*

i *Gal.9.meth.cap.5.*

† *Gal. l. de marcore c. 8.&9. meth.ca. 5.*

* *Gal. x.meth. cap.x.*

te colligitur, qui lacte duntaxat contentus non ſolum alitur, ſed plurimum etiam auget quam habet humidam ſubſtantiam; quo nomine ualet etiam ad confirmandas uires imbecillas, ita ut hæctica febre laborantibus plurimum *a* accommodetur etiam ſi cum tabe iungatur: modo non adſit ſimul febris conſiſtens in humorum putredine, aut inflammatio, uel tumor aliquis præter naturam præſertim in præcordiis; augerentur enim eiuſmodi affectus epoto lacte. quamobrem merito edicit Hippocrates, *c* ne detur lac ubi ſint affectus proxime commemorati. cauendum etiam eſt ubi detur his qui ab hæctica febre tenentur, ne aut *d* cogatur aut, corrumpatur in uentriculo ut quibuſdam ſolet, prohibebis ne cogatur ſi aliquid mellis adiicias. quod tamen paululum eſſe debet, cum non mediocriter *e* febricitantium calorem augeat mel, quemadmodum ſupra monſtrauimus. ſicut corrumpi ſoleat, aut omittendum omnino eſt, aut paulatim tentandum an concoqui poſſit, nam ubi nequeat, omnino relinquendum eſt: ſed de uſu lactis uberrime agemus paulo poſt in curatione. tabis cui maxime ſuccurrit. Bibitur aqua frigida in hæctica febre in cena & *f* prandio, quibus eiuſmodi potus eſt uſitatus ut paulo ſupra oſtendimus cum ageremus de uictu; ſed alio modo etiam bibitur (ut Græci *g* dicunt agoniſticos) cum quaſi medicamentum datur ad hæcticam febrem ſanandam & ualde frigida, & ualde copioſa; quod auxilium cum extremum *h* ſit non neceſſarium eſt niſi ubi hæctica febris extrema ſit, huiuſmodi eſt quæ uel iam adiunxit, uel mox adiunctura eſt ſiccitatem: abunde enim & refrigerare, & madefacere poteſt eiuſmodi potio, ſed cauendum eſt ne corpus exangue ſit & *i* gracile: nam periculum eſſet ne calor uel in aliqua parte uel in uniuerſo corpore extingueretur, neque enim eſſet à quo defenderetur; quòd ſi cum hæctica febre alia iungatur in humorum putredine conſiſtens, non temere danda eſt potui aqua frigida, ſed uidendum magis ne timenda ſit tabes ubi nõ detur, an obſtructio, cruditas, putredo, ubi detur; & ita ſpectãdum magis eſt ad id quòd magis urget. Eadem ratio eſt inflammationis, eryſipelas uerò interiorum partium non uidetur poſſe alio remedio quam larga † potione aquæ frigidæ, & ſanari & non permitti afferre tabem. Balneum aquæ dulcis hæcticæ * febri maxime aptatur quatenus madefacit; perpetuo enim aqua

qua ſiue calida, ſiue frigida ſit madefacit corpus noſtrum, ſed potiſſimum ubi tepida, excipitur enim à foraminibus cutis quæ illa delectantur, patent enim: quod ſi aut calida aut frigida ſit ob moleſtiam quam percipiunt adſtringuntur, ita ut minus madefiat corpus. Quantam uim habeat balneum aquæ dulcis tepidæ illi *a* experiuntur, qui æſtuoſa & puluerulenta uia iter facientes, plurimum ſitiunt, paulo enim poſtquam ingreſſi fuerint in huiuſmodi balneum à ſiti uindicantur. At non quouis modo adhibeatur aqua refrigerat, cum quæ calida eſt calorem noſtri corporis augeat, & idcirco haectica febre laborantibus obſit, quae frigida eſt refrigeret, propterea medetur *b* huic febri. at prodeſt etiam ad refrigerandum quae tepida eſt, ſiue moderate calida, refrigerat enim quod calidius eſt, calefacit quod frigidius, ita ut ualeat etiam ad refrigerandum in haectica febre, quamobrem & ut madefaciat, & ut refrigeret hæctica febre laborantes, oportune etiam ubi ſit adiuncta tabes adhibebitur: ſolummodo *c* ſuſpectum eſt ubi febris adſit, ex humorum putredine orta, ne cruditatem & obſtructionem augeat; & ob eamdem cauſam quoque ubi ſit inflammatio aut eryſipelas: ſed, ſi appareant ſigna coctionis & corpus non redũdet multis humoribus, non erit timendum. Balneum uerò aquae frigidae *d* efficaciſſimum eſt ad refrigerandum & madefaciendum: ſed ſimiliter *e* ſuſpectum eſt ubi febris ſit ab humorum putredine orta, & inflammatio & eryſipelas; tum ſine his etiam ubi corpus gracile & pauci ſanguinis, ne innatus calor extinguatur, aut plurimum debilitetur; ubi tamen impendet ſummum periculum tabis ut euitetur, expedit aliud adire quod minus *f* graue eſt, & balneo aquæ frigidae uti etiam cũ eryſipelate, aut inflammatione, & cum gracilitate corporis. Medicamenta reſtant quae extrinſecus ad refrigerandum imponũtur, non debent autem ſimpliciter imponi thoraci aut cordi, ſed illi parti, in qua reſidet, ueluti focus ipſius febris; quemadmodum renibus, utero, iecinori, *g* ſepto transuerſo, ubi eſt eryſipelas, aut inflammatio unde hæctica febris proficiſcitur; initio enim refrigerari debent partes cum haectica naſcitur. quod ſi haec ſufficiant non eſt quod utamur potione aquae frigidae: tamdiu autem in ipſis perſeuerandum eſt, ut homo ſentiat ſe refrigeratum eſſe & liberatum à ſiti: ſed quia, cum diutius impoſita

a *gal. ibid.*
b *gal. ibid.*
c *gal. xi. meth. cap. xx.*
d *gal. x. meth. ca. x.*
e *gal. xi. meth. ca. x.*
f *gal. ibidem*
g *gal x. met. cap. 9.*

poſita continentur , calefiunt à corpore noſtro & rurſus ipſum calefaciunt,frequenter mutari *a* debent & dari noua, quæ refrigerata ſint aqua aut etiam niue. idoneum eſt oleum uiola aut roſa conditum; ſed multò magis ceratum liquidum,unguētum roſatum,ſiue etiam ſandalinum, utiliter etiam imponitur duplici linteo exceptus ſuccus lactucæ teneræ, inthibi, ſemper uiuii,nimpheæ, uuæ immaturæ cum portulaca contuſæ, quib⁹ commode adiicitur aliquid polentæ *b* ne dilabantur ſed conſiſtant. hactenus de curatione febris hæcticæ.

a *Gal.ibid.*
b *gal. ibid.*

Quid ſit Maraſmus, & quas ſpecies, ac differentias habeat.
Cap. VII.

INter morbos, qui propriam& uberiorem deſiderant tractationem, refertur etiam tabes, quam nunc hæcticæ ſubiiciēdam eſſe iudicauimus, cum quod plerumque cum ipſa copuletur , tum quòd immoderatio itidem ſit temperationis,ſed ad ſiccitatem ſpectans,ut hæctica *c* ad calorem , quamobrem hic locus maxime tabis tractationem exigere uidebatur . uocatur autem à latinis tabes ſiccitas totius corporis,quam ſequitur macies,& corpora,quæ ita exiccantur ut gracilia fiant,tabeſcere dicuntur,ſicut & cauſa,quæ ipſam affert,tabifica uocatur, Græcè autem eiuſmodi ſiccitas appellatur maraſmos,*d* non apo tu me maranthæ,quod eſt , tabefactum eſſe, ſed apo tu *e* mareneſtæ quod eſt tabefieri; neque enim uere tabefactum eſt corpus cui accidit,quia non uiueret,ſed tabeſit,tranſlatum autem uocabulum eſt à flammis,quæ ubi fomitis inopia deficiunt mareneſtæ *f* dicuntur uſurpatur autem maraſmi uocabulum non tantum ad animalia,ſed etiam ad ſtirpes quæ inopia alimenti inareſcũt; quamquam interitum ſtirpium à ſiccitate proprio uocabulo appelletur à Græcis g abauſis. uerum maraſmus in animalibus uſurpatur ad ſignificandam ſiccitatem totius corporis , ſed in ſtirpibus non tantum totius ſed etiam partis. intereunt animalia ac ſtirpes non ſecus ac cætera quæ mortalia ſunt, teſte Hippocrate, *h* cum calor, frigus , humor,aut ſiccitas ita exuperat, ut extinguat contrariam qualitatem, ſed ille interitus duntaxat dicitur maraſmus ſeu tabes. qui proficiſcitur. ab *i* exceſſu ſiccitatis,loquor de interitu qui fit, non de eo qui iam factus eſt ;

c *gal. p.de diff. febr. cap. 9.*
d *gal.l.de marcore ca.p.*
e *gal. ibid.*
f *Ariſt. l.de Iuuentute & ſenectute & gal. l.4. de cau.pulſ. cap. x.*
g *Ariſt.l.5. de gener. animal. c.3 & gal. l.p. de Tu. ual. ca.2.*
h *gal.l.p. de natura humana.*
i *gal.l.de marcore cap.p.*

magis

magis tamen proprie eo nomine appellatur cum ſiccitas eò peruenit ut *a* curari amplius non poſsit: ſed cum debeat hæc ſiccitas eſſe in vniuerſo corpore neceſſe eſt ſit in *b* corde, alioquin neq. eſſet in toto corpore neq; diceretur maraſmus: pôt quidem in alijs partibus ſiccitas eſſe quamuis non ſit in corde & iecinore, quæ viſcera cum ualidiſſimam habeant facultatem alliciendi alimentum, poſtremo *c* omnium tabeſcunt, & cum tabeſcere incipiunt, neceſſe eſt reliquas partes tabuiſſe. Subijciuntur tabi plures ſpecies, non illæ quidem tres ἀτροφία, καχεξία, & φθίσις, quas non *d* nulli ponunt; ſunt .n. magis cauſæ, vt in ſequentibus patebit, quam ſpecies tabis; ſed illæ quæ conſiſtũt in diuerſa *e* materia tabeſcente, nam, vt febrium ſpecies diuerſæ ſunt pro diuerſis partibus in quibus calor uerſatur, ita par eſt diuerſas eſſe ſpecies ſiccitatis, ac tabis pro diuerſo humore qui abſumitur. Sed cum triplex *f* hic ſit in partibus ſolidis ad quas tabes ſpectat, totidem aſſerendum eſt eſſe ſpecies tabis. In eſt partibus ſolidis triplex humor vnus veluti ros ipſis inſpergitur, à quo aluntur, altero continetur caro & adeps, tertio ipſa ſubſtantia vere ſolida membranarum ac fibrarum & partium omnium quæ ex ſemine procreantur. primam ſpeciem tabis dicemus eſſe cum primum humor abſumitur, ſecundam, cum ſecundus, tertiam cum tertius. quartus uerò humor, hoc eſt ſanguis qui reſidet in paruulis uenis atque arterijs, cum abſumitur non efficit quartam ſpeciem tabis, neque enim ita neceſſarius eſt ad ſolidarum partium munera ſicuti triplex ille quem diximus, adeo ut cum abſumitur non ſtatim ſequatur tabes. Tres igitur tantum ſtatuemus eſſe ipſius ſpecies. quod ſi malis non ſpecies, ſed potius tres gradus ſiccitatis appellare, non litigabimus de nomine, tantum addemus non ita exquiſite accipi ſpeciei vocabulum ſicut à philoſopho, neque aliunde magis ſumi potuiſſe ſpecies tabis quam à diuerſa ſubſtantia tabeſcente. Cuiuſcumque autem ſpeciei ſit tabes pluribus diſtinguitur differentijs, ex quibus illæ potiſsimum attenduntur, quas in hæctica febre etiam diximus attendi; quòd ſcilicet tabes aut ſimplex eſt, aut compoſita, ſimplex dicitur cum ſolus eſt *h* exceſſus ſiccitatis, ſeruata quantum ſenſu percipi poteſt moderatione frigoris & caloris: componitur verò vbi vel cum calore, vel cum frigore, uel cum inæqualitate quadam frigoris & calo-

a *Galen. p. de diff. feb. c. 9.*
b *Gal. de marcore. c. 5.*
c *Gal. ibid.*
d *Cor. Celſus. l. 3. c. 22.*
e *Gale. x. meth. c. xi.*
f *Gal. ibid. & p. de diff. feb. c. 9.*
g *Gal. ibid. & Auic. l. 4. f. p. tr. 3. c. p.*
h *Gal. de marcore. c. p.*

ris coniungitur. Componitur cum calore in hæctica illa febre quæ græce dicitur *a* maraſmodis, appellabatur autem à Philippo maraſmos *b* periphrygis, hoc eſt torridus. Componitur aũt cum frigore vel nãliter, vt in ſenectute, *c* quæ tabes cum nãlis ſit, non numeratur in morbis; vel præter naturam, diciturq. *d* à Philippo gyras ec noſu, hoc eſt ſenium ex morbo. cum inæqualitate uero frigoris & caloris, vocatur ab eodem *e* ſyncopodis q̃d afferat ſyncopin, hoc eſt animæ defectionem, huiuſmodi igitur ſunt ſpecies ac differentiæ tabis.

a galen. p. de diff. feb. c. 9.
b gal. de marcore c. 5.
c ibid. c. p.
d gal. 7. meth. c. 6. & 4. de cauſ. pulſ. c. x. & l. de marcore c. p.
e Gal. ib. c. 5.

De cauſis Tabis. *Cap. VIII.*

CAuſas tabis primo communiter inueſtigare oportet, tum à qua quæuis ſpecies ac differentia proprie proficiſcatur explicare. In vniuerſum igitur tabes cum ſit ſiccitas *f* & cordis & totius corporis ab illis cauſis oritur, à quibus ſupra *g* generatim oriri ſiccitatem monſtrauimus, ſunt autem partim externæ, partim internæ, externæ ſunt aer, cibi, potiones, & medicamenta, quæ uel ſicca ſunt, vel etiam calida; ad externas, quòd euidentes ſint, redigi poteſt immoderatio *h* vigiliæ, motus, animæ perturbationum, expulſionis. ad internas referuntur febres omnes ſiue diariæ ſint ſiue hæcticæ ſiue ex numero earum quæ in humorum putredine conſiſtunt. huc ſpectant etiam praui quidam affectus tota ſubſtantia pugnantes cum natura noſtra, qui vltra quam credibile eſt, corpus noſtrum exſiccant. Sed cum ſiccitas vna ſit qualitas neceſſe eſt ab vna cauſa per ſe oriatur, ab alijs verò quatenus hoc pacto referuntur ad hanc. Quicquid per ſè ſiccat neceſſe eſt ſiccum ſit ſiue tactu tale appareat veluti puluis & arena, ſiue facultate tantum quemadmodum acetum & muria, quæ quamuis humida appareant ſiccandi tamen facultatem habent, quicquid igitur per ſe ſiccat, aut tangitur ſiccum, aut facultate tale eſt, huiuſmodi ſæpe numero ſunt aer, veluti *i* aquilonius in montibus, cibus vt piſciculi ſaliti, potio vt vinum auſterum, medicamenta, quem admodum ſales theriaci. Reliqua omnia quæ neque tactu neq. facultate ſicca ſunt ſi ſiccant corpus noſtrum, id non per ſe efficiunt, ſed alio interiecto medio, quòd humorem quo partes noſtræ continentur aut exhauriunt ſiue latenter ſiue aperte,

f gal. de marcore c. p. & c. 5.
g Supra l. 2. de cur. gen. c. x. par. p.
h gal. 7. meth. c. 6. & l. de cauſ. morb. c. 4.
i Gal. de cauſ. morb. c. 4.

aut

aut ubi naturaliter abſumatur refici non ſinunt. Abſumunt humorem latenter quæcumque calefaciunt,& eò magis, quò magis calefacere poſſunt.hoc nomine nimius motus,ac labor *a* corporis, animi perturbationes, & curæ hominem tabefaciunt. ad calorem referuntur & febres quæ ſimiliter tabificæ ſunt. Abſumitur & humor latenter à quadam vi, ac repugnantia totius ſubſtantiæ, quemadmodum ob virus aut canis rabioſi, aut vipere *b* dipſadis. Aperte verò exhauritur humor in alui profluuio, in leuitate aut difficultate inteſtinorum, in ulcere pulmonis, aut in alia eiuſmodi vomica, in fluxu vrinæ vel ſeminis, & in vniuerſum ex quacumq; parte corporis plurimum effundatur,ſiue etiam ex foraminibus *c* cutis quemadmodum nimius ſudor. At cum non reficitur *d* quod naturaliter abſumitur à calore tam externo aeris circumfuſi, quam interno ac corporis noſtri neceſſe eſt exſiccari atque extenuari ſolidas partes; tunc autem non reficitur cum aut non ſumitur *e* cibus & potio, aut ſi ſumatur, non concoquitur, aut coctus non diſtribuitur neque agglutinatur partibus reficiendis.non ſumitur uel quod nō ſit, uel quod ſeu ob melancholicam ſeu ob aliquem uentriculi & gulæ affectum reijciatur. Non coquitur, non allicitur, non agglutinatur, quòd vel viſcera, vel canales, vel ipſæ etiam partes quæ nutriendæ *f* ſunt ægrotent, ob quancumque cauſam non reficiantur partes neceſſe eſt ſiccentur ac tabeſcant.Hæ sūt in vniuerſum cauſæ effectrices ſiccitatis ac tabis, cum quibus, ſi concurrat habilitas corporis laborantis ad tabem, multo celerius ac magis tabeſcet; maxime autem habiles ſunt, qui naturaliter calidi ſunt *g* & ſicci, ſunt enim proximi tabeſcentibus, ac ſi paulo ulterius ſiccentur iam in tabem incident, quamquam renititur eorum ſubſtantia quae durior eſt, neque facile abſumitur quemadmodum ſi mollis eſſet ut in pueris qui hoc nomine celeriter ac facile tabeſcunt, *h* quòd celeriter ac facile ipſorum ſubſtantia diſſipetur.vide vtra magis conferat ad tabem, naturalis ne ſiccitas quod non multum diſtet ab ea, an ſubſtantia mollis ac tenera quae paruo negocio diſſipatur. Species tabis omnes ab iiſdem cauſis proficiſcuntur,ſiue internis ſiue externis, ſiue per ſe ſiue alio interiecto medio ſiccantibus,tantum maiorem uim neceſſe eſt habeant quae grauiorem efficiunt ſpeciem tabis. Primam ſpeciem *i* diximus eſſe cum abſumitur

a *gal. ibid.*

b *Gal. de Theriaca ad Piſon. c.* 8.

c *Gal. de cauſ. morb. c.* 4.

d *gal. ibid.*

e *gal. de marcore. c. p.*

f *galen.* 3. *de cauſ. ſympt. c.* 2.

g *Galen.* p. *de diff. feb. c.* 9. *in fine.*

h *Gale.* 9. *meth. c.* 17.

i *In hoc libr. c.* 7.

humor ille qui inhæreſcit partibus ſolidis vt eas nutriat, hæc cũ
leuis ſit à leuibus oritur cauſis. Secundam cum abſumitur ille
ex qno conſtat caro & adeps, atque hæc ut ualidior eſt ita à ua-
lidioribus fit cauſis. Tertiam cum abſumitur ille quo continen
tur partes uere ſolidæ & quæ ex ſemine procreantur, hæc vt va
lidiſſima eſt ita à ualidiſſima oritur cauſa effectrice, & ab habi-
a In hoc eod. cap. litate ægrotantis maxima. diximus *a* habilitatem conſiſtere uel
in ſiccitate, uel in mollitudine ſubſtantiæ. effectrix cauſa vel ſua
ui ualida eſt, ut febris ardens, vel diuturnitate ut leuior febri-
cula, utraque enim quamlibet tabis ſpeciem poteſt afferre. Dif
ferentiæ tabis fiunt à propoſitis cauſis ſed aſſumentibus ſimi-
lem differentiam, ſimplex tabes oritur à ſimplici cauſa, compo
b In hoc lib. c. 7. ſita tabes à compoſita cauſa; diximus *b* autem ſimplicem eſſe
tabem cum ſola eſt ſiccitas; quamuis non maneat diutius, nam
ſimul affert aut frigus ob inopiam humoris quo nutriri calor
debet, aut calorem quòd abſumatur nimia illa copia humoris à
quo obruebatur: oritur autem ſimplex tabes ac ſola ſiccitas tã
c Gal. de marcore c. p. tum ab inopia cibi & *c* potionis. ob quamcumque externam
cauſam non ſumatur: deficit enim humor qui aſſidue abſumi
tur ubi non reficiatur, ſeruaturque tunc moderatio frigoris
& caloris; quamquam proceſſu temporis ut proxime diximus
ſeruari non poſſit, ſed neceſſariò iungatur cum calore, aut
cum frigore. Aliæ cauſæ omnes ſiue ſiccent per ſe, ſiue quate-
nus aut latenter, aut aperte humorem exhauriunt, ſiue quate-
nus eum qui aſſidue abſumitur refici non ſinunt, efficiunt ta-
bem non ſimplicem ſed iunctam cum alio affectu. Fac tabem
compoſitam eſſe, afferunt hanc compoſitæ cauſæ ſeu diuerſæ
ſint ſeu eædem multiplicem & compoſitam uim habentes, ita ut
d Galen. p. de diff. feb. c. 9. ſimul exſiccent & calefaciant aut refrigerent, aut utrumq. inæ-
qualiter præſtent. Tabes cum calore iuncta quemadmodum
e Galen. p. de tuen. ual. c. 2. & l. de marcore c. 2. & 4. in *d* hæctica febre fit à cauſis ſimul calefacientibus & ſiccanti-
bus, ſiue externis ſiue internis, cuiuſmodi ſunt eryſipelata &
inflammationes; illa uerò quæ cum frigore copulatur, ſi natu-
ralis eſt fit à calore naturali tandem *e* abſumente hnmorem illũ
in quo conſiſtit quemadmodum ſenibus accidit: ſi ſit præter na
f Gal. l. de marcore. c. p. & 5. turam quemadmodum ſenium *f* ex morbo, fit ob uſum frigi-
diorum remediorum, quæ aut nimis ualida aut nimis diu, ſiue
intus, ſiue extra, fuerint adhibita. Quòd ſi cum tabe copuletur

inæqua-

inæqualitas frigoris & caloris, quæ ob pugnam & mutationem quandam excitet animæ defectionem, cauſare *a* oportet vſum ſimiliter frigidiorum quæ in alijs partibus cordis extinxerint, in alijs reliquerint calorem præter naturam.

a *Gal. de marcore c. 5.*

De ſymptomatibus Tabis. *Cap. VIIII.*

SYmptomata quæ tabem ſequuntur ſunt primo imbecillitas ferè omnium actionum, *b* niſi ſiquæ ſint quæ ſiccitatem ament vt ſenſus. in his quæ expelluntur nihil apparet liquati, *c* neque.n. conſpicitur adeps quemadmodum conſpici ſolet in vrina eorum qui ardente ac praua febre iactantur, id enim quod paulatim tabeſcit latenter diſcutitur. Ex affectibus & qualitatibns corporis interit flos coloris & partes omnes apparent graciles, cutis corij modo dura eſt, laxa tamen, nam, vt præclare nos docuit Hipp. *d* macies laxat, refectio tendit: mammæ cum lactis plenæ ſunt diſtentæ apparent, cum emunctæ laxiores cōſpiciuntur, quamquam extrema ſiccitas ac macies eaſdem contrahit. Symptomata hæc leuia ſunt in prima ſpecie tabis, grauia in ſecunda, grauiſſima in tertia, ita vt tantum ſupereſſe cutis & oſſa uideantur, reddanturq. ungues adunci, & facies qualem deſcripſit Hipp. *e* in prognoſticis; ſunt enim nares acutæ, tempora collapſa, caui oculi, cutis in fronte dura. Pertinent ſymptomata hæc ad ſimplicem tabem. Compoſitam præter hæc alia ſequuntur attinentia ad calorem, ad frigus, ad inæqualitatem vtriuſq;: proprie enim *f* ad hanc ſpectat animæ defectio quam diximus. Ad frigus cum ſiccitate iunctum referuntur ea effecta ſub quouis trium generum ſiue ſint actiones, ſiue retenta & expulſa, ſiue affectus & qualitates corporis quæ ſenum propria eſſe conſtat, quamquam in his nālia ſunt, in ſenio ex morbo præter naturam, ueluti imbecillitas actionum omnium, ſenſus hebetes, reſpiratio parua, tarda, ac rara, cruditas eorum quæ expelluntur. ex affectibus corporis color plumbeus, frigus ac durities cutis: ſed ſi tabes cum calore copuletur ut in hæctica febre, ſymptomatibus tabis adiiciuntur ea quæ paulo ſupra *g* recenſuimus cum hæcticam febrem tractaremus.

b *Gal. 2. aph. com. 20.*
c *Gale. x. meth. c. xi.*
d *Hippo. 3. 6. epid. 29.*
e *Hipp. p. progn. 6. & 7.*
f *Gal. de marcore c. 5.*
g *Supra in hoc lib. c. 4.*

De Signis Tabis. Cap. X.

SEd iam tempus eſt ad ea pergere, quæ cognoſcenda ſunt in homine qui tabe laborat, ſiue præſentia ſiue futura. Ex præſentibus morbus, hoc eſt ipſa tabes, ſeu ſiccitas cordis & propria totius corporis, non poteſt ſenſu depræhendi, neq. enim tangi aut conſpici cor poteſt: in externis verò partibus quæ & tractantur & cernuntur, ſiccitatis & humoris exceſſus nequeũt ſolo tactu diudicari, ſed neceſſe eſt ſimul accedat ratio, percipit tactus per mollitudinem humorem, per duritiem ſiccitatem; ſed ratio eſt quæ diſcernit mollitiem proficiſci ab humoris copia, non à calore liquante, duritiem à ſiccitate, non autem à frigore: ſenſu igitur & oculorum & tactus accipitur & durities & macies partium externarum, non tamen ſiccitas earundem, ſed & multo minus cordis. relinquitur ergo ut tabes ratione depræhendatur; quamobrem conijcienda eſt, primùm ex causis; ubi enim corpus *a* alioquin gracile & ſiccum ſit, vel etiam molle quod facile diſſipari poſſit, & antegreſſæ ſint cauſæ ſiccandi uim habentes, ſiue per ſe quemadmodum illa quæ tactu uel facultate ſicca ſunt, ſiue quatenus humorem aut exhauriunt, ſeu latenter ſeu aperte, aut non ſinunt refici eum qui alioquin abſumitur, de his faciemus conjecturam ipſius tabis: fiet eadem ex his quæ proſunt vbi talia ſint ut uel madefaciant vel occurant cauſis exſiccantibus, tum ex his quæ obſunt quouis modo ſiccando. at multo magis colligitur tabes ex effectis, & primo ex actionibus. cum tabes præcipue referatur ad cor, neceſſe eſt debilitetur actio facultatis uitalis quæ reſidet in corde; quamobrem pulſus *b* & languidus efficitur & paruus; durities verò, quam acquirit non tribuenda eſt facultati debilitatæ, ſed magis ſiccitati quæ duram reddit arteriam. debilitantur cum pulſu aliæ actiones omnes, cum perficiantur à ſpiritibus vitalibus; id quod præſtare non poſſunt cum pauci ſunt & languet facultas cordis: quod ſi mens aut ſenſus adhuc vigere videatur, non ita magnum robur poſtulant, neq. ita multos ſpiritus, cum intelligere *c* & ſentire ſit magis accipere quã efficere. Præter læſionem actionum ſuperuenit tabi mutatio qualitatũ; interit.n. nitor ac veluti flos quidam coloris qui prius aderat, cu-

a *Galen. p. de diff. feb. c. 9. & l. de marcore c. 5.*

b *Galen. 4. de cauſ. pulſ. c. x. & l. de marcore c. 5*

c *Ariſt. l. 3. de anima Tex. 44. & l. 3. de anima c. 5.*

tis diſtenta & dura ſentitur & totum corpus ſqualidum quale il lud eſt quod via æſtuoſa & puluerulenta iter fecit: adeſt & gracilitas omnium partium. ea verò, quæ detinentur ac detrudun tur, parum indicant tabem, neque.n.multa excernuntur aut pinguia, *a* quemadmodum in febribus ardentibus, cum quod tabeſcit paulatim & latenter diſſipetur : inhæreſcit oculis humor quidam coactus & quaſi peruſtus. Signa hæc tabem in vniuerſum demonſtrant, ſed quo pacto diſcernantur ſpecies, ac differẽtiæ quas propoſuimus, perpendere nunc operæ precium eſt. ſpecies igitur ternæ propoſitæ *b* ſunt, prima cum abſumitur quaſi ros, qui ſolidis partibus inſpergitur, ſecunda cum humor ex quo conſtat caro & adeps, tertia cum illæ quo ſubſtantia partiũ uere ſolidarum continetur. Monſtrantur hæ ſpecies ab iiſdem ſignis, à quibus totum genus indicari dictum eſt, tantum differũt ſigna inter ſè quantum ſpecies ipſæ demonſtrandæ. differunt hæ, ꝙ prima grauis *c* eſt, ſecunda grauior, tertia grauiſſima : quamobrem ſigna quæ monſtrant primam parua ſunt, quæ ſecũdam magna, quæ tertiam maxima; plurimum autem in indicando ſpecies põt ipſa gracilitas, quæ cum adhuc leuis eſt in partibus externis, denunciat tabem incipere, & adhuc leuem eſſe in ſubſtantia cordis, magis.n.& celerius tabeſcunt aliæ partes quam cor, quod maximam *d* habet facultatem alliciendi humorẽ quo alatur, ſicut proxime ab eo ipſum iecur. ſi increſcat ipſa gracilitas & magna *e* appareat in partibus externis. tunc incipit caro cordis tabeſcere & iam facta eſt ſecunda ſpecies ſed cum macies ſumma eſt uideturq. corpus cute duntaxat & oſſibus contineri, quemadmodum in facie illa cadaueroſa, quam Hippocrates *f* deſcripſit cum oculi concaui ſunt, nares acutæ, tempora collapſa, facta eſt etiam tertia ſpecies tabis, cæpitque ſubſtantia uere ſolida cordis tabefieri. Iam uerò & differentiæ, quibus diſtinguitur quæuis ſpecies tabis, ipſæ quoque à propoſitis indicijs ſignificantur aſſumentibus tamen ſimilem differentiam. Ergo tabes aut ſimplex eſt, aut compoſita, quæ ſimplex eſt illis indiciis denunciatur ſed ſimplicibus, hoc eſt non iunctis cum his quæ monſtrant alium affectum, ex contrario demonſtrant ſimul cum indiciis tabis ea quæ denunciant affectum cum ipſa compoſitum. Ergo vbi notæ, à quibus denunciari tabem in uniuerſum docuimus, ſole ſine aliis fuerint, ſimplicem tabem denũciant.

a *Gale.x.meth.ca.xi.*

b *Supra ĩ hoc libro c. 7.*

c *Galen.p. de diff.febr.c.9*

d *Gal.de marcore.c.5.*

e *Galen.p. de diff. feb.c.9. & 7.meth. c. 6.*

f *Hipp.p.prognoſt.tex.7.*

a *Supra c.8. huius lib.*

ciant. illud autem obliuiſci non oportet, quod paulo *a* ſupra mõſtrauimus cum cauſas perſequeremur, ſimplicem tabem ab una duntaxat cauſa oriri, inopia videlicet cibi & potionis, ex quo ſequitur vt ex cauſis hæc ſola ſimplicem denunciet. ſi tabes componatur cum calore ueluti in febre hæctica, ſimul cum ſignis tabis ea ſe oſtendent quæ febrem hæcticam ſignificant: maxime autem intuebimur pulſum & anhelitum, hic enim calidus reddetur, ille ſentietur *b* paruus, frequens celer, & durus. ſequitur durities pulſus non febrem ut crebitas & celeritas quemadmodum voluit Archigenes, ſed tabem. Quòd ſi tabes cum frigore copuletur hoc aut naturale erit, aut præter naturam, ſi naturale iam ſenium eſt, quod & ex cauſa vt ex longa ætate acta, & multo magis ex effectis colligitur, quæ ſenectutem ipſam omnibus patefaciunt; quòd ſi eiuſmodi frigus cum ſiccitate copulatum præter naturam fuerit, ut in ſenio ex morbo, eadem apparebunt effecta quæ in ſenio naturali: ſed ſimul etiam intelligetur ex cauſis, vt ex nimio atque intempeſtiuo *c* uſu frigidorum. inæqualitas uerò frigoris & caloris quæ cum tabe aliquando coniungitur, colligenda eſt ex ſignis monſtrantibus tabẽ, & ſimul ex his quæ inæqualitatem hanc veluti ex cauſis, ut ex vſu ſimiliter intempeſtiuo *d* ac nimio, frigidorum, in homine febricitante qui tamen in omnibus partibus extinxerit ipſum calorem præter naturam ſed in aliquibus ipſum reliquerint; tum ex iis, quæ uel iuuant cum mediocritatem quandam obtinent inter calida & frigida, vel nocent ubi nimio calore uel frigore excedant. poſtremo ex effectis ſimul caloris & frigoris iunctis cum ſymptomatibus ſiccitatis, ſed proprium ſymptoma huius tabis diximus eſſe animæ defectionem, ob quam uocatur à Philippo *e* Medico μαρασμος συγκοπώδης, itaque ab animæ defectione potiſſimum demonſtratur: ſed ſatis de recognitione morbi. Cauſa ſi adhuc præſens eſt quemadmodum febris ardens aut hæctica, uel inflammatio, aut eryſipelas uiſceris alicuius, conijcienda eſt ex ſuis notis quas ſuo loco tractamus. Symptomata reſtant ex præſentibus, quæ tabi ſiue ſimplici, ſiue compoſitæ diximus ſuperuenire, omnia autem, cuiuſcumque generis ſunt, ſub ſenſum cadunt ita ut non opus ſit indicijs à quibus demonſtrentur. Prognoſticum ſupereſt, præſagire enim tabis euentum oportet vnà cum tempore ac via ipſius.

b *Galen. l. de marcore c. 5. & l. 4 de cauſ. pulſ. c. x.*

c *Gal. de marcore c. 5.*

d *Gal. ibid.*

e *Gal. ibid.*

poteſt

poteſt euentus & ſalubris & pernicioſus eſſe, utrum magis expectare debeas intelliges ex cauſis hoc eſt ex robore naturæ & morbi, maior *a*, ſpes eſt ubi natura magis poteſt morbo reniti, maior timor ubi morbus ualidior ſit& magis poſſit naturam ſuperare. renititur magis tabi natura illa quæ calidior eſt & humidior, ad quam ſpectat ætas puerorum; habet enim hæc cum incipit tabes plus humoris, adeo ut non ita celeriter exſiccetur ſubſtantia ſolida. præſtat etiam magis facultate reficiente quòd abſumptum eſt, ubi alioquin refici poſſit, calida enim & humida *b* corpora magis coctionem perficiunt& melius nutriuntur, ita ut ætate tenera, non tantum recuperent quod aſſidue abſumitur; ſed etiam augeantur, quod contra euenit frigidis & ſiccis, ita ut minus contra tabem renitantur, melius agitur cum calidis & ſicis propter calorem, cum frigidis & humidis propter humorem ita ut magis reficiantur ubi tabeſcere incipiunt, quam frigida & ſicca; optime tamen omnium affecta natura& calida & humida eſt, paruo enim negocio reficit quod alioquin refici poteſt, quamquam ut in *c* ſuperioribus monſtratum eſt cum de cauſis ageremus, facilius diſſipatur. Robur morbi hoc eſt tabis non ſemper æquale eſt, ſed maius uel minus pro alia ſpecie ac differentia ipſius, ſpecies tabis ternas *e* poſuimus, unā cum conſumitur ille humor, qui roris modo ſolidis partibus inhæreſcit: altera cum ille qui in carne & adipe conſiſtit: tertia cum ipſa humida ſubſtantia qua ſolidæ partes continentur. Quòd ſi abſumatur ſanguis tenuium uenarum atque arteriarum, illa non eſt ſpecies tabis cum non dum lædantur actiones partium ſolidarum, neque enim per eiuſmodi ſanguinem funguntur ſuis muneribus, paruo autem negocio alius nouus gignitur ex cibis & potionibus bene in uentriculo & iecinore concoctis: tantum igitur tres illæ prius poſitæ cenſentur ſpecies tabis, ex quibus prima facile † ſanatur, neque enim difficile eſt gignere eum humorem qui roris modo ſolidis partibus inheret ubi ſit copia boni ſanguinis & partes ſolidæ alioquin bene habeant; neque. n. ex eius conſumptione adeo debilitatæ ſunt ut nequeāt ſanguinem uertere in eiuſmodi rorem, ex quo tanquā idoneo & parato alimento ali debent. At non æque facile curatur* ſecunda ſpecies; difficilius. n. eſt reficere carnem & adipē quam eiuſmodi rorem, & quòd maio ri mutatione opus ſit, &

quòd

a *gal. de conſtit artis c. 18. & 4. de præſag. pulſ. c. xi.*

b *gal. 3. de cauſ. ſymp. c. ult.*

c *Supra in hoc libro c. 8. & gal. 9. meth. ca. 7.*

† *gal. p. de diff. febr. c. 9*

* *gal. ibidem*

quòd partes à quibus mutari debet alimentum, & ſimile reddi, caro ſcilicet tabeſcens & adeps, factæ ſunt imbecilliores, ita ut hæc ſecunda ſpecie difficulter curetur. Tertia cum tabeſcit ſubſtantia ipſa partium vere ſolidarum, nullo *a* pacto ſanari poteſt, ſed bene agitur cum homine ſi non vlterius tabeſcat, ſi reſtitui poſſet eiuſmodi humor, poſſent *b* ſenes reuerti ad iuuentutẽ, & ita homines fieri immortales, ſanareturq. neruorum diſtentio orta à ſiccitate quam conſtat eſſe *c* inſanabilem. gignuntur partes ſolidæ ex ſemine non autem ex ſanguine quemadmodũ caro & adeps, nequeunt *d* autem reficicum intereunt, neque enim tanta vis ſeminis ſuppetit, aut tanta eſt facultas effingẽs, quanta neceſſaria eſt ad eiuſmodi partes gignendas: niſi ſi quando paruula vena atque arteria abſciſſa in vulnere rurſus gignatur ut in adoleſcentibus boni habitus. aliæ partes uere ſolidæ quæ ex ſemine procreatæ ſunt nequeunt iterum gigni cum intereunt, ſolummodo enim reficitur *e* in ipſis quod nãliter quotidie conſumitur; vbi uerò præter naturam tabeſcant ob inopiam materiæ & imbecillitatem facultatis, non recreantur amplius ſed relinquitur vitium inſanabile, perinde atq; ubi interit fragmentum nerui oſſis aut alterius partis ortæ ex ſemine. Accedit & imbecillitas earundem ſolidarum partium, quæ tabeſcentes adeo debilitantur, vt nequeant tantum ſanguinis in ſuũ alimentum mutare, quantum neceſſarium eſt ad reſtituendum quod tabuit, poſtulat enim hoc validam facultatem quali præditus eſt fætus in vtero; at hæc iam in lucem editis in dies debilior redditur etiam cum homines ſani degunt, ſed cum tabeſcũt, maxime imbecilla. adde quod & ſiccitas quam partes contraxerunt non ſinit admitti humorem alentem, & frigus, quod proceſſu temporis *f* neceſſario ſiccitatem conſequitur nequit humorem illum qui admittitur ſimile reddere ita ut non mirum ſit ſi non curetur tertia ſpecies tabis: ſed hominem interimet. Qđ attinet ad differentias ubi tabes ſit eius ſpeciei, quæ curationem accipiat, facilius curatur ſimplex hoc eſt ſola ſiccitas, magis periculoſa eſt compoſita & maiori negocio ſanatur: facilius enim ſuperatur vnus hoſtis quam plures. auget difficultatem in compoſita tabe, quòd ſæpe remedium vnius affectus reddit alterum maiorem. Si tabes iungatur cum hæctica duplex eſt periculum, unum ob ſiccitatem, alterum ob calorem: vtriuſque enim

a galen. p. de diff. feb. c. 9.
b galen. l. de marcore c. 2. & 4.
c gale. 5. aph. com. p.
d galen. l. de conſt. artis c. 7. & p. de ſemine. c. xi.
e gal. ibid.
f gale. 7. meth. c. 6.

a enim qualitatis exceſſus naturam labefactat, ſed calor præterea auget ſiccitatem, & primam ſpeciem mutat in ſecundam, deinde hanc in tertiam; perurit enim partes *b* ſolidas perinde atque in lucerna fomitem ipſa flamma, quem adeò aridum reddit vt diſſoluatur & non amplius conſiſtat; difficilius tamen eſt ſiccitatem ſanare quam calorem; humor enim qui ſiccitati medetur parum *c* efficax eſt, contra frigus quod calorem moderari debet efficaciſſimum, *d* periculoſum tamen, interdum enim calorem vel alicuius partis, vel etiam totius corporis extinguit. Grauis quoq. tabis eſt, quæ cum frigore coniungitur præter naturam: nam licet non difficile ſit calefacientibus, quæ ſimiliter efficaciſſima ſunt, frigori occurrere, timendum tamen eſt, ne ea quæ plurimum calefaciunt ſiccitatem augeant, atq. inſanabilem reddant, leuioribus verò calefacientibus non cedit frigus quod ſubſtantia ſolidarum partium iam concepit; quamquam diutius trahuntur qui laborant tabe coniuncta cum frigore præter naturam, quem affectum diximus *e* appellari ſenium ex morbo, cum alioquin ſecundum naturam extrema ſenectute *f* reddatur corpus noſtrum frigidum & ſiccum, non quò id fuerit naturæ conſilium quæ unumquodq; perficit, ſed quò neceſſariā materiam ſequatur proceſſu temporis frigus & ſiccitas: materia enim ex qua principio coagmentamur calore & humore *g* exuperat, huius exuperantia neceſſaria eſt vt fingantur partes noſtri corporis, illius vt fingere eaſdem poſſit. Proceſſu temporis humor innatus conſumitur à calore tam *h* interno quam aeris circumfuſi ita ut ſiccetur corpus, exhalante uerò humore, ſimul neceſſe eſt exhalet calor qui in eo conſiſtit, quò fit ut corpus reddatur frigidus & ſiccius, quod *i* ſenium eſt. Calor uerò innatus, qui uim ¶ habet effingendi, augendi, alendi partes noſtras, non eſt ſimilis illi qui ligna non perficit ſed tantum deuorat atque in cinerem uertit; quamquam & innatus calor ob ſiccitatem materiæ abſumendo humorem uitam noſtram quā procreauit tandem extinguit: quam ſententiam nonnulli uolūt fuiſſe Hippocratis, nequit *l* autem euitari & ſenium & interitus, id enim quod aſſidue reficitur ex alimento in dies frigidius & ſiccius eſt & non omnino ſimile ei quod perijt; tantum § poteſt differri & ſenium & interitus recta ratione uictus ut cibis & potionibus madefacientibus, balneo, quiete: ſomno, molli cubili,

a *gale. 2 aph. com. 20.*
b *galen. p. de diff. feb. c. 8.*
c *gal. x. meth. cap. 3.*
d *gal. ibid.*
e *In hoc libr. cap. 8.*
f *galen. p. de tuen. ual. c. 2. & l. de marcore. c. 2. & c. 4.*
g *galen. p. de tuen. ual. c. 2.*
h *gal. ibid.*
i *gal. ibid.*
¶ *gale. p. aph. com. 15.*
l *galen. p. de tuen. ual. c. 2. & l. de marcore. c. 2. & 4.*
§ *gal. ibid.*

cubiculi, quæ Vlyſſes apud Homerum præcipit ut Laerti parentur tanquam ſenibus idonea, quam ridicule *a* uerò decipiantur illi qui ſenectutem & interitum euitari docent uel recta ratione uictus ut memoria Galeni Aegiptius *b* quidam philoſophus, uel epoto auro ut nuper Medicus quidam, qui ad immortalitatem ſpectans docuit quo pacto ita paretur ut bibi poſſet, res ipſa demonſtrat. ſed ut præclare ſcripſit *c* Lucretius.

a *gal. l. de marcore c. 2.*
b *Lucretius l. 3. in fine.*
c *gal. de marcore. cap. 5.*

» *Certe æquidem finis uitæ mortalibus aſtat*
» *Nec euitare lætum pote quin obeamus.*

Si tabes cum inæqualitate frigoris & caloris iungatur multo magis periculoſa *d* eſt quam ſi aut cum calore, aut cum frigore tantum copularetur, & ob remedia quæ, cum medentur uni alteram augent, & ob animæ defectionem quam ex eiuſmodi inæqualitate diximus oriri; docet enim *d* Hippocrates eos de repente mori qui ſine cauſa manifeſta plurimum & uehementer exoluũtur. Tempus uerò euentus futuri longius uel breuius eſt pro maiori *e* uel minori exceſſu ſuperantis cauſæ, ſiue naturæ ſiue morbi. ſi natura debeat ſuperare morbum ita ut ſequatur ſalus, celerius ſequetur ubi & ipſa multo ualidior erit, & tabes leuior qualem diximus eſſe ſimplicem ac primæ ſpeciei. Si tabes non ita leuis ſit; & natura non ita ualida, tardiorem ſalutem expectabis. Contra euenit cum timetur interitus, ſi natura ualde imbecilla ſit & tabes multo ualidior, aut compoſita ac tertiæ ſpeciei, & iam diuturna, celerem interitum prædices. Si natura minus imbecilla ſit, & tabes non adeo ualidior tardiorem præſagies interitum. Via, qua expectatur ſalus, partim ad artem refertur quæ cibo & potione madefaciat partes exſiccatas, medicamentis ſuccurrat calori ac frigori, partim ad naturam quæ alimentum concoquens reficiat quod abſumptum eſt. Via interitus ad exceſſum attinet uel ſiccitatis, uel etiam frigoris & caloris, tum ad ſymptomata ut ad animæ defectionem.

d *Hippoc. 2. aphor. 41.*
e *gal. 4. de præſag. ex pulſ. ca. 11.*

De curatione Tabis. *Cap. XI.*

CVratio tabis quæ nunc ſequitur nobis tractanda, ad morbum præcipue dirigetur, nam cauſa aut iam præteriit, aut ſi adhuc tabem fouet, ueluti febris hæctica uel ardens, in ſuperioribus libris tactata eſt. Quòd ſi inflãmatio uel eryſipelas ſic

citatem

citatem adhuc augeat quam attulit, quà de tumoribus præternaturam explicabuntur. Symptomata propria tabis nulla ſunt talia ut non permittant expectari dum ipſa curetur: tantum animæ defectio propriam curationem poſtulat, quam paucis monſtrabimus cum in curatione membratim fuſius exponere debeamus. Omiſſis igitur nunc cauſis & ſymptomatibus, in ſolam inſiſtemus curationem morbi hoc eſt tabis, quæ aut ſimplex eſt, aut compoſita cum alio affectu. Inueſtigabimus primò opera quæ ab utrauis requiruntur, deinde inſtrumenta per quæ perficiantur. Simplex tabes cum ſola ſit ſiccitas præter naturã, unum ſolum poſtulat opus contrarium, nempe ut reſtituatur humor qui abſumptus eſt, & ita partes exſiccatæ tantum madefiant, non tamen refrigerentur aut calidiores reddantur: idem opus poſtulant non ſolum tres ſpecies tabis ſupra enarratæ, ſed etiam inopia illius ſanguinis *a* qui contineri debet in uenis atque arteriis; quò autem maior eſt tabes eò maiorem curam deſiderat & diuturniorem uſum madefacientium, maior autẽ eſt ſecunda ſpecies quam prima, & tertia quam ſecunda. nec eſt quod dubites an tertia ſpecies (quæ ſanari non poteſt cum nõ reficiatur *b* ſubſtantia ſolida) poſtulet madefacientia, nam poteſt per ea trahi diutius uita & differri abſolutio tabis atque interitus. Tabes, quæ cum calore coniungitur, cum duplex ſit morbus duplici opere ſananda eſt, refrigerare *c* enim & madefacere oportet corpus quod ſimul calidum præter naturam eſt & tabeſcit quemadmodum ſupra *d* docuimus in curatione febris hæcticæ cum qua aut iam coniungitur, aut non multo poſt coniungetur tabes, quæ ſiue præſens ſiue imminens ſit indicat opus eſſe madefacientibus, ſed præter hæc contra calorem pugnabimus per refrigerantia tam intus data quam extrinſecus *e* impoſita. Illa uero tabes quæ cum frigore copulatur, aut naturalis eſt quemadmodum ſenium ſimpliciter, aut præter naturam quemadmodum ſenium ex morbo, utrouis modo accidat requirit madefacientia ſimul & moderate *f* calefacientia, per quæ ſi non prohibetur abſoluta tabes & interitus, tamen differtur: quod propoſitum eſt illius partis medicinæ quæ ſenes tuetur γηροκομικὴ græce *g* dicitur, efficit hoc madefaciendo & prohibendo ne ſiccitas celeriter abſoluatur, ſed diutius conſeruetur innatus humor

a *gal. 7. meth. c. 6.*
b *Gal. p. de differ. febr. c. 9.*
c *gal. l. de marcore c. 9*
d *Supra lib. præſenti c. 6*
e *galen. l. de marcore ca. 9. & l. x. meth. c. 7.*
f *Gal. l. de marcore. c. 5*
g *gal. ibidem*

partium

partium ſolidarum, quando fieri non poteſt, ut ille reſtituatur, qui iam conſumptus eſt. Coniungi etiam cum tabe diximus inæqualitarem frigoris & caloris, quod ubi accidat, præter madefacientia quæ à ſiccitate requiruntur, media quædam adhibere oportet inter ea quæ madefaciunt, & ea quæ refrigerant, hæc enim tam frigoris quam caloris exceſſus remittunt, quæcũque enim minus talia ſunt præ magis talibus uim habent contrarii. Sed quia eiuſmodi tabi ſuperuenit animæ *a* defectio, huic quoque ſuccurrere oportet, id quod fiet ſi ſpiritus tum reficiantur ab alimento, *b* tum retineantur modice adſtrictis foraminibus cutis. His ita conſtitutis de operibus quæ ad tollendam tabem, & ſimplicem & compoſitam neceſſaria ſunt, perſequemur inſtrumenta quibus perficiantur, ſi prius quædam præcepta expoſuerimus, quæ ſeruanda ſunt cum illa eliguntur. Ergo, cum ad tabem ſpectantes utimur madefacientibus, erit nobis exploratum ſolummodo per cibum & potionem refici humorem abſumptum; ita ut hæc ſola *c* per ſe madefacere poſſint ſolidas partes noſtri corporis, quibus alimentum agglutinatur & ſimile redditur; cætera uerò, quæ ad madefaciendum adhibentur, non poſſe humorem qui interiit reſtituere: ſed uel ita parare partes noſtri corporis ut facile accipiant humorem, quem alimentum ſuppeditat; uel prohibere ne plurimus poſtea abſumatur. Valent igitur per ſe cibus & potus ad madefaciendum corpus ſicuti inędia ad ſiccandum, quam Hippocrates *d* utilem eſſe humidis corporibus docuit. animaduertere autem tam in cibo, quam in potione eorum, qui tabe laborant, oportet potiſſimum quantitatem, qualitatem, modum, & tempus. Quantitas quamuis multa requiratur, ubi multum humoris abſumptum eſt, non tamen multa danda eſt, ſed (eodem Hippocrate *e* auctore) quæ longo tempore extenuata ſunt corpora lente reficere oportet, neque enim reficit humorem quod ſumitur, ſed quod concoquitur, concoqui *f* autem debet ab illis partibus quæ extenuatæ ſunt; nequeunt autem ob imbecillitatem plurimum alimenti ſuperare ſed neceſſe eſt paulatim reficiantur; & motus dandi cibum ſit ut diuidatur, neque totus ſimul detur; ſed quotidie iterum; & tertio; tantus autem ſumatur ut coctus ſit, cum alter ſumendus eſt. Ad quantitatem cibi & potionis referri poteſt ſubſtantia, quæ ubi craſſa & glutinoſa ſit pluri-

a gal. ibidem

b galed. l. de marcore. c. 9

c gale. l. 7. meth. c. 6. & l. de marcore cap. 5.

d Hipp. l. 7. aphoriſ. 59.

e Hipp. l. 2. aphoriſ. 7.

f Gal. 7. meth. cap. 6.

plurimum *a* affert alimenti, ubi tenuis parum. eadem autem eſt ratio ſubſtantiæ plurimum nutrientis, quæ multæ quantitatis; nam ut hæc ſuperari nequit à uiribus imbecillis, ita ſubſtantia craſſa & glutinoſa diſtribui non poteſt, neque enim per ſe fertur cibus ac permeat in omnes partes corporis; ſed allicitur âb ipſis, quæ cum ualde extenuatæ ſunt ob imbecillitatem nequeunt allicere ſubſtantiam craſſam & glutinoſam, ita ut neceſſarius ſit cibus tenuior: quamuis minorem habeat & non idoneã alendi facultatem. Eadem eſt ratio quantitatis & ſubſtantiæ potionis. Qualitas utriuſq. boni ſucci ſit, & lenis, non acerba *b* aut auſtera, non acris, non ſalſa, non amara: augent enim eiuſmodi qualitates ſiccitatem, & magis in ſunt in his quæ ſimul medicamenta ſunt, quam in his quæ ſimpliciter æſculenta & poculenta. Tempus ſumendi cibi tunc eſt, cum *c* ille, qui prius ſumptus erat, iam ex uentriculo deſcendit; id quod ex ructu cognoſcitur; potionis uerò ubi uentriculus ualde imbecillus ſit cum cibus iam coctus eſt, qui ſi cum potione ſumeretur, in uẽtriculo enataret, neque poſſet perfecte concoqui, quia neque etiam bene comprӕhendi à uentriculo. Præter cibum & potionem quæ ſola per ſe madefacere diximus corpus exſiccatum, adhibenda etiam ſunt alia quæ madefacere poſſunt, quatenus aut reddunt partes noſtras idoneas quæ alimentum admittant, aut non ſinunt eas ualide exſiccari. admittunt partes noſtri corporis facile alimentum, quod attrahunt, ubi laxiores reddantur; ita ut aperiantur foramina cutis, quæ, ut patere debent in febribus ad exitum calidæ expirationis, ita etiam in tabe ut accipiãt humorem alentem. Relaxat *d* balneum, mollis frictio, ut in ſequentibus apparebit: ea tamen in relaxando neceſſaria cautio eſt ne nimis digerantur corpora, ex quo magis augeretur tabes quam curaretur accepto humore alente in partibus relaxatis. quamobrem ubi corpus plurimum digeratur expedit cutis foramina leniter aut oleo obſtruere, aut adſtringere perfuſione aquæ in qua bullierint medicamenta adſtringentia. Non ſinũt ualide ſiccari corpus ſomnus, quies, tranquillitas, prӕterea balneum aquæ dulcis tepidæ, quæ cum allicitur per externas partes, irrigat illas ad quas peruenit, & eatenus retundit uim caloris exiccantis proprium humorem partium ſolidarum. Alia opera quæ ad compoſitam tabem pertinent, quaſdam ipſa quoque animad-

a Gal. ibid.

b Gal. ibid.

c Gal. ibid.

d Galen. l. de marcore c. 5 & 7. meth. c. 6.

animaduerſiones deſiderant.ubi ad temperandum calorem præ
ter naturam opus ſit refrigerantibus,cauendum eſt, ut in hæ-
a Supra in cticæ *a* curatione docuimus,ne extinguant innatum,uel in ali-
hoc libro c. qua parte, uel etiam in toto corpore,id quod tanto magis peri
6. culoſum eſſe diximus, quanto magis extenuatum *c* eſt corpus,
b gal. 9.me- neque à carne , aut adipe defenduntur amplius partes ſolidæ :
th.cap.5. quare tunc preſtat paulatim refrigerare quam ſubito, niſi ſi ca
lor ardens eſſet : nam ſic utendum eſſet ualde refrigerantibus,
ne partes omnes celerrime tabeſcerent. in calefaciendo autem
ubi ſiccitas cum frigore copuletur, illis, utendum eſt, quæ calo
rem augere poſſint non tamen ſiccitatem. ſi qua calida ſunt a-
mara uel acerba,cum uehementem habeant ſiccandi uim , de-
bent uitari . Expedit etiam magis ſubſtantiam augeri caloris,
quam qualitatem, quamobrẽ utiliſſima ſunt quæ prædita ſunt
calore ſimili calori noſtro; itaut ſeruata qualitate augeant dun
taxat ſubſtantiam.Reſtant inſtrumenta propria, per quæ perfi-
ciuntur opera propoſita ad curationem tabis & ſimplicis , &
compoſitæ:opus enim eſt ut ante oſtẽdimus madefacere quod
ſiccatum eſt, refrigerare quod calefactum, calefacere quod re-
frigeratum, ad æqualem moderationem redigere inæqualitatẽ,
reficere exhauſtos ſpiritus,&exhalantes adſtricta cute retinere,
ut ſuccurratur animæ defectioni.Ordiemur ab inſtrumentis ma
defacientibus,quæ ſub ratione uictus omnia continentur, ſiue
c gal.de mar *c* per ſe humorem abſumptum reſtituant,ſiue quatenus uel nõ
core cap. 5. ſinunt illum qui ſupereſt, celeriter abſumi ; uel tales reddunt
d gal.de Tuẽ. partes corporis noſtri ut facile alantur humore quem alliciũt.
ual.ad Tra- ſubiiciuntur *d* rationi uictus ſex res non naturales quotidianæ
ſyb. cap.35. atque uſitatæ etiam ſanis,quas ſigillatim perpendemus, agemus
deinde de lacte,& de balneo ſeparatim; quæ,quamuis non ſint
uſitata ſanis,ad illas,tamen ſex res non naturales referuntur .
e gal.x.met. Aer itaque *e* humidus ſit, nam quemadmodum calidus pluri-
cap.8. mum ualet ad calefaciendum cor, ita humidus ad madefacien
dum,cum per nares& os per guttur & aſperam arteriam & pul
f gal.ibidem. monem ad ipſum fertur ; quod ſi non habetur talis *f* paretur
arte reſperſa aqua, quæ neque calida eſſe debet , neque frigida;
ſed tepida:fingimus enim ſiccitatis exceſſum ſeruata moderatio
ne frigoris & caloris. illud autem obliuiſci non oportet quod
aer nequit reſtituere humorem cordis, ſeu ſolummodo ipſum

madefacit quatenus non patitur ita celeriter exſiccari. Cibus in uniuerſum ſit qualem ſupra deſcripſimus boni ſucci, facilis *a* coctionis, ac tenuis. huiuſmodi proponuntur à ueteribus ptiſſana hordeacea, alica ptiſſanæ modo præparata, piſces ſaxatiles, aſellus ex albo iure, uitelli ouorum, teſtes gallorum qui lacte alti ſint, alæ gallinarum, perdices, auiculæ ex monte non ex palude, panis purus, qui bene coctus ſit & ſatis habeat fermenti ac ſalis; quamquam ſine ſale, ut nunc uſitatur ab Hætruſcis humidior eſt: mel ēt idoneum præbet alimentum, quibus cibis cum partes noſtri corporis refici iam cæperunt paulatim reuertendum eſt ad cibos uſitatos. Potui, ſi detur aqua non *b* reſtituit ſubſtantiam ſolidam; ſed eatenus madefacit quatenus ipſam irrigat, & non ſinit ita celeriter abſumi; quamquam non deſunt qui ipſam ualere ad alendum exiſtiment eo freti, quòd non ſit ſimplex & pura, ſed compoſita, & quòd in uentriculo miſceatur cū ſuccis, & ut mixta à calore noſtro concoquatur, quamuis concoqui ab igne *c* nequeat: celerem uerò & non mediocrem uim habet alendi & reficiendi humorem exhauſtum potio uini, *d* quod lene ſit & tenue, non craſſum ac dulce quia non facile diſtribueretur, non auſterum, acerbum, acidum, acre, aut amarum quia magis humorem abſumeret; tum mediæ ætatis non recens, quod craſſius eſt, & multas obtinet partes ad alendum minime accommodatas, non ita uetus ut amarum euaſerit ne ſiccitatem augeat. eſt etiam idonea potio mulſæ ubi reſtituere exhauſtum humorem oportet & ſimplex ſit tabes; quemadmodum & aqua per deſtillationem extracta ex cocleis, teſtudinibus terreſtribus, ſiue etiam ex carnibus pulli gallinacei: præcipue ubi cum tabe & ſiccitate caloris quoque exceſſus talis coniungatur ut ſuſpectam faciat quamcumq; uini potionem. Somnus, quies, animi tranquillitas conferunt ad madefaciendum corpus: quia non ſinunt ualde exſiccari. à uigilia, quæ extenuatis *e* inimiciſſima eſt; à motu, qui ubi multus & uehemens ſit tabefacit; abſtinendum eſt; quamquam lenis ambulatio & mollis, non multa frictio euocando internum humorē ad partes externas, & eas ita relaxando ut facile ipſum admittant, non mediocriter confert ad reficiendum: ac demum à perturbationibus animæ, *f* quæ, ut ſi quid aliud, corpus noſtrum tabefaciunt, quamobrem çura dicta eſt à Græcis κηδεδώνη, *f* quod membra exedat. retentio

a *Gale. x. meth. c. xi.*

b *Gal. 4. aph. com. 13.*

c *Ariſt. 4. meteoror. c. 7.*

d *Gal. 2. aph. com. xi. & l. 3. de cauſ. pulſ. c. 17.*

e *gale. 7. meth. c. 6.*

f *galen. p. de Articulis. com. 30.*

tentio etiam moderata eodem nomine ad madefaciendum conducit, quòd ſcilicet non permittat exſiccari corpus à nimia expulſione humidorum, quæ in corpore noſtro continentur. Sed relictis ſex rebus non naturalibus pergamus ad vſum primò lactis, deinde balnei aquæ dulcis, quæ ut ſi quid aliud, ad madefaciendum pertinent, & non permittunt exſiccari corpus. tantum autem tribuebant lacti pro reficiendis partibus extenuatis *a* Euriphon, Herodotus, & Prodicus veteres medici, vt exiſtimarent eius potione ſanari poſſe eos qui cùm vlcere pulmonis tabent; optimum omnium eſt muliebre, *b* quod à mammillis ſugatur; deinde *c* aſininum cum primum emunctum, quod cum tenue ſit non cogitur in ventriculo & facile diſtribuitur. hoc ſequitur caprinum quod *d* medij habitus eſt: nam bubulum aut ouillum nimis craſſum eſt. ſed, ſiue ab aſina, ſiue à capra petatur; vigeat ætate, exerceatur, & paſcatur vt conuenit, tum ita bene affecta ſit vt pabulum concoquat, id quod ex ſtercore, *e* conijciendum erit. probatur autem lac quod nullam externam *f* qualitatem guſtui, aſpectui, olfactui præſeferat: ſed quam dulciſſimum ſit, & quantum lacti conuenit ſplendens, habeat item æqualem ſubſtantiam, ita ut non appareant in eo partes diuerſæ. Lacti vtiliter admiſcetur aliquid *g* mellis quod bonum ſit, coloris ſcilicet flaui, pellucidi, ſuauis, medij habitus, ita ut nec ex digito ſtatim elabatur nec conſiſtat: prius autem quam miſceatur ſuper prunas ex quercu, vel ex vite bene cãdentes diligenter deſpumentur: ſumitur autem ad duos, tres uel quatuor ciathos pro ut magis uel minus concoquitur, & ſtatim *h* à balneo, quo ſi quis quotidie bis vtatur, bis quoque poteſt lac ſumere. Balneum uerò aquæ dulcis irrigat partes ad quas penetrat, & hoc nomine non patitur celeriter exſiccari: ſimplici tabi conuenit moderate calida; ſic magis excipitur in foraminibus cutis, tam diu autem in ea manendum eſt, vt corpus moderate calidum ſentiatur, ſicut & finis fricandi fauendus eſt cum apparet *i* robur, ſi ulterius fricetur * corpus exſiccatur. id quod euenit etiam vbi nimis diu degatur in balneo; diſſipatur enim internus humor & nimis relaxantur foramina cutis unde exeunt humidi uapores. Prodeſt antequam homo in balneum ingrediatur inunctio olei ſimplicis, relaxat enim partes, & idoneas reddit ad humorem excipiendum: conuenit

eadem

a *Gal. de marcore. c. 9.*
b *Gale. 7. meth. c. 6.*
c *Gale. x. meth. c. xi.*
d *Gale. 5. meth. c. 12.*
e *Gale. 7. meth. c. 6.*
f *Gal. ibid. & 5. met. c. 12.*
g *Gal. ibid.*
h *Gal. ibid.*
i *Gale. 7. meth. c. 6.*
* *Galen. 2. de tuen. ualet. c. 12.*

eadem à balneo quòd obſtruat foramina cutis, & non ſinat humidos uapores exhalare, neque permittit frigus aeris circumfuſi aſpirare ad partes internas. Hactenus de inſtrumentis madefacientibus accedamus ad ea quæ refrigerant. efficaciſſimum omnium eſt aqua frigida & potui data, & in balneo adhibita, quæ tamen ſuſpecta eſt corporibus *a* extenuatis quemadmodum ſupra docuimus in curatione hæcticæ: uerendum enim eſt, ne innatus calor aut in aliqua parte, aut in uniuerſo corpore extinguatur. & ita homo incidat in ſenium ex morbo; quod tamen eligendum eſt ubi periculum imminet ne celerrime præcipitetur æger à uehementi calore tabefactus; cum eiuſmodi etenim ſenio, aliquot non ſolum menſes ſed etiam annos trahi uita poteſt. ubi eiuſmodi periculum non impendet utemur ad refrigerandum frigidis medicamentis quæ ſupra ad hæcticam febrem commemorauimus, ut cerato liquido, linimento roſaceo, aut ſucco frigidæ alicuius *b* herbæ, ut lactucæ, portulacæ, ſemperuiuij, quem imponemus ſuper illas partes in quibus *c* potiſſimum eſſe focum febris exiſtimabimus. detur potui aut aqua ſimplex aut ex deſtillatione coclearum, teſtudinum, ſiue etiam gallinaceorum pullorum deſtillatione extracta, aut uinum aquoſum tenue maxime dilutum. At cum calefacere oportet refrigeratum corpus quemadmodum in ſenio uel naturali uel ex morbo, ualet *d* uinum uetus quod tamen amarum non ſit, mel & per ſe, & mixtum cum lacte. iunguntur externæ partes oleo nardino *e* aut maſtichino cui additur aliquid ceræ ut diutius inhæreſcat; neque enim permittuntur exſiccari. utiliter etiam illinuntur pice ſemel quotidie, nam hæc medicina frequentius adhibita, humidam ſubſtantiam, abſumit. Illud autem in calefaciendo obſeruandum eſſe diximus ut magis augeatur quantitas, quam quantitas caloris, propterea maxime proficiunt quæ moderata ſunt, & tali calore prædita qualis noſter eſt, tenetur ſuper uentriculo *f* catulus pinguis cum homo iacet, aut puerulus boni habitus. Ad moderandum uerò exceſſum frigoris & caloris ualent ſimiliter quæ moderate calida ſunt, uinum lac mel intus, ſimiliter extrinſecus catulus aut puerulus. balneum aquæ dulcis uitandum eſt ne uires deficiant ob animæ defectionem cum nimium ſpiritus exhalent; pro balneo magis utimur leuiter *g* adſtringentibus ac refrigerantibus, ut claudantur fora-

a *Galen. 9. meth. c. 5.*

b *Gal. l. x. meth. c. 9.*

c *Gal. ibid.*

d *Galen. 5. de tuen. ual. c. 5. & 7. & l. de marcore c. 9.*

e *Galen. 7. meth. c. 7.*

f *Gale. 7. meth. c. 7.*

g *Galen. l. de marcor. c. 9.*

mina cutis, ne ſpiritus exhalent. flabellis uentum facimus, inungimus oleo melino cutem, ut denſior reddatur. Ad reficiendos *a* uerò ſpiritus exhauſtos nihil æque conducit ac potio uini tenuis, aquæ quæ ex carne pulli gallinacei per deſtillationem communiter extrahitur, ſiue etiã quæ longe maiorem apparatum poſtulat, quam carnis aquam nuncupant. hoc pacto igitur & animæ defectioni ſuccurrimus, & inæqualis exceſſui frigoris & caloris.

a gal. ibid. & l. 12. meth. c. 4.

Finis Libri Septimi de Febribus Vidi Vidij.

LVDO-

LVDOVICI MERCATI

Medicinæ Doctoris & eiuſdem facultatis in valliſoletana Academia primariæ Cathedrę profeſſoris, Libellus.

De Eſſentia cauſis ſignis & curatione febris malignæ.

In qua maculæ rubentes ſimiles morſibus pulicum per cutem erumpunt.

Cui acceſsit conſilium continens ſummam totius præſagationis & curationis in eodem affectu.

PRÆFATIO.

HAVD immeritò à ſapientiſſimis, quibuſque antiquitus dictum eſſe cenſeo, omnium rerum eſſe uiciſſitudines. Cuius prouerbij ſiquis ueritatem exquirat, exemplis innumeris paſſim comprobatam reperiet. Hinc ſanè miram diei reuolutionem, & annorum, necnon & cuiuſque horum miram & incomprehenſibilem uarietatem, mutationemue facilè comperiemus. Quæ profectò ob frequentiam & quotidianum uſum non miramur: nam quis alioquin non mirabitur noctium dierumque uiciſſitudines & unius diei ac noctis mutationes, necnon annorum & cuiuſque anni partium miro ordine & obſeruatiſſima lege reuolutiones. Verùm ſiquis rem altiùs conſideret, multò ſanè magis mirabitur cælorum ſiderumque & planetarum aſpectus, alternis quidem mutationibus factos, à quibus etiam & ex natiua conditione prodit horum inferiorum annua ſucceſſio, uarietas ac reditus ad idem. Admiratione quoq; dignum eſt, quàm infallibili curſu plantæ omnes ad intermiſſam pulchritudinem quotannis redeant: ſed maiorem longè admirationem infert, & plantas & tempeſtates, ac ſcientias (ut interim multa alia ſubticeam) diuerſis temporibus & regionibus, diuerſa & mutata ſorte uigere, aut labi & mutari. Sed mirabilius adhuc aliud in noſtra arte frequenter conſpicitur, nimirum morborum quoq. eſſe uiciſſitudines, non ſolùm ſtatutis anni temporibus, ſed certis quibuſdam plurium annorum curriculis, in quibus incipit, uiget, ac floret unius morbi natura & ſæuitia. Qui poſtea multorum annorum ſpatio deliteſcit, & abdita ac ueluti ex toto diſſipata comperitur, ita ut ferè uideatur ex hominum memoria decidiſſe, potiùs quàm quòd re uera aliqua rerum ſpecies penitus aboleatur, ac dum redit, tanquam noua progenies admirõnem & nouitatem pariat. Quemadmodum facilè conſpicitur in peſtilentibus conſtitutionibus, & alijs pleriſq. affectibus, interquos profectò ſpecies quædam

dam

dam febrium reperitur, quam malignam peculiari nomine (ut ab a-
liis peſtilentibus diſsideat) medici omnes appellant, quam ſanè aut
ſua ſponte delituiſſe, aut ab Hipp. tempore incognitam extitiſſe cen
ſeo: In qua ueluti peculiari & proprio ſigno, maculæ maiori ex par
te rubeſcentes per totam cutem erumpunt. Quas fas eſt diſtinguere
ab alijs cutis efloreſcentiis: ſiue cutis ſint extuberões, ut apud bar
baros uocatæ uariolæ & morbilli, ſiue bibices ſint, fortaſſe eſſeræ bar
baris uocatæ. Quæ omnes ab huiuſmodi exanthematibus & magni-
tudine & extuberantia diſsident: Nam maculæ quæ in his febribus
erumpunt, tantùm ſunt culicum ſeu pulicum morſibus perſimiles
abſq. ullæ carnis extuberatione, quas appellare licet exanthema.
ſeu ſudamina, aut maculæ pulicum morſibus ſimiles: quæ omnia hi-
ſpano ſermone, nomine, Tabardillo, ſignificantur. Cuius ſanè febris
his maculis in ſignitæ conſtant Hipp. meminiſſe, ut facile eſt aliqui-
bus eius teſtimonijs comprobare, ſicuti ab eius tempore ad noſtram
uſq; ætatem delituiſſe, uel ſaltem medicorum negligentia incognitam
extitiſſe. Quam ab anno 1532. uſq. in hodiernum diem (diuerſimo-
de tamen) in diuerſis temporibus & regionibus plures perdidiſſe
conſtat, partim medicorum ignorantia, partim uerò eius feritate &
maligna natura: licet hac ratione plures perdere, tanquam peſtilẽs,
nata non ſit. Quamobrem ut aliquid Reipublicæ in hoc etiam pro-
deſſe poſſim, æquo animo decreui eius tractationem diligenter aggre
di, ac id quod præ uetuſtate obliuioni traditum eſſe conſtat, iterum
ad memoriam reuocare, & leges ac methodos tum dignoſcendi, tum
curandi pro ingenii mei uiribus inſtituere. Quod quidem inſtitutum,
ut optatum finem pertingat, partiri in quatuor potiſsimas partes
mihi eſt in animo: in quarum prima, huius febris eſſentiam, ſeu na-
turam ac ueram differentiam ab aliis omnibus conabor ad unguem
exequi. In ſecunda eiuſdem cauſas. In tertia ſigna expendem, in
quarta uerò & ultima medendi rationem in genere, & peculiares
conſiderationes, ac materiam curationi aptam ſedula diligentia do-
cebo.

Exanthema quid sint et quomodo distinguantur ab alijs maculis.

DE ESSENTIA FEBRIS MALIGNAE

Tractatus Primus.

CVM ſit doctiſſimorum omnium communis & probatiſſima ſententia, quò res aliqua rarius ſeſe offert, aut ex ſua natura abdita eſt & obſcura, eò oculatiùs & diligentiùs eſſe tractandam. Ob id profecto mihi tractaturo de re difficili, & multis iam annis obliuioni tradita, ſubit in animum, æquum neceſſarium ue fore, genꝰ ſeu principium aliquod, à quo ueluti à fonte quodam, profluit huius malignæ febris natura, breui quadam methodo primitus exponere, ut facilè eo cognito, in ſpecierum cognitionem cuiuis deinceps deuenire concedatur. Quamobrem oportet priùs eam definitione patefacere, ut partibus diffinitionis expoſitis, natura & ratio huius febris eluceſcat magis.

Malignæ feb. diffinitio. — Eſt igitur febris hæc continua, nulli tamen continuarum generi adſtricta, popularis, maligna & contagioſa, quæ diuerſis & ſæpe contrarijs accidentibus inſignitur.

Probat prima huius diffinitionis pars & experientia quotidiana confirmatum eſt, hanc febrē eſſe de genere continuarum, etiam ſi crebris rigoribus cómmittetur: nam putredinis ſedem obtinet intra uaſa, intra quæ putredo ipſa inualeſcit: licet ab eiſdem halitus acres & mordaces undique per ſentientes corporis partes deferátur, quibus creberrimi concitantur rigores, & uaria accidentia. Habet quoque id fallaciſſimum nimirum ad tātā remiſſionē in principiis deuenire, ut facile incautos & imperitos medicos decipiat intenſior poſtmodum & grauior facta: aliquando ſeruans hac lege quotidianam periodum, frequenter tertianā ac non rarò quartanæ naturā referens, ſaltem in prima morbi acceſſione. Nec ob id ſanè credendum eſt febrem hanc eſ-

ſe

ſe degenere intermittentium : nam fallaciſſima eius natura id maioris mali preſaga (citra ueram intermiſsionem) ſæpe molitur. Quia licet ſemper laborans febricitet (ut coniectabile eſt in febre, quæ intra uenas principium putredinis obtinet) cum hoc tamen quò maior fuerit malitia, minor certè & remiſſior apparebit calor:& quò maior putredo,eo intenſior,& ob id cōiectandum eſt, ex maiore febris remiſſione,occultius uenenum potiùs quam ueram febris intermiſsionem.

Nulli etiam continuarum febrium generi(licet continua ſit) adſtricta eſt,ſed uagans & furens, iuxta naturam morboſi apparatus differentiam ſortitur : & nunc uni , nunc alteri febrium ſpeciei adiungitur,licet ipſa ſemper ſit eiuſdem naturæ,ſeruans in unaquaque ſpecie ſibi propriam & peculiarem conditionē. Quò fit, ut licet ob humoris cui adiungitur naturam de genere ſit continuarum ex bile , pituita aut melancholia , ipſa tamen ſemper peculiarem ſeruet naturam , qua uidetur ab omni genere febrium longè differre . Ex quo quidem fit , ad diuerſas febrium differentias à medicorum doctisſimis non ſine magna ratione reductam fuiſſe. Nam cùm ipſa per omnes diuerſimode uagari habeat, nullam habet propriam neque peculiarem ſpeciem, cui reduci,& à qua denominari poſſit,ſed omnes illi ſunt communes,& omnes familiares: qua ſanè ratione dictum eſt, nulli continuarum generi eſſe adſtrictam.

Ex qua item conditione prodit popularem eſſe,quod tertiū diffinitionis uerbum monſtrare uidetur.Nam cùm ſemel corpus morboſum contraxerit apparatum : modo his bilioſus ſit: modo pituitoſus, aut melancholicus, protinus eadem corripitur,tanta eſt eius efficacia dum uagatur.Quò fit, ut una in regione,ac una & eadem anni tempeſtate plures homines diuerſa tēperie,& diuerſis humoribus præditos uno & eodē modo afficiat.Sed quanam ratione hæc febris popularis ſit (cùm uaria exiſtat popularium morborum natura& ratio) non ſatis conſtat:& ob id quid morbꝰ popularis ſit,primò expēdiſſe oportet.

Popularis porrò morbus is eſt,qui paſsim in uulgus graſſatur,cōmuniſq; oībus eſt,communemq; habet cauſam aerem nēpe (aut potum uel alimētū multis cōmune)qui uulgarium morborum cauſa præcipua eſſe ſolet. Hippocrate & Galeno authoribus,libr. de Natu. hum . Quod ſanè morborum genus tunc

eſt,

eſt, cùm uno tempore plures idem morbus occupat, atq; qui tunc uiget morbus popularis,epidemicus,uulgaris atq; communis dici ab omnibus conſueuit: cuius ſubinde plures (licet non magni momenti) reperiuntur differentiæ,quas breuitati conſulens prætermitto.

Peſtilens morbus. Epidemius morbus, quis cenſeri debet. Endemius, ſeu vernaculus.

Peſtilens uerò morbus is cenſeri debet,qui cum uulgaris ſit, pernicioſus etiam eſt,atq; lethalis.Itaq; epidemicus morbus eſt qui tẽpore anni aliquo, in regione aliqua abundat,in ſol eſcitque: peſtis uerò epidemia pernicioſa. At eum morbum qui regioni cuipiam pecularis eſt, endemum ſeu uernaculum & genti proprium nuncupare ſolent: qui profectò omnes ex diametro diſperſis uocatis,opponuntur. Cæterùm popularium morborum,item & peſtilentium,multiplices differentiæ ab Hippocrate lib. Epidemiorum traduntur. Sunt enim mites quidam, nec lethales,contagioſi tamen & populares, ex alia atque alia temporis conditione procreati,ut opthalmiæ quædam:alii rurſus ſunt periculoſi,alii periculo carentes,acuti aliqui, nonnulli diuturni quidem & qui unicam duntaxat corporis partem infeſtant,quidam qui totum corpus. Vt enim inter uenena,quædã unam partem magis quam aliam inficiunt: ſic populariũ morborum alii partibus quibuſdam proprii ſunt, alii toti communes.Sic ab Hippocrate inter populares numerantur opthalmiæ quædã, tertianæ, inteſtinorum difficultates, teneſmi,tuſſes & catharri. Quinimo tanta ineſt in peſtilentium natura uarietas,ut contemplantibus admirationem maximam pariat. An non id admirabile uideri debet,peſtem quandam ſatis&arboribus propriam eſſe,aliam pecoribus aliam, hominibus,cæteris uerò omnibus innoxiam? quod non aliunde profectò euenit, quam ex ferum ſympathia quadam,& antypathia. Quibus præfinitis, febrem hanc eſſe de eo uulgarium genere,quod periculoſos in ſe continere affectus diximus,nulli eſſe dubium exiſtimo. Quod uerò id ſit,patet, nam febris hæc plures uno tempore occupat quos etiam grauiſsimis & periculoſiſsimis accidentibus opprimit: quorum non minimam. licet non maiorem, partem interimit: itaq; conſtat & popularem & periculoſam eſse huiuſmodi febrem.Quod euidenter conſtare arbitror ex frequentia, & cauſa,quæ omnibus eſt communis,& ex periculo & grauitate accidẽtiũ:quod ſequens diffinitionis uerbũ apertiùs mõſtrabit.

Multi plures differentiæ morborum popularium et peſtilentium.

obſervatio pulchra.

Probat

Probat quoq; uerbum illud, maligna ex periculoſo uulgariũ genere hanc febrem eſſe, nam fallaciſſima eius conditio & natura eam proculdubio periculoſiſſimam eſſe docet. Verùm ut ſatis conſtare poſſit, qualis ſit malignitatis huius febris natura, expendendum primò eſt, aliquod eſſe primum ac ſupremum genus, quo cætera quæ maligna & uenenoſa dicuntur, ſpeciem & denominationem ſortiantur. Eſt planè id, peſtis, cuius breui quadam methodo meminiſſe oportet, ut quod quærimus eluceſcat magis.

Peſtis morbus quis.

Peſtis igitur morbus is cenſeri debet, qui cum uulgaris ſit, pernicioſus etiam eſt atq; lethalis. Itaq; erit peſtis epidemia pernicioſa: aut ſi mauis uenenoſus quidam uapor in aere conceptus, qui uitali ſpiritui omnino aduerſatur: aut aereum uenenũ ex putrium uaporum admixtione, uel in fœlici planetarum cõcurſu, in pernicioſiſſimam animantium generi conditionem dira conuerſione mutatum, ſi Aſtrologorum ſententiam ſequi uoluerimus, quod parte huius libri ſecunda paulo latiùs ſumus tractaturi. Sed poteſt ſanè clariùs adhuc diffiniri, nimirũ quod nil aliud ſit peſtis, quàm Morbus communis, uulgaris, peſſimus atq; pernicioſiſſimus qui perinde ac totum morborum uulgarium genus ex cæli ſtatu proficiſcitur. Quarum diffinitionum gratia expendere oportet, ex qua nam cauſa morbi omnes uenenoſi, peſtilentes & contagioſi principium ſortiantur. Naſcuntur porrò omnes huiuſmodi morbi ex corrupto atq; uitiato aliquo inquinamento aere, qui morbidam excretionem in ſe habens, quæ ueneni inſtar cum ſit, peſtilentes & contagioſos parit morbos. Quam quidem ſententiam Galenus lib. de Theri. ad Piſo. his uerbis belliſſimè expreſſe eſt uiſus, inquiens: Peſtis tãquam & ipſa exiſtat quædam bellua haud paucos interemit, uerũ ciuitates quoq; totas depaſcens, malè conficit. Quippe, ſubdit, parua quædam aeris ad corruptionem prompta mutatio efficitur. Quod rurſus idem author, lib. ad Pamphili. confirmat Hippocratis utique lib. de Nat. hum. mentem ſecutus. Pendet autem hæc aeris pernicies a venenato quodam inquinamento aeri inſperſo, quod conſurgit aliquando ab inferioribus, vt exhalatione putrida à cadaueribus excitata, corruptis frugibus & leguminibus, herbis & oleribus, aut ſpecubus, aut metalicis fodinis, cloacis, barathris, aut paludibus & ſtagnantibus aquis. Quæ

Clara def.o Peſtis.

ex qua nã cauſa morbi oẽs uenenoſi, peſtilentes, et contagioſi principium ſortiantur.

pro-

profecto inquinamenta & his ſimilia, aliquando longiùs euagan tur, aliquando particularem aliquam regionem occupant, ac ſæpe in vna regione aut ciuitate vigent. Quam etiam corruptelã aeris aliquando cælitus aduenire communis Aſtrologorum ſententia eſt. Qualiter autem id intelligi debeat, inferiùs docebo. Verùm qualis naturæ ſit hæc venenoſitas, non ſatis conſtat inter huius rei peritiſſimos. Eſt tamen iudicio noſtro uerum febres ex hac aeris contagione oriri peſtilentes & contagioſas, nõ ſola putredinis maioris aut minoris, intranneæ aut ſuperficialis ratione, ſed ob ſpiritum quendam veneficum & contagioſum (modo aliunde cum aere commixtum, modo ex aere male affecto genitum) per reſpirationem cum aere attractum. Qui maxima quam obtinet, ſympathia cum noſtris ſpiritibus, protinus eiſdem commiſcetur, deferturq; facillimè ad cor, cuius ſubſtantiam & contenta, pernicioſa quadam & putredinoſa qualitate conſpurcat. Quò maximè videntur differre peſtilentes febres ab omnibus alijs: nam licet neceſſum ſit, in eiſdem, cor putredinoſa etiam qualitate affici, putredo tamen peſtilentium febrium non eſt qualis omnium aliarum, ex cauſis internis pro manans ſed à contagione & veneno huius efficaciſſimi ſpiritus proficiſcens & ob id accidentia ſunt longè diuerſa, quia diuerſa etiam eſt putredinis ratio, atq; non ſolùm cauſa, vt dictum eſt, differunt, verùm & intenſione: nam febris peſtilens re vera eſt morbus ſordidæ & profundę putrefactionis, includens ſeminaria acutiſſimæ contagionis per ſe, ex quo lethalis eſt, & contagioſa. Ex qua ſanè diffinitione dubitatio non leuis ſuboritur, detur ne peſtilens conſtitutio citra febrem. Cui dicimus, huiuſmodi conſtitutionem poſſe dari, non minùs quàm putredinem aliã reperiri citra febrem. Nam ſeptica medicamenta partem putre faciunt, diſſipata eius ſubſtantia, citra vllam febrem, quod pari lege peſtilentem conſtitutionem poſſe efficere, doctiſſimorum conſenſu conſtare arbitror: & experientia etiam in catharro & dyſenteria peſtilentibus quotidie monſtrat. Quemadmodum & hæcticam & ephemeram peſtilentes reperi. Non tamen quòd cordis ſubſtantia putreſcat, ſed quòd natiua eius humiditas corruptione illa fœdetur: nequit enim cordis ſubſtantia viuente animali huiuſmodi affectum ſuſtinere. Cæterùm quòd cordis natiua humiditas prædicto modo afficiatur, conſtat, quia ſi ex

An detur cõstitutio Pestilens sine citra febrem.

Putredo, an possit reperiri citra febrem.

quouis

quouis halitu cor aſcendente febris oritur, quantò magis ex uenenatis & contagioſis ſpiritibus, non ſolùm contenta cordis, uerùm & ſubſtantia, propter eorum maiorem efficaciam apprehendi poteſt. Atq; hæc de peſtilenti & uenenoſa febris natura dixiſſe ſit ſatis.

ſatis de peſtilentis natura

Verùm cùm ex Hippocratis mente conſtet lib. de Flat. aerē & uictus deprauatam inſtitutionem potiſsimam eſſe communium morborum cauſam, neceſſum eſt noſſe, aerem poſſe duobus modis alterari: in tota nimirum ſubſtantia, ut dictum eſt (unde peſtilentes morbi principium ſortiuntur) & in qualitatibus: ex qua ſanè alteratione populares morbos oriri, unanimi medicorum conſenſu conſtat. Cæterùm ut eluceſcat magis malignæ febris natura & conditio, hanc aeris ſecundam mutationē paulo diligentius expendere oportet. Aeris igitur duplicem cognoſcimus alterationem: prima eſt, ubi quatuor anni tempora ſuam ſeruant naturam, & paulatim in ſe mutuò conuertuntur. Quibus porrò temporibus ut ex Hippocrate conſtat, tertia Apho. ſectione peculiares & propriæ inſunt morborum conſtitutiones. Atqui licet Galenus. 1. Popu. ſolos ſparſos morbos tunc fieri aſſerat nos tamen exiſtimamus, ipſum ea parte non negare, uniuerſales & communes morbos fieri poſſe: quia cauſa eſt uniuerſalis, à diuerſis anni temporibus immutata. Quò fit ut licet Gal. eos diſperſos appellet ob uictus rationem: cùm hoc tamen, quia à diuerſis anni temporibus (quæ plures homines communi alteratione afficit) ſuboriuntur: ob id iure optimo communes cenſeri debent. Nam autumno, æſtati & ſingulis anni temporibus (quantumuis temperata ſint) certos quoſdam morbos eſſe proprios & plurimis hōibus cōmunes lib. 3. Apho. expreſſe fatetur Hippocrates. Ita quæ diſperſi (ut Gal. reſpondeamus) ob prauā uictus rationē cenſendi ſunt: cōmunes uerò, ob cōmunē cauſā, putà aerem diuerſi mode à diuerſis tēporibus alteratū. Secūda aeris tēperies, quæ cōmuniū ſeu uniuerſaliū morborū quoque cauſa exiſtit, eos cōſtituit, qui per aliquod tēpus aliquā regionē inuadūt, ut Gal. refert. 1. Popu. & lib. de Ratione uictus. Quorū ēt morborū author & cauſa aer exiſtit: at non ex anni tēporibus ſecūdùm naturā exiſtentib. alteratus, ſed ex peculari cæli ſtatu, ipſiſq; anni tēporib' præter naturā ĩmutatis. Quorū lib. 3. Apho. & lib. 1. Popu. adamuſſim meminit Hippocrates

aer duobus modis alteratur, in tota nimirum ſubſtantia.

1.a alteratio

ſecunda

pocrates

pocrates referens lib.3.Apho.text.14.non quamcunq; aeris ſeu cæli conſtitutionem hos uulgares morbos efficere poſſe, cum quædam ſit temporum anni conditio,quæ modico tempore duret,ac imbecilla exiſtat alia quæ plurimo& uehementer operetur) ſed ea tantùm,quæ præter hoc quod inæqualis, uaria, intempeſtiua & præter naturalis ſit,plurimum & diu operari poſſit.Quod inuit Hippocrates per uerbum illud,dominari,&uigere.Ex qua ſanè conſtitutione plurimos, ſæuiſsimos, malignos ac grauiſsimos affectus,uel leui quodam morboſo apparatu in corpore exiſtenti,locis nuper citatis Hippocrates oriri poſſe refert. Quæ procul dubio mutatio peſtilentes quoq; affert morbos uerùm hâc peſtilentem conſtitutionem ea quam hactenus tractauimus,minùs eſſe pernicioſam colliges,quòd certo loco, certa anni parte,non omnes indiſcriminatim apprehendit, ſed eos duntaxat, qui præparati ſunt ad putredinem, quales ſunt temperie calida & humida præditi, & qui uitioſis abundant humoribus, aut qui incauta uictus ratione utuntur. Quos facilè corripit huiuſmodi maligna febris,quam iure optimo pſeudo peſtem, aut ſemipeſtem dixeris. Cuius naturam cenſeo Hippocratem comprehendiſſe lib.de Fla.ſub illo uerbo,ex uictu,quod nos ſub nomine morboſi apparatus comprehendimus.

Quibus, uniuerſalium morborum naturis præfinitis, facile cuiuis erit noſſe, hanc febrem eſſe multis rationibus malignã. Prima quidem,quia incertam & inconſtantem obtinet naturã, & ob id inconſtantia & incerta iudicia. Secunda quia ſigna habet pleraq; ſaluberrima,&ſanis corporibus ſimillima,inter quæ unum,aut duo,aut plura obtinet, quæ omnino lethalem naturam & conditionem oſtendunt. Quæ ſanè ſigna ſic mixta ſemper occulti periculi & ueneni præſagi ſunt. Tertia quia licet ex aere uenenoſo,& peſtilenti inquinamento fœdato principium, ut peſtilens febris,non ſortiatur,prærequirit tamen inæqualem, intemperatam, aut morbidam illam aeris conditionem, quam ultimo loco eſſe popularium& periculoſorum morborum cauſam diximus.Aut expoſcit etiam peculiare aliquod inferius inquinamentum,quo aer affectus eiuſdem mali principium præſtet,præter morboſum apparatum ea diſpoſitione affectũ, qua ſuſcepto principio à leui aeris mutatione, maximam & ſordidam concipiat putredinem,qua ratione ſuſpicor Hippocratem

dixiſſe,

dixiſſe, uictum eſſe alteram morborum peſtilentium cauſam: quemadmodum etiam Galenus ad amuſſim li. 1. de Differ. feb. cap. 6. exponit. Quarta uerò & ultima ratio, qua conſtat malignam eſſe, eſt, quia ſecum affert ſæuiſsima accidentia & ſymptomata, quæ ſæpe maius faceſſunt negotium & periculum, quàm febris ipſa: quod proprium eſt malignarum febrium, & uenenoſorum morborum. Ex quibus apertè conſtat, in quo conſiſtat uera peſtis ratio; & in quo etiam aliorum morborum, qui populares tantùm ſunt natura: & rurſus quas ſortiatur peculiares conditiones febris maligna, ut ab utriſq; diſſideat, & propriam ſui circumſcribat naturam & conditionem. 4.ª et ultima

Vltimò supereſt (quemadmodum diffinitio profert) febrem hanc eſſe contagioſam, probare: qnod profectò quotidiana experientia compertum fit ſatis. Cæterum qua lege contagioſa ſit, nondum conſtat. Nanq; non conſtat abſolutè eſſe contagioſam: ſiquidem licet ſæpe contagio afficiat, neq. id frequentiùs neq. ſemper accidit. Quamobrem expendiſſe oportet, quid & quotuplex contagium ſit, ut cui eius generi reduci debeat, facilè innoteſcat. Eſt igitur contagio affectus quidam ſui generis, plurimis tacito quodam conſenſu atq; contactu communicatus: niſi enim quod primo uitium concepit, ſimile uitium alteri communicet. ipſumq. uno quopiam modo contingat, nuſquam ſanè afficiet. Contagio ſiquidem, non unius tantùm eſſe poteſt, ſed duorum ſaltem, aut plurium: Cùm ſit nimirum cõſimilis ab uno in aliud deducta pernicies, ſiue ea mala & aduerſaria quædam homini qualitas ſit, ſiue infectio tabifica & peſtilens, ſiue uenenata ſubſtantia quæpiam, lethalem noxam inferens. In peſtilentibus autem morbis infectionem tabificã & corrumpentem ingenerari animaduertimus, quæ à cæca cauſa & abdita naſcitur, ſiue ea ſit grauis anni conſtitutio, ſiue ſui generis qualitas aeri impreſſa: ſiue exhalationes terreæ, à terra aquiſue manantes. Illud porrò in uniuerſum omni contagioni conuenit, ut ex uno in aliud tranſeat, cui ſimile uitium infundat, quo ipſum primo affectum eſt.

Quid & quotuplex contagium ſit.

Qua uerò ratione contagio corpora afficiat, mutata nimirũ ſubſtantia, an alteratis qualitatibus, expendendum nunc eſt. Fit igitur contagio ſecundùm ſubſtantiam maximè, cùm infici ſubſtantiam eius qui contagione afficitur, corrumpiq; cernamus.

mus. In particulis nanq; minimis primùm infectio ſuſcipitur, indeq; latiùs manans, arteriarum & meatuum corporis ad mini culo, in totum corpus diſeminatur, parteſq; eius principes attingens labefactat. Quò ſit, ut mixtorum ſit propria paſſio, non enim quæ ſimplicia ſunt, contagione affici poſſunt, ob eorum ſubſtantię puritatem ac ſimplicitatem, qua ualde cauſis inficere potentibus obnituntur, cùm contrà, mixta ob partium diuerſitatem impuritatemq; ac diſſimilitudinem contagionem excipere apta ſint Ex quo compertum eſt, contagionem ut contrarium quoddam perdere, indeq; mixti diſſolutionem fieri. Cum enim corruptio omnis à contrario ſit, affectus uerò contagione impreſſus, ſi uehemens ſit, ac deletherius (non enim contagio omnis lethalis eſt, ut paulo inferiùs probabo) compoſitum perdere cernamus, ut contrarium id efficere, conſequens certè eſt: nulla enim maior contrarietas, quàm ueneni ad corpus reperiri poteſt. Sunt enim in rebus contrarii diſenſus quidam, qui natiua quadam contrarietate ſe inuicem perdunt: ob id autem fit ſimilis in eo qui inficitur corruptio, atq; in eo qui infectionem intulit, quòd idem in utroq; ſeminarium inſit. Contagionem quoq; hanc eſſe corruptionem partium, magis quàm alterationem, illud abundè declarat, quod plerunq; abſq; ulla ferè partium in ſuis qualitatibus temperieq. immutatione, concidere totum repentino quodam interitu uideamus. Vt enim alteratio quædam eſt à contrariis qualitatibus, ſic perfecto ſubſtantiæ quædam eſt, ac peculiaris à contraria quadam ſubſtantia corruptio, ut in ephemera peſtilenti cordis ſpiritibus contagione lethali affectis, cernere licet, ubi laborantem minimè à natiuo ſtatu demutatum, repentina tamen morte, cum optima urina & pulſu, ac reliquis eodem modo ſtantibus, corripi cernimus. Conſtat igitur exhis quæ prælibauimus, infectionem eam quæ ex contagione ſuſcipitur in corruptione totius, quæ inficitur ſubſtantiæ, magis quam in alteratione conſiſtere.

Ephemera pōt eſſe peſtilens.

... Nota.

Cæterùm ut ad penſum redeamus, ſtatuendum eſt, tres eſse contagionum differentias, quarum quædam contactu ſolo afficiunt, quædam præter contactum, fomitem etiam in re quam tetigerunt, relinquunt, à quo poſtmodum ſimile uitium prodit. Tertia uerò & ultima differentia eſt, quæ non contactu ſolùm, aut fomite, ſed etiam ad diſtans ferri poteſt, eòq. uim mali trás ferre,

Contagij tres differentiæ,

ferre, vt in vaſta illa peſtilentia quæ ex Aſia in Europam tranſlata, multa hominum millia perdidit. Eæ præcipuè contagionũ differentiæ, quæ vt diuerſæ ſunt, atq; diſsimiles, ſic non idem omnes generationis principium nactæ ſunt. Quæ enim contactu ſolo afficit, vt in putreſcentibus fructibus ſpectare licet, cùm ſe contingunt, à putredine contagio ea initium ſummit: quod enim primùm putruit, id alteri putredinem conſimilem contactu aut vicinia affricat: cuius ſanè contagionis principium putrefactio eſt. Eò enim quòd primum putrefactum eſt, & ſecundum quoq. conſimilem putrefactionem contactu concepiſſe, iure exiſtimandum eſt, partibus quibuſdam inſenſibilibus à primo fluentibus, ſeu vaporibus putridis atq; alteri per viciniã & contactum adhærentibus. Gignitur ergo contagio huiuſmodi in putredine, ceu primo principio, alteri euaporationis putridæ interuentu communicata: quæ quidem euaporatio eius putrefactionis quæ in altero à primo dimanauit, ſeminarium & principalis cauſa exiſtit. Huius naturæ malignæ febris contagio cenſetur, quæ potiſsimum ex putrefactione alteri communicata efficitur. Verùm licet hoc ita ſit, non ſatis conſtat, qualis naturæ ſit putredo, quæ futura eſt contagioſa: communes nanq. putredines certum eſt contagioſas non eſſe: quod ex inde colligere poſſumus, quia in tertianis, quartanis, quotidianis, ac continuis etiam febribus à putredine ortis (modò ne populares peſtilenteſue ſint) nullum contagium inferri adſtãtibus videamus, etiam ſi cum ægris perpetuò verſentur: quòd tantùm putredo ægri corpus obſideat, ad alios tum minimè tranſeat, quòd uide licet ſeminarium illud contagioſum, quod in multos ſpargi ſua pte natura poſſit, putredo communis non ſit: & ob id aliud peculiarius præ requiritur, vt putredo aliqua contagioſa efficiatur. Nam licet in fructibus & alijs rebus huius cenſus putredo nulla alia conditione requiſita contagioſa ſit: in noſtris tamen corporibus vt ex vno in aliud tranſeat, non id ſufficit ſolum, ſed maioris efficaciæ putredo prærequiritur. Et ſic primò neceſſum eſt, glutinoſum aliquid putrefactionem obtinere: nam licet id ad fomitem prærequiri omnes authores fateantur, diu partibus adhærere oportet, quæ noſtris corporibus contagium præſtatur a ſunt, alioquin euaneſcet protinus & deſſipabitur uapor, ſeu halitus venenoſus, corpori impreſſus, an-

tequàm contagium inferre poſſit quæ enim aquea ſunt, & fluida, nequeunt ſua ſponte noſtris corporibus contagium præſtare: & ob id neceſſum eſt glutinoſi aliquid obtinere huius malignæ febris putredinem, ut contagioſa ſit. Secundò ea tantùm putredo contagioſa eſt, cui morbida exhalatio totius ſubſtantiæ proprietate infenſa, coniuncta copulataq; fuerit. Tertiò ſi ea non adſit, neceſſum eſt, intraneam & ſordidam eſſe putredinẽ, vt contagionem inferre poſſit. Ex quo manifeſtè conſtat, febrem hanc eſſe hac lege & non alia, contagioſam. Ratio ſanè eſt, quia putredinem tanquam potiſſimam ſui rationem obtinet, ex qua proculdubio correptos ex adſtantibus plures ſæpe conſpicimus: quod non alia ratione fieri coniectabile eſt, quàm ex ſuſcepta exhalatione, ſeu halitu ex corpore putredine hac infecto. Quamobrem credendum eſt, neq; ad diſtans, neq; ex fomite contagioſam eſſe: ſiquidem vniuerſa eius contagionis ratio in putrefactione conſiſtit. At ea contagio quæ ex fomite aut ad diſtans fit, non item: nam hæ duæ contagionis differentiæ non ſemper prærequirunt putredinem, ſed ſæpe citra ipſam cōtagium aſſeruatur, & ad diſtans fertur, mediantibus nimirum ſeminarijs contagionis, quæ occulta quadam & truculenta conditione, & ex eo quòd tenaciſſimæ & tenuiſſimæ ſint ſubſtãtiæ, quibus diu durant, & penitiùs ſeſe inſerunt, animalia peruadant ac miſere perdant. An uero neceſſaria ſit in omni contagione putredo, non eſt præſentis conſiderationis diſputare: quapropter hæc dixiſſe ſit ſatis.

Vltimam diffinitionis partem, quæ tenet varijs accidentibus febrem malignam eſſe in ſignitam, probat latiſſimè tertius huius libri tractatus: qua pp hac ī parte ab eius expoſitione ſuꝑ ſedeo.

Verùm quia multa hæc febris maligna obtinet, quæ diffinitione comprehendi non poſſunt: ob id neceſſum eſt, ſigillatim omnia percurrere, quæ clariorem eius notitiam præſtatura eſſe, ſperamus. Cuius gratia aſſerimus variam eſſe peſtilentium & malignarum febrium naturam & conditionem, eamq; prout maiorem aut minorem analogiam ſeu ſimilitudinẽ habent contagioſi illi ſpiritus reſpirōne attracti, cum mitiori aut acutiori humore, ex his qui in noſtris corporibus inſunt: nam quidam ad ſanguinẽ quidam ad bilem, quidam verò ad alios humores analogiam habent: Et ob id, quædam ex peſtilentibus febribus omnes

ferè

ferè perdunt: aliæ maiorem partem, aliæ verò minorem, prout magis ab extrinſeca contagione, quæ in corruptione totius ſubſtantiæ aeris ſita eſt, & vehementior exiſtit, quàm ab intrinſeco apparatu principium nanciſcatur. Ex quo fit, peſtilentium febrium eſſe duplex genus: vnum quod ab extrinſeca aeris contagione proficiſcitur, citra aliquem affecti corporis apparatum, niſi tantùm analogia & ſympathia mediantibus inter corpus & ſeminaria contagionis, ſeu aeris vitium: alterum verò earũ eſt febrium, quæ in nobis primò fiunt, originem ſortitæ ex communibus cum alijs febribus cauſis, vt plenitudine, obſtructione & humorum malitia, dummodo ſordidior, profundior & longè grauior ſit harum febrium putredo, quàm omnium aliarum, mitior tamen quàm ea quæ in uerè peſtilentibus reperitur. Cui morboſo apparatui adiungitur etiam, ut hoc ſecundum genus febrium peſtilentium fiat, ſecunda illa aeris intemperies, quam ex inæquali & intemperata partium anni natura conſtare, ſecũdo loco diximus: quibus temporibus uigere magis hanc febrem malignam (quæ huic ſecundo peſtilentium generi reducitur) conſpicimus. Cuius natura eluceſcat magis, ſi differentiam conſtituerimus inter eam & uerè peſtilentem, & reliqua putridarũ febrium genera.

Prima igitur differentia eſt, peſtilentem tantùm ex aeris contagione fieri, præmiſſa analogia ad aliquem ex humoribus, etiã ſi ſecundùm naturam extiterit. Maligna uerò (nam ſic placet hanc febrem, in qua maculæ ſimiles pullicum morſibus apparent, appellare: quia media eſt, inter uerè peſtilentes, & ſimpliciter putridas) ſemper ex morboſo apparatu proficiſcitur: licet ex aere etiam ſuum nanciſcatur principium. Nihil enim prohibet ex hoc apparatu ſordidam fieri putredinem, & reliquis grauiorem, ac mox ab illo per contactum medio aere in alios migrare. Quod uerò hæc febris de genere ſit peſtilentium, teſtatus eſt mille in locis Galenus, præſertim lib. de Cibis bo. & ma. ſuc. c. 4. & lib 1. de Diff. feb. cap. 3. qua parte annumerat alimenta ex quibus apparatus huic febri malignæ aptus acquiritur: quibus numeratis inquit. Nonnulli quidem putridis & peſtiferis febribus interierunt: nonnulli puſtulas inſtar ſcabiei ac lepræ, in corpore contraxerunt. Quas quidem febres putridas appellauit ex apparatu, peſtilentes uerò, ob diuerſũ

putredinis modum, pernicioſum nimirum ac ſordidum, & ex eo quòd plures ex eis perierint: non tamen peſtilentes omnino ſunt, quia ab aere ſolùm non trahunt originem. Quam ſententiam confirmat etiam idem author, de eiſdem loquens loco citato, dicens: Fit quidem & aliquando propter humores ad putredinem paratos in corpore exiſtentes, & paulo inferius ſubdit, vt integram huius febris exprimat naturam. Cum breuem aliquam occaſionem ad febris originem ab aere ambienti acceperit animal. Quibus ſanè uerbis uidetur uniuerſam malignæ febris naturam & conditionem expreſiſſe.

2a. diffia

Ex prædicta differentia mox alia ſuboritur, nimirum febres peſtilentes dum uigent, omnibus accidere, omnibuſq; communes eſſe, plures tamen ex eis perdere, requirentes tantùm in corpore humorem ſibi ſimilem ſeu analogum, tanquam peculiarẽ apparatum, aut naturalem corporis aptitudinem, putà raritatem, caliditatem, & humiditatem, aut imbecillitatem natiuam: in quo etiam à malignis differre uidentur: nam peſtilentes ex prædicta aptitudine facilè fieri poſſunt, ob aeris ualidam efficaciam. Malignas uerò nuſquam ab hoc apparatu fieri contingit, niſi mediante eo qui putredinem facilè concipere poſſit. quò fit, ut in maligna febre non omnes, ſed ij tantùm apprehendantur, quibus putredinoſus apparatus ineſt, quorum ſubinde maior pars euadit.

3a. diffia

Alia rurſus interſtat differentia, uidelicet in uera peſte, ſeminaria contagionis putredinem, nulla prohibita tranſpiratione media, efficere, ſed ueluti ſeptica efficiunt medicamenta, natiua nimirum partis temperie, & calore ſolùm deuaſtatis. At in maligna febre, non à contagionis ui ſolùm (etiam ſi aliqualis requiratur, quo diſſideat ab alijs putridis) ſed à prohibita tranſpirõne, medijs cauſis ex natura conſuetis proficiſcitur: & ob id putredo peſtilentiũ febrium nuſquam aut rarò corrigitur, quò fit ut plures interimat: hæc uerò quæ in maligna febre reperitur, nõ corrupto, ſed alterato calore fit, & hac rõne plures ex ea euadunt, licet q̄d amplius quàm alterationem ſimplicem requirat.

4a. diffia

Præterea differunt, quia in febre peſtilenti contagio primò obſidet cordis ſubſtantiam aut contenta. Quo fit, ut hac febre laborantium anhelitus grauiter oleat. In maligna uerò, non, niſi humores uaſorum, maiorum tamen, & eorum

quæ

quæ propiora vicinioraq; cordi ſunt.

Quò etiam differunt ab alijs putridis,in quibus licet aliquãdo prope cor humores putreſcant, non tamen propiùs neque tam ſordida putredine.Quod oſtendit facilè ſanguis primò per venæ ſectionem extractus, qui ſano & naturali perſimilis eſt: cæterũ vena ſciſſa ſecundò aut tertiò corruptior apparet & eò magis,quò ex altis & reconditis corporis ſedibus allicitur:quod vt paulò inferius docebo,maioris periculi ſolet eſſe ſignum.

Differunt ẽt,quia febris verè peſtilens contagioſa eſt ſimpliciter,celeriter & quæ fomitem ad tempus relinquit,& ad diſtans ſuum venenum tranſmittit: maligna verò non ſic, ſed tantùm per tractationem & contactum,atq. id non ſemper, neq. omnibus,ſed ijs,qui illi præbent ſubſtractum apparatum.

Non minus diſsident, eò quòd uerè peſtilentes placidæ & mites ſunt à principio: maligna verò aliquando cum ſeuiſsimis accidit ſymptomatis, iuxta morboſi apparatus naturam, aliquãdo placida apparet more peſtilentium, ita ut medicis plerunq. illudat ſpectantibus paulò poſt morbi ſolutionem.

Præterea diſsident, quia verè peſtilentes ferè eodem modo oĩa corpora apprehendunt, & eadem quoq. aut paulò diuerſa omnibus accidunt ſymptomata,quia cauſa eſt omnibus communis,una & eadem. At in maligna febre licet morbi ſpecies vnica quoq. & eadem in omnibus ſit,diuerſa tamen & uarijs accidentibus uariegata apparet. Quod fieri exiſtimo iuxta morboſi apparatus varietatẽ,qui longè diuerſus eſt,ob diuerſam cuiuſq. uiuendi rõnem in cibis,potibus,ac omnibus alijs vitæ ſtudijs.

Differt præterea maligna febris à ſimpliciter putridis ratione & excellentia putredinis,necnon & ſignorum malignitate,& deterrima conditione, ẽt ſi ſigna eiuſdem ſint ſpeciei in utraq; febre. Nã ea,quæ ſimpliciter putridis inſunt,à quauis putredine excitantur:illa uerò,quæ febri malignæ propria ſunt nõ,niſi maxima ac ſordida fuerit putredo,ita vt potiùs corruptio ꝑ putredinẽ q̃ putredo ſimpliciter appellanda ſit cùm neq. alterari,neq. uinci ita facilè ac tutò poſsit,ſicut in alijs contingit.Quò fit, ut ſæpe coctionibus apparentibus & quodammodo perfectis, laborantium non pauci tempore criſis ſuccumbant:quia licet putris materia ex parte coctionẽ ſuſceptet,ueneficus ille ſpiritus,& qđ ſordidius putridũ eſt,corrigi ex toto nõ põt,& ob id natura

in ſtatu ac pugna ſuccumbit: præterquam quòd in his malignis febribus ſemper aut cordis ſubſtantia, aut ſpiritus longè diuerſo ab aliarum putridarum modo afficiuntur. Quod manifeſtè oſtendit, in ſolita & præter omnem modum ac rationem imbecillitas, quod in alijs ex putredine ortis rarò accidere ſolet.

Diſſident præterea ac magis, eò quòd in febribus ex communi putredine aſcenſis, ſemper aliquis quatuor humorum putredinem ſuſceptat, à quo febris ipſa ſpeciem & rationem differentiæ ſumit: In maligna uerò non ſic, etiam ſi maiorem ſemper habeat ad ſanguinem analogiam, ſed in minera putredinis (ut mea fert ſententia) omnes ſimul putreſcunt (licet extra locum præcipuum putredinis & in alijs nimirum uaſculis puri & citra aliquod uitium ſuperſint humores, ut euidenti quadam demonſtratione in ſanguinis detractionibus paulo ſuperiùs probauimus) quod ego ſuſpicor eſſe maiorem partem ſubſtantiæ & naturæ huius febris: etiam ſi ex humoris prædominantis natura quodammodo ſpeciem ſorciatur. Experientia enim comperitur in alijs putridis, putredinem unius humoris naturam referre, aut plurium ſi complicatus eſt affectus: at in malignis tanta ſolet eſſe ſanguinis, qui extrahitur, corruptio, ut nullum humorem peculiariter putridum repræſentet, ſed omnes ſimul, & non utcunque putridos, ſed ueluti corruptos, & ferè omnino à natura alienos. Quod facilè erit noſſe, ſi quis ſanguinem dum concreuerit per medium ſcindat nanque nullam obtinere conſiſtentiam neq; compagem, ſed ueluti atramentum pauco ſanguine & aqua confuſum comperiet, ut latiùs paulo inferiùs docebo. Itaq; maior huius malignæ febris pars (ut mea fert opinio) refertur ad ſordidam putredinē, & ab alijs diuerſam. In quem ſenſum ſuſpicor Gal. dixiſſe lib. de Præſa. expul. c. 4. & lib. 3. Popu. parte. 3. co. 57. quaſdam eſſe febres peſtilentes ſine peſte, hoc eſt, ſine manifeſta aeris contagione. Atq. hæc eſt in ſumma huius malignæ febris natura & conditio, quam haud difficulter quis intelligere, & ab alijs diſtinguere poterit, ubi attēto animo & ſedula diligētia quæ hucuſq. dicta ſunt expenderit, maximè ſi diligenter euoluerit Antiquorum ſcripta, eorum præſertim qui apertiſſimis uerbis huius febris meminerunt. Inter quos primus oīum Hipp. li. 2. Popu. parte 3. hæc refert uerba. Fiebant aūt in febribus æſtiuis circa ſepti

mam,

mam, octauam, & nonam diem aſperitudines in cute milliaceæ, culicum morſibus magnitudine ſimiles, nō ualde pruriginoſæ. Quã ſanè ſentẽtia nihil clarius quàm hmōi febris monſtrari pōt. Cuius et meminit 7. Pop. in hiſto. Fulonis: Inquit. n. Fulo in ſyro phreniticus cùm moueretur, cruribus tremulis, corpus ueluti à culicib' cōpunctum Eiuſdem quoq. meminit 7. Pop. dicens Euphranoris filio puſtulæ ueluti à culicum morſu. Et fortaſſe eaſdem maculas refert li. 1. Pop. in hiſt. Sileni dicens, Papulæ cum ſudore rubræ rotundæ paruæ uelut uari. Quibus facilè conſtat Hipp. hmōi febrem cognouiſſe. Et ob id ſubiiceo conſultò ſententiam Aetij & aliorum in hac re. Ex quorum oīum ſententijs, & ex his, quæ hucuſq. dicta ſunt, facilè conſtat, hanc febrē malignam eſſe de genere peſtilentium, quatenus pertinet ad contagium, & malignam conditionem: Differt tamen ab eis, & connexionem habet cum putridis, quia putredinem ſortitur ex cōmunibus cauſis obortam (licet ſordidior ſit & profundior) ex prohibita nempe tranſpiratione. Atque hæc de prima parte dixiſſe ſit ſatis.

DE CAVSIS FEBRIS MALIGNAE
Tractatus Secundus.

CVM præcipua curandi ratio ex ablatione cauſæ, in his affectibus, qui ab ea dependent, principium nanciſcatur, & huiuſmodi affectus uariam monſtruoſamque ſortiatur conditionem, ita ut ſæpe incautos medicos fallat, & peritiſſimis illudat, ſit profecto ob id, neceſſum eſſe, cauſas in genere huius malignæ febris inueſtigare, & ſpecialiùs cuiuſq; uarietatis & mutationis rationem inquirere: Quibus cognitis facile erit præceptis curatiuis uti, & eadem ad uarietatem cauſæ, ac affectus, & accidentium etiam mutare. Cauſa igitur huius febris, tam fuit à principio cognitu difficilis, ut ex diuerſa medicorū opinione & contentione, non ſine artis ludibrio, & multorum hominum diſpendio res acta fuerit, Quamobrem clarioris doctrinæ gratia, cauſas omnes, quas in hac febre conſiderare eſt neceſſum, ad tres tantùm iure optimo eſſe reducendas cenſeo, (præter cauſam omnium primam, ac præcipuam; quæ nimirum ad

Differentia inter cauſas morborũ Popularium, et [illegible]

rum ad Dei omnipotentis iuſtitiam refertur) ſi priùs dixero qualis ſit differentia inter cauſas morborum popularium, & cauſas peſtilentis conſtitutionis, ac ultimo, inter cauſas huius malignæ febris. Quod ſanè cuiuis erit cõpertum, cognita morborum communium in genere cauſa, & qualis ſit propria peſtilentium, ac rurſus quæ peculiaris malignæ febri exiſtat.

Eſt igitur communium morborum cauſa, de his quæ difficulter aut nuſquam euitari poſſunt, qualis naturæ aer eſt, & res omnes non naturales: ex quibus, ut neceſſariæ ſunt, neceſſariò corpus alteratur, ac ſæpe tantùm, quantum ſat ſit, ut in morbũ incidat, cuius doctrinæ rationem Galenus reddit lib. 1. Popu. parte 1. in proh. Nam qua ratione, ubi hæ cauſæ intra naturæ legem corpori adhibentur, id tuentur, & conſeruant, eadem dum ultra eiuſdem naturæ modum eiſdem utimur, protinus nos perdunt, & in grauiſſimos affectus deferunt. Et cùm hæ cauſæ ſint omnibus ineuitabiles, & commuues: ita omnibus communes quoque pariunt affectus. Cæterùm cùm eædem uariæ ſint, ita longè diuerſam obtinent agendi poteſtatem. Nam aer potentiſſimus eſt in communibus morbis efficiendis, idque duplici ratione, prima, quia nobis eſt cæteris communior, & ineuitabilior, ſecunda uerò, quia maiores in ſe habet alterandi uires. Cui accedit alimentum ineuitabiliter quoque neceſſarium, à quo naturalem quandam mutationem naturaliter corpus ſuſceptat, nedum cùm modum uſui naturæ proficuum excedit. Qua ratione cenſeo ab Hippocrate libr. de Flatibus dictum fuiſſe, morborum omnium cauſas duas in uniuerſum eſſe, uictus nimirum rationem, & aeris inſpirationem. Non quidem quòd cæteræ res non naturales, ut cauſa etiam non exiſtant morborum; ſed quòd has exiſtimet eſſe potiſſimas, quia ineuitabiliores ſunt cæteris omnibus. Nam aerem & uictu diu citra animantis periculum interdicere non poſſumus, ſomnum uerò, animi perturbationes, & cætera huius ſenſus, non ita, nam diutiùs ſomnum protrahere poſſumus, & uigiliam, ac reliqua quodammodo. Atque hæ ſunt communium morborum cauſæ, & hac lege poteſtate interſe diſſident.

Morborũ Popularium cauſa.

Pertinent uerò ad cões morbos hi, quos populares appellamus quos à p̃dictis differre ſola cauſa & uagãdi modo oĩb' eſſe cõpertum

tū ceſeo nam populares morbi aerē ſolùm tēporaria occaſione
malè affectum ſequuntur. Quò fit, ut per oēs ætates, ſexus, ac ui
ctus genera ex communitate cauſæ populares fiant morbi :
itaq; ad communes pertinere populares conſtat , quia ex aere
fiunt : populares exiſtunt , quia ex aere temporaria occaſio-
ne malè affecto ſubſequuntur. Item quia totius populi aut re-
gionis omnia corpora indiſtinctè apprehendunt. Diſſident ta-
men ab endemiis, quia hi fiunt ab aere malè affecto ſemper, il-
li uerò ab aere temporaria occaſione affecto , à quibus etiam
diſſident multitudine affectorum hominum : nam populares
plures, endemii pauciores homines apprehendunt. Itaq; aer po
pularium morborum cauſa exiſtit, quia communis effectus, cō
munem quoq; cauſam eſſe neceſſum eſt , ſed aere communior
cauſa non reperitur, ergo ipſe popularium ſolus exiſtit cauſa.
Nam licet commune alicui regioni, aut populo alimentum po
pulares quoq; morbos efficere ſit natum: quia tamen rarò con
tingit, eadem quantitate, aut qualitate alimentorum omnes ho-
mines uti , nec ſi eadem utantur, ob id popularis morbus ſu-
borietur, quia differt corpus à corpore, & natura à natura. Ideo
ſanè ſolùm aerem popularium morborum cauſam eſſe exiſtima
mus præterquam; quòd morbi ex aliis cauſis facti, neq; ita ſunt
frequentes, nec difficiles cognitu, ut Galenus refert. lib. 1. Popu.
in proh. Cæterùm aer non unico & eodem modo cauſa popu-
larium exiſtit, ſed cùm uarii ſint populares morbi, uarias quo-
que eſſe eiuſdem alterationes neceſſum eſt. Quarum omnium
diſſertiſſima ſatis oratione meminere Hippocrates & Gal. lib.
Popu. & lib. 3. Aphoriſ. Morbidus & popularium cauſa effici-
tur aer duobus modis: uno quidem dum in tota ſubſtantia al-
teratur, qui popularium peſtilentium potiſſima exiſtit cauſa, cu
ius paulo inferiùs meminero, alio uerò, dum ſecundùm quali-
tates manifeſtas alteratur. Nam aut uentorum inquinamentis
afficitur , aut cælorum mutationibus calidior, frigidior, humi-
dior, aut ſiccior, uel pluribus ex his diſtimperatior redditur, aut
ex harū qualitatū mutua & ſucceſiua inæqualitate uitioſè peruer
titur. Quas profecto mutationes uarios quidē, ſed multis cōmu
nes, & populares morbos parere, mille rationib. & obſeruatione
probat citatis locis Hipp. Atque hæc ē populariū morborū cau
ſa, cui iure optimo reducenda uenit prima cauſa ex tribus, quas

à prin-

à principio huius tractatus diximus eſſe cauſas febris malignæ,
quæ uidelicet eſt morbidus , & intemperatus aeris ſtatus ſeu
conditio.

Prima igitur febris malignæ cauſa, quæ illi competit, quate-
nus eſt de genere popularium morborum, eſt aeris intempera
mentum tẽporaria occaſione ſuſceptum . Quo ſanè aeris uitio
frequentiùs his noſtris temporibus, per diuerſas totius Hiſpa-
niæ prouincias hanc febrem uagari compertum eſt. Cuius gra
tia expendere oportet, ex anni temporibus duplices poſſe mor-
bos oriri, quorũ alii ſunt tempori proportionales & uernaculi,
(ſeruantibus nimirum temporibus natiuam temperiem & con-
ſtitutionem) ſimilitudinem habentes cum ſuccis eodem tempo
re redundantibus: quorum omnium latè meminit Hipp. 3. A-
pho. tex. 20. 21 xxii. xxiii Quamobrem meritò dixit Gale. l. 1. Po
pu. Itaq; experimentis & ratione didicimus, ubi in hunc mo-
dum, anni tempora procedant, & in ſe mutuò conuertantur, nõ
exiſtere neq; peſtem ullam , neque quenquam alium morbum
uulgarem: quem locum latiùs ſuperiori tractatu expoſuimus.
Alii uerò morbi ex anni temporibus , & cæli conſtitutionibus
oriri poſſunt: non quidem ex eiſdem ſecundum naturam exi-
ſtentibus, ſed præter naturam mutatis & affectis, ut de popu-
laribus, dictum eſt. Quod uerò huiuſmodi aeris alterationes ue
ræ peſtis, nedum malignæ febris cauſa exiſtant, ex Hippocrate
apertiſsimè conſtat. lib. 2. Popu. & 3. eiuſdem operis libro. tex.
3. quo loco Galenus hæc refert uerba loquẽs de in tempeſtiua
humiditate, Tamen affectus communis utriuſq; tempeſtatis pu
tredo eſt, utiq; cauſam obtinens humiditatem citra uentos . &
paulo inferiùs ſubdit : Et uidetur putredo ex materia quidem
gigni humida, ex cauſa uerò efficienti, extraneo & præter natu
ram calore, augeri porrò quiete: quæ omnia in his conſtitutio
nibus aeri adfuiſſe cernuntur. Ex quo loco conſtat , aeris muta-
tionem ad caliditatem & humiditatem huius febris eſſe potiſſi
mam cauſam, præſertim dum calida & humida aeris conſtitu-
tio turbida redditur, nebuloſa, umbroſa aut caliginoſa, impu-
ra exiſtens, neq; lucida, neque omnino ſerena: præſertim cùm an
ni conſtitutio quæ mutata eſt à naturali temperie, pluuioſa ad
modum eſt, nebuloſa, turbida & nonnunquam nubium plena,
ut. 2. Popu. tempeſtate illa adamuſſim exponit Galen. Verùm

licet

licet hæ ſint communes cauſæ, quarum Hippocrates & Gal. & reliqui omnes meminerunt, tanquam potiſſimas malignarum febrium & ueneno ſorum morborum, habet etiam aliam peculiarem cauſam hæc febris, nimirum temporum, non intemperies, ut dictum eſt, ſed inæqualitatem, modo autumnalis ſit, modo quouis tempore præſit. Quam ſanè inæqualitatem multis rationibus huius malignæ febris cauſam eſſe comperimus. Tum quia ſuapte natura autumnalis temperies acutiſſimos & exitioſiſſimos morbos efficit, ut ex Hippocrate apertè probari poteſt lib. 3. Apho. text. 9. & lib. 4. tex. 8. ac 22. & ob id meritò Gal. dixit lib. 1. Apho. commento. 17. Autumnus morbis, qui ex corruptione fiunt aſſimilatur. Quod duplici ratione peculiariùs fieri in hac febre contingit (præter eam, quam autumnalium morborum Galenus locis citatis reddit) prima ex facultatum impotentia, quæ uariis alterationibus ſubitò irruentibus facta, infirmiores reddit potentias: & ob id deterius redditur quoduis humorum uitium. Secunda ſanè eſt, humorum omnium turbatio & agitatio ingens, ita ut neque unam naturam ſeruent, neq; unicum locum, ſed uariè alteratos inſtabiles & fallaces morbos faciant, ac turbatos à Kataſtati dixit Hippocrates. Quam uocem expoſuit Gale. lib 4. de Ratio. uict. cõmento. 52. per eam intelligens febres, quæ nihil habent ſtabile & firmum. Quibus de cauſis promptiſſimè ſuſcipitur huius malignæ febris forma, nulla uel leuiſſima contagione: Tum ob uirium languorem, tum uerò ob huiuſmodi humorum apparatum. Quamobrem, in his omnibus febribus, quæ inæqualibus temporibus ſuboriuntur, manifeſtum ſit, urinas & acceſſiones uarias eſſe, & turbatas, & cauſas quoq; confuſas & minimè placatas. Quò fit, ut difficulter iudicentur, licet uarias tentet natura excretiones, quas non citra maximam ſympthomatum uarietatem molitur. Sed quod magis mirandum eſt in hoc morbi genere, iudicio noſtro eſt, peſtilentem hanc conſtitutionem uehementiùs furere brumalibus ac rigidis temporibus, quàm in reliquis, quinimo periculoſiores eſſe: Cuius rei cauſam eſſe cenſeo (præterquam quòd eſt propria quædam nenenoſitatis & malitiæ ratio, frigidis temporibus peculiaris, cuius meminit Hipp. li. 1. Popu. part. 1. temp. 3. Quo loco inquit. in Thaſo paulo ante arcturum & ſubarcturum multæ & magnæ ſpirante Aquilone pluuiæ: ex quibus illius

Kataſtates quid ſignificet

lius tempeſtatis uenenoſitatem & malitia uenatur); quia cum hæc febris non prodeat ſaltim precipuè , ex certo cæli ſtatu, aut aeris uera contagione,ſed maiori ex parte ex morboſo corporis apparatu,ob id ſanè prohibito naturali effluxu , ex cutis denſitate ob ambientis frigus facta,maiorem fieri putrefactionem contingit,& grauius uenenum,& hac ratione periculoſiores febres,quàm æſtiuis temporibus. In quibus ipſa aeris conditio,licèt quodammodo præſtet mali principium,nihilominus tamen meatus reddit patentiores,quibus facilè quod putreſcit, exhalat,& naturales ac præternaturales effluxus promptè ſpirant.Itaque hæc febris maligna hoc ſumit excauſis popularium morborum,tanquam potiſſimam & peculiarem ſui cauſam.

Secundum cauſarum genus à quo etiam febris maligna cauſaliter dependet,cauſas quidem morborum peſtilentium & uenenoſorum in ſe complectitur, quas ad unguem expendere neceſſum eſt,ut facilè deinceps coguoſcatur , ea quæ malignis febribus propria eſt,& peculiaris.Multi profecto fuere ex ueteribus,qui peſtis rationem & cauſam explicare,& poſteris tradere tentarunt,ſed unum Hippocratem in eo genere omnes alios excelluiſſe,inter medicos conſtat: non modò in iis quos Epidemicos ſcripſir libros,uerum etiam libro de Spiritibus , in quo ſapientiſsimus Senex omnium morborum aliquod dari commune principium,nempe aerem,ante cætera oſtendens ,ita ſcribit. Poſt hoc igitur ſtatim dicendum,quòd non aliunde potiſsimũ morbos naſci conſentaneum eſt , quàm hinc , quando ſcilicet hic (loquebatur de aere ſiue ſpiritu)uel copioſior,uel paucior, uel cumulatior,atq; morboſis inquinamentis infectus corpus intrat.Paulo uerò poſt febres in duo genera partiens, alterum commune omnibus peſtem uocat: alterum iis,qui mala uiuendi conſuetudine utuntur, ob uictum proprium facit . Atq; de primo ſiue peſtilente in hunc modũ loquitur. Communis itaq; febris idea talis eſt,quòd ſpiritum huiuſmodi omnes attrahãt, ſimili modo ſpiritu ſimiliter corpori commixto , ſimiles quoq; morbi efficiuntur.Neq; ob id quidem credendum eſt, eandem contagionem omni animantium generi eſſe communem : Cauſa profecto eſt, quia, licet aer omnibus animantibus ſit communis, corpus à corpore,natura à natura , nutrimentum à nutrimento differunt: Non enim omnibus animalium generibus

incongrua

incongrua eadem & congrua ſunt, ſed alia aliis conueniunt. Ob id profectò unanimi ferè omnium doctiſſimorum conſenſu cō ſtat, peſtilentem cuiuſq; contagionem ſuæ ſpeciei eſſe communem & familiarem, potiusquam alteri aut diuerſæ. Quapropter nec malè ſentiunt, meo iudicio, qui uolunt hominum peſtiferorum cadauera hominibus nocere magis, ut equorum equis, & aliorum animalium ſuæ ſpeciei animalibus. Qua ratione frequēter conſpicitur peſtem pecora deuaſtare, aut fruges, aut arbores aut alias uiuentium ſpecies, reliquis ſuperſtitibus manentibus. Quam ſententiam Lucretius in 6. de Natura. adeo eloquenter & appoſitè expreſſit, ut non aliunde quàm ex Hippocra. libris eam excerpſiſſe uideatur. Eiuſdem quoque ſententiæ Galenum fuiſſe uidetur lib. 1. Popu. qui huius rei cauſas reiicit in aerem, & corporum uariam diſpoſitionem. Atqui licet Hippocrates eodem lib. de Flatibus dicat utriuſq; generis febrium authorem eſſe aerem, ſubaudiendum eſt, primum genus primò & per ſe ac præcipuè ab aere fieri: ſecundum uerò ſecundariò. Ex quibus conſtat peſtilentem conſtitutionem ex aere proficiſci. Cui dogmati ſubſcribit Galen. 1. Popu. per hæc uerba: Popularium perniciosiſſimi ſunt, qui peſtilentes uocantur; qui perinde ac totū popularium genus ex aeris ſtatu profecti ſunt. Itaq; cùm unico & conſimili morbo omnes homines eodem tempore corripiuntur, cauſam maximè communem eſſe iure optimo cenſebimus quod ratione deducta ab Hipp. li de Nat. hu. ulterius probari pōt: Morbi, inquit, alii à uictus genere. alii à ſpiritu, quem attrahentes uiuimus proueniunt Tunc ſic, ex uictu ſolo, ut ſuperis probatum eſt, hi morbi prouenire nequeunt, ergo ex aere neceſſario proficiſcentur: cui ratio talis adiungitur: omne morborum genus, quod citra ullam diſtinctionem uictus, ſexus, aut ætatis, per multos homines eodem tempore graſſatur, ab aere male affecto principium ſumere dicendum eſt, ſed talis eſt morborum peſtilentium inuulgatio; ſiquidem omnes ſimili affectu corripit, ergo ab aere proficiſci eſt neceſſum, eò quòd nulla ſit inter cauſas inferiores, quæ conſimiles morbos diuerſis naturis præſtare poſſit.

Sed noſſe hac in parte decet, quanam ratione aer, ut peſtilēs fiat, à cauſis id efficientibus, diſponatur: ut propiùs cauſis febrē malignam efficientibus accedamus. Pendere hanc aeris perniciem

ciem à uenenato quodam inquinamento aeri inſperſo, prima huius libelli parte diximus. Quod profectò conſurgit aliquando ab inferioribus, ut exhalatione putrida à cadaueribus excitata, aut corruptis frugibus, leguminibus & oleribus, paludibus, barathris & aliis huius cenſus, quæ prædicto loco retulimus. A quibus inquinamentis aer fœda putredine conſpurcatus corpus ingrediens, peſtilentes & contagioſos concitat affectus. Itaq; aer, cuius tantoperè uſus nobis eſt neceſſarius, & cõmunis, licet ſecundùm Ariſtote. lib. xx. Proble. text. xxv. non putreſcat uera putredine, uariè tamen alteratur, & ueluti corrumpitur extraneæ & uenenoſæ ſubſtantiæ admixtione aut alteratione, ut inferiùs monſtrabo: quam ego cenſeo eſſe ueram aeris putrefactionem. Nam quòd aliter putreſcere non poſſit, cõſtat euidenter ex Gal. lib. Art. Medi. c. 85. 2. de Nat. hum. co. 11. li. 12. Metho. c. 5. lib. i. de Sanitu. c. 11. Quam etiam aeris corruptelam aliquando cælitus aduenire, cõmuni ferè aſtrologorum omnium & medicorum conſenſu firmatum eſt. Quod duobus modis cælum poſſe efficere, conſtare apud omnes arbitror. Nimirum aere mutato ſecundùm manifeſtas qualitates, eo modo quo in popularibus cauſis dictũ eſt, ut in ortu Caniculæ uigente maximo æſtu, & in aliis uehementibus aeris mutationibus facilè conſpicimus, quas peſtilentes poſſe parere morbos conſtat, ut etiam ex Galeno probari poteſt lib. Artis Medicinalis. c. 85. & lib. 1. de Differentiis febrium. Quam aeris mutationem ſecundùm eius qualitates, & in popularibus & in peſtilentibus morbis conſiderare plurimùm cõducit. Secunda uerò aeris alteratio à cælo etiam demandata, fit in tota eius ſubſtantia, ita ut quemadmodum in alimentis, ſic in aere experiamur, aliquando qualitatem aliquam familiarem ſpiritui animalis: aliam uerò alienam & corruptricem. Nam tunc habet aer morbidam illam excretionem, quam commemorat Hipp. lib. de Natu. hum. eſtq; diuinum illud, quod perpendendum docuit li. 1 Prog. & li. 1. de Morb. Atqui dum aer maligno hoc inquinamento fœdatur, ſubſtantia eius ueluti corrupta, tunc inſpiratus peſtilentes generat affectus.

Cæterùm an huiuſmodi aeris inquinamentum in occulta quadam proprietate, & uenenoſo contagio conſiſtat ex diuerſo maligno, & occulto ſiderum & planetarum omnium aſpectu

prodeunte

[2.a dubitatio]

prodeunte citra manifeſtam aeris alterationem: an qualitatibus manifeſtis aeri impreſsis, ex manifeſtis communibus & neceſſariis aſtrorum aſpectibus, non ſatis inter authores conuenit. Quibus accedit tertia dubitatio, nimirum an cælum poſsit uenenoſam & contagioſam qualitatem in hæc inferiora influere. Quapropter quid in hac re ſentiendum ſit breuibus perſtringam, nam ſunt plures & præſtantisſimi inter medicos & philoſophos, qui cum aſtronomis contendunt, ex occulto quodam & contagioſo inquinamento aeri impreſſo, ex inimico & pernicioſo ſiderum aſpectu peſtem proficiſci. Alii rurſus cum Platone, Ariſtot. & pleriſq; Antiquorum tenent, nulla lege, nullaq; ratione poſſe fieri, quòd ſiderum aſpectus uenenum ac perniciẽ in hæc inferiora diſtribuant. Alii item ſunt, qui cælitus aliquid tranſmitti in hæc inferiora fatentur, ad peſtis generationem: cæterùm id fieri mediantibus manifeſtis qualitatibus. Quibus dubitationibus quæ maximi eſſe momenti mihi in hac re uidentur, ſatisfacere in hoc loco uiſum eſt, quatuor propoſitionibus: quarum prima eſt. Influxum eſſe ad febres peſtilentes cælitus neceſſarium: quod probatur, ex cõmuni Philoſophorum omniũ conſenſu, qui gubernari hæc inferiora ſuperioribus lationibus neceſſariò fatentur: Dixit enim Proclus lib. de Anima: Superi harmonica ratione mundana omnia continent atq; perficiunt, & inuicem accommodant. Præterea id Auice. fen. 1. 4. tract. 4. c. 1. ſpecialiùs fatetur, loquens de peſtilentium febrium generatione, dicens. Principium omnium horum ſunt formæ ex formis cæli, facientes eſſe neceſſarium illud cuius aduentus ignoratur. Et paulo poſt inquit: Oportet ut ſcias quod cauſa prima longinqua ad illud ſunt figuræ cæleſtes, & propinqua diſpoſitiones terreſtres. In quo ſanè dogmate, tanquam in ueriſſimo non eſt in animo plurium authorum ſententias recenſere: ſed unica & euidenti ratione rem concludere, quæ talis eſt. Illud quod eſt ineuitabiliter, multis aut omnibus in diuerſis partibus commune, communiſſimã obtinere cauſam neceſſum eſt, ſed talis eſt peſtilens conſtitutio, ergo neceſſum eſt, obtinere omnibus communem cauſam. Quod facilè probari poteſt: nam peſtilens conſtitutio, quæ principium ex his inferioribus trahit, regione & aerè mutatis, uim ullam habere poteſt: cæterùm ea quæ huiuſmodi non eſt, cùm cauſam habeat omnibus communem,

[3.a dubitatio cælum an poſſit uenenoſã et cõtagioſam qualitatẽ in hęc inferiora influere.]

nem, nimirum planetarum ſiderumq; influxum, uitari minimè poteſt. ex quo infero rationem, peſtilentem uidelicet conſtitutionem, quæ multis eſt communis, & in diuerſis locis, neceſſariò ab influxu ſupercæleſti demandari. Itaq; cælum, & generationis & corruptionis cauſam eſſe, & ad utrunq; eſſe neceſſarium eiuſdem naturalem influxum, nemo ſanæ mentis negauit.

Cælum et generationis et corruptionis causam esse.

Secunda propoſitio huic finitima talis eſt: Ex ſiderum & planetarum aſpectibus, ac coniunctionibus, quidam ſunt aliis præſtantiores & uſui humanæ uitæ commodiores. Ex hac quidem propoſitione conſtat, in hæc inferiora fieri diuerſos in fluxus, ex uario & diuerſo ſiderum congreſſu& aſpectu, quorum aſpectuum diuerſitas diuerſum efficit in hac inferiora affectum: quemadmodũ Galenus profert lib. 2. de Dieb. decreto, dicens. Lunam ubi planetas ſalutares & temperatos aſpexerit, fauſtos & beneuolos producere dies: Infauſtos autem & moleſtos ubi intemperatos. Probat hãc propoſitionem Auerrous lib. 9. Meth. cap. x. per hæc uerba. Manifeſtum eſt, ait, quòd in rebus, quæ non ſunt poſt potentiam, & ſunt illa, quæ ſunt æterna, ſed eorum eſſentia eſt principium, in his neq; malum eſt omnino, neque error neque corruptio: corruptio enim eſt ex rebus malis. Et ex hoc cognoſcitur, ſubdit, impoſſibile id eſſe ſcire, quod aſtronomi dicunt, ſtellas quaſdam fortunatas eſſe, alias infortunatas. Id autem ſcire de eis poteſt, quaſdam quibuſdam eſſe meliores. Ex qua ſententia infertur, eſſe inter aſtra non leuem differentiã ſub ratione præſtantiæ. Tunc ultra ſi uerum eſt, aſtra ſuis mutationibus & aſpectibus, hæc inferiora mutare, neceſſum eſt coniicere (ſiquidem uariam cognoſcimus diuerſam, ac ſæpe contrariam, inferiorum mutationem) uarios quoque eſſe ſiderum concurſus& aſpectus: atqui cùm inferiorum mutationes quædam ſint ſalutiferæ, quædam minùs ſalutares neceſſum ſubinde erit coniicere, aſpectus mutationum effectrices eſſe diſpari bonitate affectos. Non enim poſſibile eſt, ut omnibus naturis, regionibus, ac anni temporibus, omnes cælorum motus, & ſiderum aſpectus ſint æquè ſalutares. Non ſolum ex inferiorum uarietate, ſed ex mutationum inclementia: quis enim uehemens frigus, uehementem æſtum, & aliarum mutationum inæqualitatem, & nobis contrariam & inimicam intemperiem (quantunuis temperato ſit corpore) citra noxam perferre poterit: itaq;

itaque conſtat ex prima propoſitione, cælum hæc omnia immutare, & ex ſecunda variam & diuerſam mutationem præſtare.

Tertia verò propoſitio tenet, licet aſtra poſsint in hæc inferiora influere, nullum eſſe cæli neq; ſiderum concurſum talem, aut configurationem, quæ ſuapte natura citra manifeſtam aeris alterationem, peſtem aut contagium immittere in hæc inferiora poſsit. Quam propoſitionem ex Antiquorum decretis probare eſſet facile, ſed importunum: Nam cum unanimi conſtet omnium ſententia, cælum, ac planetarum omnium & ſiderum concurſus ſemper bonum in hæc inferiora influere, vt ex Platone in Epinomide, apertè conſtare uideo, qui Solis Lunæ ac reliquorum planetarum & ſtellarum poteſtatem atq; naturam admirans ſorores omnes appellat, ſic mille in locis teſtatus eſt amicitiam, conſeruationem & beneficium nobis præſtare, idq; non alia ratione fieri, quàm ex eo, quod cæleſtium ſubſtantia una ſit, ſalutaris & benefica. Quamobrem videtur à ratione alienum, contagium, ſeu peſtem rem omnino malam, inordinatam & non naturalem primis adſcribere naturæ cauſis, alioquin ordinatisſimis, & potentisſimis.

Cœlum ſuapte natura citra manifeſtam aeris alteratio= peſtē, aut cōtagium immittere in hæc inferiora nō poſſe, pbat. Platonis sentia de cœli influxu

Quod etiam conceptis uerbis teſtatur Ariſt. lib. 9. Metha. c. x. In his (inquit) qui ſempiterna atq; æterea ſunt, neq; malum, neq; errorem aut corruptionem inueniri. Cui conſimilem ſententiā adducit, idem author. 1. cæli. commento 13. affirmans, malum neq; in illis eſſe, neq; ab ipſis manare. Præſertim cùm intranſmutabilia ſint, & paſsionis expertia, quæ illic ſunt corpora. Quibus ſententijs (prætermisſis doctisſimorum uirorum, quàm plurimis ſubſcribunt rationes non paucæ. Prima ſane deſumitur ex Mercurio Triſmegiſto, in Aſclepio, quæ talis eſt: quicquid de alto deſcendit (inquit) generans eſt. Quòd ſi generat, quòd e cælo ad nos labitur, corrumpere ſuapte natura non poteſt: At contagium & peſtis non ſunt corruptiones aptæ ad generationem, neq; ulla ratione prærequiſita media ad eandem, ergo nullo modo à cælo & aſtris poſſunt intendi. Secunda ratio deſumitur ex Auer. 1. Cæli cōmēto. 24. hæc uerba proferēte. Corpora cæleſtia cōſeruāt elemēta, & cōtinēt ipſa, & uniuerſaliter ſūt eis quaſi forma. Ex qua ſētētia ſic forma rōnē: Qđ cōſeruat ac cōtinet, cæteriſq; oib⁹ ē veluti forma, id cōtagio afficere atq; vene

no, quæ conſeruat ac continet minimè poteſt: ſed cælum eſt huiuſmodi, igitur à cælo contagium manare non poteſt. Tertia uerò ratio deſumitur etiam ex eodem Auerroe. 1. Cæli commento 28. Nam inquit, ſi enim aduerſaria nobis cæleſtia corpora eſſent, corrumpi ſtatim vniuerſum, conſequens planè foret: tūc ſic infero rationem: cælum vita nobis plantiſq; benefico munere impertitur, ergo id contagium & quid veneficum nobis impertiri non poſſet. Probat aſſumptū idem Author lib. de Subſt. orbis dicens, Vitam nobis vegetabilem, ſenſibilem, & animalē calore cæleſtium corporum tradi: ergo alienum eſt à ratione exiſtimare, ea quorum beneficio viuimus, nos contagio afficere. Quarta autem & vltima ratio deſumitur ex natura peſtilentis conſtitutionis, quæ cùm degenere ſit eorum, quæ contagio afficiunt, neceſſum eſt, à re, quæ id valeat inferre, proficiſci: Sed aſtrorum aſpectus nullo modo id poſſunt inferre, ergo neq; peſtem: minor probatur: vt enim contagium fiat, id à quo primùm manat inquinatum eſſe oportet, ſi alteri inquinamentum præſtare debet: cùm contagium non vnius ſolùm, ſed duorum ſit affectus. Quamobrem, aut ſidera eſſe contagione affecta: aut ipſa contagium non præſtare credendum eſt. Ex quibus manifeſtè conſtat, ex aſtrorum aſpectibus contagium, ſeu peſtem non poſſe ex propria eorum natura, aut inimicitia proficiſci: nā fortaſſe (ſi id eſſet verum) quæ non eſſet minoris momenti ratio, ſequeretur oīa viuentia malè affici ex prædictis aſpectibus.

Quarta autem propoſitio ſe habet in hunc modum. Licet ſuperni influxus neceſſarij ſint, & varij ac diuerſi, cum hoc tamen non ſunt malefici, neq; contagioſi ac peſtilentes, ſed peſtilentem efficere poſſunt conſtitutionem, mediantibus manifeſtis qualitatibus, licet aeri inſit ex eiſdem aliquod nobis occultum ſubſtantiæ vitium. Qua propoſitione probatur ſufficere manifeſtas aeris alterationes, à variis ſiderum aſpectibus illatas, ad peſtis generationem. Quod manifeſtiſſimè probauerat Hippocrates lib. Epidemiorum, nam omnem morbidam, ſeu peſtilentem conſtitutionem depingit, ſumpto narrationis principio à manifeſtis aeris mutationibus, quod Gal. pulchra quadam ſententia videtur confirmare libr. 1. de Temper. per hæc verba. Verùm hic minus (ſubdit) vtpote uno tantum è temporibus mutato, malum fuit. Quod ſi duo tria ve ſint mutata, aut totus annus

calidus humiduſq; fuerit, neceſſe eſt magna peſtilentia ſuccedat, cuiuſmodi in 3. Epid. narrat Hipp. Sic Paulus lib. 2. c. 36. & Aeti, venantur futuram peſtem ex malignorum anni temporum mutationibus. Quam ſententiam vltro profitentur Auic. & Plato in Conui his verbis: nam quotiens in anni conſtitutione calida, & frigida, humida, & ſicca, congruũ inter ſe ſortiuntur amorem, & harmoniam temperiemq; opportunam ſuſcipiunt ſalubrem & fertilem annum hominibus animantibus atq; plantis afferunt, neq; quicquam lædunt. Contra verò cum petulans & contumelioſus amor in anni temporibus præualet, iniuria multa corrumpit. Peſtes ſiquidem ex his fieri conſueuerunt, & alii morbi: qua ſententia conſtat aeris alterationem ſufficere ad peſtilentem cõſtitutionem. Sed c[illegible]lterius aſſertio noſtra, ſuppoſito aerẽ poſſe duobus modi[illegible]efieri: vno ex mixtione putridi halitus: altero verò ex aliena uehementi & contraria ipſius alterõne cælitus ſiderum aſpectibus illata, quæ quodammodo mutata aeris ſubſtantia, certum quendam efficit corruptionis modum. Tunc ſic, ſi aer poteſt in tota ſubſtantia alterari (ut euidens eſſe omnibus uiris doctis arbitror) neceſſum eſt morbos efficere cões & peſtilentes ac contagioſos, ſed hæc aeris mutatio nequit fieri citra manifeſtam qualitatum eius alterõnem: reliquum eſt igitur, peſtilentem conſtitutionem prærequirere manifeſtam aeris alterõnem, verum ꝙ fieri nequeat peſtilens conſtitutio citra manifeſtam aeris alterõnem, certum eſt oĩbus aſtronomis: nam cæleſtes aſpectus nil aliud præter manifeſtas qualitates imprimũt, quibꝰ ſua munia huc perficiunt: ꝙ docuerat Pthol. dicens dominantibꝰ Saturno & Marte ꝓuenire frigus calorem & ſiccitatem, cui ſentẽtiæ adſtipulantur oĩum aſtrologorum decreta. Sed dubitabit aliqs, ſi popularibꝰ ſicut & peſtilentibꝰ morbis neceſſaria eſt aeris alteratio, in quo ſita ſit, quatenus ad aerẽ pertinet differẽtia. Cui dicimus aerẽ duobꝰ modis uitiari, iuxta qualitates nimirum, & ſcd̃m totam eius ſubſtantiã: prima morbos ꝓculdubio efficit populares & cões: morbi uero peſtilentes utramq; requirunt alterõnem & manifeſtã, & quæ in tota ſubſtantia fit, medicis occultam appellatã: illam ut corpora peſtilenti contagio paratiſſima redãt: hãc verò vt magnã ſordidã & contagioſã putredinẽ peſtilentiæ ſobolẽ, ꝑficiat. Quam ſanè corruptionẽ aeris ſubſtantia ſuſceptabit, non quidẽ ex malefico aſtrorũ aſpectu, ſed qa qualita-

Aer, quot modis alterari poſſit.

X 2 tes

tes illæ manifeſtæ tã fuere vehemẽtes,& aeris naturæ aduerſæ vt ſubſtantiam ipſã vitiauerint,qua quidem vitiata ineffabili aliquo vitio(quia ſubſtantiæ vitia,ſicut neq; eius natura, exactè verbis exprimi nequit)quod occultã qualitatẽ appellamus,protinus noſtra corpora præparata iã manifeſta aeris intẽperie inuadit, & perdit tanq̃ pernicioſum alimentũ,idq; citiùs, & efficatiùs, quia velociùs peruadit abdita corporis & ſpiritus: & ob id ociſsimè ſolidam ſubſtantiã ſubuertit,ẽt ſi ipſe aer putridus verè non ſit. Non.n.inconuenit aliquid poſſe aliud putrefacere ac corrũpere licet ipſum neq. putridũ neq; corruptũ ſit,quemadmodũ ſeptica & putrefacientia medicamenta paſsim efficiunt.Ex qua ſententia manifeſtè e licitur, ꝙ licet aer hoc o[illegible]lto & maligno vitio ex manifeſtis qualitatibus veluti fabre[illegible] exiſtat,cùm hoc tamen contagiũ neq; cælitus neq; ex aſtro[illegible] aſpectu obtinet,ẽt ſi contagioſus ſit,quia oĩbus eſt cõis,& ipſe ſm̃ propriam ſubſtantiam vitiatus,quò fit,ut plures aut oẽs eodem modo afficiat, qui poſtea ſpurciſsimo morbo affecti reliquos contagio afficiãt. Ex quibus ſanè conſtat,cælum,& cælorum aſpectus aerem immutare,conſtat ẽt, quam mutationem recipiat. Et quam inferre minimè aſtrorum aſpectus valeant:rurſus duplicem aeris alterõnem eſſe neceſſariam ad peſtilentem conſtitutionem efficiendam. Supereſt nunc docere, quid habeat commune febris maligna cum his cauſis febris peſtilentis, ut eo cognito facilè medendi rationem indicatione ſumpta à cauſa adinuenire poſsimus.

Habet igitur maligna hæc febris ſecundam ſui cauſam mutuatam à prædictis peſtilentium morborum cauſis: qua profecto cum illis fit communis, ac maligna euadit & contagioſa. Fit ſanè ex aere vitiato & inquinamento aliquo corrupto ab his inferioribus accepto,aut ſuſcepta expiratione corporum, hac febre maligna laborantium: quò fit, vt citiùs corripiantur hi, qui habitant prope paludes cænoſa aut ſtagnata loca, fœtida, aut ſpurcitia aliqua conſpurcata, obſcura,concluſa & malè perflata. Nam in his omnibus vitiata qualitate aer affectus corpus ingrediens, has febres malignas citra dubitationem concitat. Quas pari lege concitare habet aer uehementer in qualitatibus manifeſtis mutatus, ita ut etiam ſubſtantia eius leuiterq; mutetur, non quidem ex toto ac vehementer: Nam

ſic

ſic verè peſtilentem conſtitutionem efficit: ſed ſolùm quantum ſat ſit, ut celeriter agat,& actriùs ac vehementiùs & maligniùs, quàm ſola aeris manifeſta alteratio efficere nata ſit. Quo tempore nec ex toto fiunt affectus verè peſtilentes, quia aeris corruptio corporis ſubſtantiam ſubuertere nequit: neque ſolùm fiunt febres & morbi populares: Quia quid peculiarius obtinet aer præter primas qualitates, quo profundior, ſordidior, & contagioſa euadit putredo, quod etiam occultum appellamus, redolens naturam ſubſtantiæ aeris leuiter mutatæ. Ex qua ſanè mutatione malignas has & peſtilentibus finitimas fieri febres mihi eſt compertum. Quam etiam aeris ſecundùm leuem ſubſtantiæ mutationem cenſeo in prima morbi inuaſione præſtitiſſe huius febris principium, anno uidelicet. 1528. apud Gallos, & Italiæ prouincias quaſdam, ſicut apud nos quoque & maiorem totius orbis partem anno. 1557. à catharro quodam omnibus unico & eodem tempore communi, ortum duxit. Quod profectò, neque ad aeris intemperiem ſolùm (etiam ſi citra ipſam fieri non poſſet) neque ad ſubſtractum corporis apparatum, ſed ad cauſam quandam ex comparato modo ſubſtantiæ in aere, obortam, nec ſenſui manifeſtam, ſed à manifeſtis qualitatibus ex peculiari aliquo ſiderum aſpectu proficiſcentibus, referendum eſſe cenſeo: ſiquidem uno & eodem tempore, in regionibus diuerſam naturam & temperiem ſortitis, maiorem hominum partem hæc ſemipeſtilens conſtitutio apprehendit: à qua etiam maior hominum pars euadit. Itaque febris maligna aerem uitiatum tanquam cauſam habet communem cum peſtilente conſtitutione. ex quo ſanè obtinet pernicioſam eſſe, contagioſam & grauiſſimis accidentibus comitatam: Nam ut dictum eſt principium ſumit,& illi eſt tanquam motiua cauſa aeris vitium, vltra qualitatum naturam, idque deſumptum aut ex terreno quodam inquinamento, aut ex vehementi aeris mutatione cælitus tranſmiſſa, eo quo dictum eſt modo.

Seſe iam offert tertia & potiſſima huius febris cauſa, quæ in nobis eſt,& ab inferioribus oritur, nimirum morboſus corporis apparatus, ex his quibus corpus alitur, perperã ex indebita eorum inſtitutione & prauo vitæ inſtituto cõparatus: qui ſanè præter hoc quòd mali ipſius cauſa exiſtit, & materiam ſubſternit

putrefactioni ſordidæ aptam, habet id quoq; peculiare, vt iuxta eius varietatem : variè poſsit eiuſdem febris naturam variare , quoad morbi & ſympthomatum rationem : Ita vt miram eius varietatem mirari millies ſubinde contingat, & doctiſſimos etiã medicos fallere: nam raro aut nuſquam eiſdem accidentibus & conditionibus inſignita apparet huiuſmodi febris, ſed pro varietate corporei apparatus & aliarum rerum, quæ corpus humanum mutare habent, uariari ipſam ſubinde contingit. In quo ſanè ſenſu dictum eſt ab Hippocrate differre naturam à natura , corpus à corpore, & alimentum ab alimento. Mutat enim corpus ſenile humorum naturam & temperiem, & natura etiam bilioſa pituitoſa , ac melancholica diuerſum generat in corpore apparatum: ſic ſexus conſimilem inferi[illegible] apparatu differentiã: pari ratione alimenta, quæ mille modis uaria eſſe contingit, diuerſum quoque efficiunt apparatum: Nam diuerſa ſorte diuites & pauperes eis utuntur : diuerſa etiam rurales & aggreſtes homines, ac urbani: item, qui uitam agunt ſedentariam, & ocioſam, & hi, qui laboribus ſunt dediti : & ſic ex diuerſa hominum ſorte, & ex alimenti diuerſitate, ex diuerſo etiam uiuendi more, diuerſiſsimus etiam in corpore ſuccreſcit morboſus apparatus: quò fit, ut uulgares & inexperti medici exiſtiment, non poſſe eſſe certam legem dignoſcendi, neque curandi huiuſmodi febrem. Cui cauſæ ſuccreſcit etiam ex his inferioribus, altera, quæ frequenter aerem inficit, & expurciſsima qualitate fœdat, ueluti frequens adhæſus ac conſortium cum his, qui febres hac ſunt correpti. Lacus item & paludes ſtagnantium aquarum, cloacarum, ſentinarumue colluuies , à cuius uapore aer corrumpitur . Publica quoque fames, quam ut uitent peſsimis alimentis ueſci coguntur homines , unde morbi ex putredine multi ſuboriuntur. Sic cadauerum multorum fœtor, & locuſtæ mari aut aquis iniectæ, putrido uapore excitato ſimile damnum ſolent inferre . Idem poteſt graueolentia ex oleribus, aut arboribus, præſertim, quæ ſucco abundant uiſcido, ut braſsica, nux & ficus putrefactis , excitata . Nec non cannabi, aut lino & corijs, quæ pigrioribus aquis macerantur . Nonnunquam uapor exitialis in uiſceribus terræ latitans , dum erumpit , & per terræ meatus aerem inficit . Quibus cauſis accedunt plures aliæ, quas prima huius libri parte retulimus , à quibus aer ita affici-

afficitur, ut inſpiratus morboſum apparatum prorumpere in morboſam naturam cogat. Cæterùm morboſus apparatus, qui in nobis plerunque uiget, ſuſceptiua exiſtit cauſa horum malorum, quæ nobis ab aere communicantur. Quem apparatum conſtat Galenum depinxiſſe libr. de Differ. febr. cap. 6. per hæc uerba. Interdum enim efficitur febris (loquebatur de peſtilenti) propter humores in corpore aptos in putredinem, quotiens animal breuem aliquam occaſionem ab aere circunfluente ſuſceperit. Et paulo inferiùs ſubdit. Eſt autem initium peſtilentis febris, eò quòd humores corporis ſint ex prauo uictu in putrefactionem parati. Quò fit, ut meritò Galenus loco citato dixerit, ex facili aeris occaſione huiuſmodi corpora in peſtilentes febres incidere. Quod Galeni dictum de his malignis febribus eſſe intelligendum cenſeo, non de uerè peſtilentibus: Nam hæ nec morboſum apparatum prærequirunt, nec ex leui aeris mutatione principium ſuſceptāt. Quamobrem ſententiam illam transferendam eſſe ad febres malignas arbitror.

At morboſum hunc apparatum quem tanquam cauſam præuidere conuenit, in duos partiri mihi iure optimo eſt uiſum. Primus ſanè contrahitur ex indebito uitæ inſtituto, quo corpora prauis ſuccis putredini partis plena redduntur. Quorum natura proculdubio duplex eſt: aut enim à natura talia exiſtunt, ut alia, cæpe, naſturcium, porri, braſſicæ, urticæ, & quæcunque alia huius ſunt conditionis. Aut natura quidem optima ſunt, ſed ob quoſdam putredinis modos, æquale prædictis, aut maius aliquando uitium contrahunt: Quæ alimenta cum in fame aliqui in cibum ſumunt, conſimilem efficere apparatum eſt compertum. Nonnulli, inquit Galenus à putridis ac peſtiferis febribus interierunt: Nonnulli autem puſtulas inſtar ſcabiei ac lepræ in corpore contraxerunt. Cui ſimile damnum aut fortaſſe grauius accidit ijs, qui poſt longiſſimam inediam intrepidè in ubertatem ſeſe ingerunt. Quæ omnia præter putredinis apparatum, etiam cauſam præſtant nimirum obſtructionem plurium meatuum. Eundem prorſus apparatum contrahunt, qui in uita ocioſa, multis epulis, ebrietatibus & Venere ociantur: à quibus non ſolùm apparatus contrahitur, uerùm uires ſua ſponte pluri-

mùm labuntur: Quò fit, ut non ſolùm habeant laborandi apparatum, verùm & careant reſiſtentia, ac virium robore, quo poſsint morboſum apparatũ frænare & externis cauſis reſiſtere. Quapropter leui quadam aeris mutatione facilè labuntur. Secundus huic affectioni apparatus natiuus, eſt, & ex inſitis corpori conditionibus conſtat, veluti pororum totius corporis certa diſpoſitio (quam ſuperius diximus) aut temperies. Qui ſanè apparatus nuſquam deficiente primo, qui putredinem concipiat, poterit malignæ febri principium per ſe præſtare: benè tamen dum prædicto apparatui coniungitur: Nam eo tempore promptiùs laborantes corripiuntur. At is natiuus apparatus potiùs viam ſternit verè peſtilentibus febribus, quam malignis, quæ familiarem & propriam prærequirunt materiam in qua ſubijciatur.

Hoc tamen omittendum hac in parte non eſt, nimirum materiam ſubſtracti huius apparatus præcipuam, ſemper ſanguinem eſſe: quod ſanè habet febris hæc maligna tanquam proprium & peculiare, fortaſsis quia ſanguinis natura dum humores alios putridos ſibi habet comites (etiam ſi ipſe non protinus putreſcat promptius efferueſcit, & præebullitione ociſſime in cutem erupit. Quod licet in omnibus contingat, ob maiorem analogiam quàm huius mali natura cum ſanguine obtinet, nihilominus tamen alicuius humoris ſemper dominium in hac febre præpollet: Illius nempe cuius maior pars erat in morboſo apparatu. Et ob id ſanè contingit mira huius febris varietas: Nam alia ſubſunt accidentia, dum bilis aliqua ſpecies prædominatur, & alia rurſus pro ratione cuiuſque ſpeciei. Item longè diuerſa, ac ſæpe contraria dum præeſt cum ſanguine pituita, ac denique alia, dum melancholia: nam humorum quiſque pro ſui natura & conditione varia habet efficere ſymptomata. Quæ proculdubio ſimiliter variantur, ex locis ubi humores putreſcunt, ex locis, à quibus oriuntur, &ad quæ perueniunt, vt ſequenti tractatu latiùs docebo. Itaq; maligna hæc febris & ex aere aliquod principium nanciſcitur, quale nuper diximus, & ex corporum morbido apparatu, citra quem vſquam fieri nequit, quin in peſtilentem veram degeneret. At is corporũ apparatus & morbo materiam præſtat, & cauſa potiſsima eſt varietatis ipſius. Nam cùm corpus à corpore (vt Hippocr. libr. de

Flatibus

Flatibus aſſerit) natura à natura, alimentum ab alimento differat, hinc ſanè fit, multùm etiam intereſſe inter unius & alterius humores, nam ex conſequenti uarius apparatus & uarius etiam morbus, quoad accidentia & caſus fit, licet in omnibus eiuſdẽ ſit naturæ & rationis. Quod profectò expendiſſe plurimùm decet, nam hinc pendet uniuerſa ferè medendi ratio, & fœlix curationis euentus. Ex cuius rei ignorantia cùm omnes eiſdem medicamentis, & una, & eadem uia curentur, fit, ut multi, qui ſanitati poſſent reſtitui, & miſere intereant.

De ſignis Febris malignæ, tractatus Tertius.

NIhil profectò difficilius in omnibus quæ circa huiuſmodi febrem uerſantur, nihil grauius, aut utilius excogitari poteſt, quam ex actè eandem mox prima die cognoſcere, & ab aliis ſui generis diſtinguere: quod etiam omnibus aliis morbis commune eſt cæterum difficilius & utilius longè in hoc eſt, à principio eundem cognouiſſe, antequam quid inconſideratè aut fiat, aut prætermittatur. Quod iudicio noſtro periculoſius eſt in hoc affectu quàm in quouis alio: & ob id maxima diligentia curandum eſt, ut ſtatim primo morbi acceſſu integram eius naturam habeamus. Cuius mali tanta profectò eſt pernicies & inconſtantia, ut non ſat ſit eum à principio cognouiſſe, ni etiam quæ deinceps procedente morbo uentura ſunt, adamuſſim cognouerimus. Quæ ubi apparent, aut deliteſcunt, multa ſanè conſulunt (præter præſagium) aut ex toto renuunt. Quapropter partiri placuit hunc tractatum in duo ſignorum genera. Quorũ primum diagnoſtica omnia continebit, ea nimirum quæ & affectus naturam & uarietatem commonſtrant, & ab aliis ſibi ſimilibus ſeiungunt. Secundùm uerò ea complectetur, quæ aliquid in hoc morbo uenturum præſagire doceant. Vt ab utriſque ſũpta ĩdicatione curatio fœlici euẽtu ſperari poſſit.

Primũ igitur genus ea ſigna cõplectitur, quæ diagnoſtica nũcupantur, circa quæ addubitare ſolent medici (& fortaſſe in excuſationem ſuæ ignorantiæ ſumunt) an aliquã ſint quæ propria huic affectui & pathognomica poſsint appellari: Nam cũ frequenter decipiãtur in hoc affectu, ſignis ſimulantibus aliud

morbo-

morborum genus, exiſtimant nullum eſſe proprium & patho-
gnomicum ſignum, ignorantes præter ſigna quæ partis affectæ naturam ſequuntur, nullum eſſe alicui morbo peculiare & pathognomicum ſignum, dum ſolùm & citra aliorum ſignorum complexum & conſiderationem expenditur.

Pleuritidis ſigna pathognomonica, quę

Nam ſiquis conſideret ſigna, quæ peculiari quadam ratione in pleuritide appellantur pathognomica, dum unumquodq; per ſe ſolum conſideratur, nullum per ſe tale poteſt nuncupari. Primò non tuſſis ſicca: Nam communis etiam eſt iecori inflammato. Neq; reſpiratio crebra: nam anheloſis etiam conuenit. Neq; febris: nam comes it etiam alijs uiſcerum inflammationibus. Neque pulſus: nam quæuis membranoſa pars inflammata perſimilem refert. Nec pungitiuus lateris dolor: nam talis proprius eſt quibuſuis membranis inflammatis. Itaque ſi uerè pathognomonicum aliquod ſignum quis exquirat, reperiet facilè, nullum per ſe poſſe eſſe alicui morbo proprium, quod etiam multis aliis commune non ſit. Quamobrem quo modo omnes alij affectus pathognomonica habent ſigna: iuxta communem Hippocratis & Galeni conceptum, eodem prorſus & febris hæc maligna ſigna obtinet pathognomonica, quibus ipſa cognoſcitur, & ab aliis ſibi ſimilibus manifeſtè diſtinguitur.

Fiunt igitur in hac febre ſigna duobus modis pathognomonica. Primò ubi plurima ſimul ſemper & eodem modo idem portendunt, ut quinq; illa celebratiſſima ſigna pleuritidem mõſtrantia. Quorum nullum per ſe ſumptum ualet pleuritidem certò monſtrare, & ei pathognomonicum eſſe, omnia tamen ſimul iuncta ſemper, certò & infallibiliter: pari prorſus ratione in febre maligna nullum ſignum eſt propriè & peculiariter pathognomonicum

Maculę rubescentes sunt signa pathognomonica febris malignę.

(præterquam maculæ illæ rubeſcentes, quæ dum apparent, nullam præſtant aut leuem ad curationem notitiam, ſi à principio affectus cognitus non fuit) plura tamen ſimul iuncta ueluti euidenti quadam demonſtratione (nedum cõiectura ueritati propinqua) huiuſmodi febrem primis diebus commonſtrant. Quamobrem non eſt tantùm, neq; ſemper unico ſigno innitendum (licet dum ſolum apparuerit, id boni nobis præſtare poſſit, quod dubios nos reddet, ac quodammodo cautos ne nimia ſecuritate deinceps fallaciſſima huius morbi natura decipiamur) ſed omnia conferre & in unum colligere oportet,

tet, ac animo expendere, an omnia idem malum portendant, aut plura. Quæ profecto dum hac lege cõſiderantur, pathognomica nobis fient, & certò occultam morbi malitiam monſtrabunt. Secundo uerò modo pathognomonica fient nobis ſigna ex peculiari aliqua conditione, quam præ ſe unumquodque ſignum fert. Qua proculdubio uidetur à ſe ipſo differre, dum in alio morbo apparet: Nam capitis dolor, nauſea, uomitus, caloris modus & cætera ſigna licet aliis affectionibus coniungantur, nihilominus tamen dum febribus malignis accidunt, pathognomica fiunt, ex peculari quadam & maligna conditione, quam ex morbi huius malignitate acquirunt, qua proculdubio differunt à ſe ipſis, dum in aliis morbis apparent. Nam qui in huius affectus curatione uſum & peritiam habent, facilè eiſdem ſignis hac maligna conditione inſignitis, huiuſmodi malignam febrem ab alijs diuerſis aut ſimillimis febribus (licet eadem ſigna obtineant) diſtinguere ualent, nulla profecto alia ratione, quàm peculiari illa conditione quæ ferè uerbis exprimi nequit. Nam reperitur neſcio quid latentis energiæ, & malignitatis in quouis ſigno, quod licet uerbis non poſſit monſtrari, animus tamen concipit malignum & diuerſum eſſe, ita ut præter ſui naturam timorem & dubitationem non paruam, inferant. Quæ omnia ſigna, quanuis aliis morbis communia, cum hoc tamen ueluti digito malignam febrem nobis commonſtrant, & ſingulari efficacia certos nos reddunt.

Eſt igitur primum ſignum ab his, quæ ſubſtantialiter inhærent deſumptum caloris febrilis ratio & modus, cuius fortaſſe ignorantia uulgares medici in cognitione huius febris frequentiùs decipiuntur. Nam ſæpius mitis & parum à naturali mutatus conſpicitur, ita ut confidenter medici proferant, & ſperent ægrum poſtmodum conualiturum: deinceps tamen procedente morbo præter omnem expectationem miſerè & fruſtra luunt, quæ in principiis præuidere non ualuerunt mala. Cæterùm ne excuſationem ignorantiæ deinceps quærant, febris naturam, expendant, non minùs per ſimulatam hanc lenitatem & manſuetudinem morbi malitiam & uenenum patefacere, quàm per quoduis aliud ex præcipuis ſignis. Quis enim non mirabitur, & dubitandi ac pertimeſcendi occaſionem non accipiet, febrẽ primo acceſſu leuiſſimam ſi conſpexerit, grauiſſimis accidentibus

Signa maligne febri ab his, q[uae] ſubſtantialiter inhærent deſumpta.

bus(longè diuerſa à talis febris natura) comitatam? longè .n. diſſident à mitiſſima febre nauſea, uomitus, capitis dolor, uigilia, inquietudo & pene innumeralia quæ ſuaptæ natura maius malum portendunt, quàm calor ille febrilis promittere uideatur. Nã licet(ut Hipp. 1. Prog. refert) mitiſſimæ febres quarto die aut citiùs finiantur, id proculdubio eſt, dum ſignis firmatæ ueniunt ſecuriſſimis. Alioquin uerò quò mitior apparuerit, dum ſignis adiungitur grauiſſimis pernicioſor eſt, ut facilè ex Hippocrate & Galeno probari poteſt. Solet etiam hæc febris contrario prorſus huic modo apparere: nimirum intenſum grauiſſimumque calorem à principio producens: nec non & grauia quoq; accidentia. Ex quibus haud difficile eſt morbum à principio nouiſſe. Proficiſcitur tamen huius differentiæ ratio una è tribus cauſis. Quarum prima eſt morbi uenenoſitas & peſtilens conditio, quæ citra maximam putrefactionem ac per conſequens calorem, moleſtiſſima illa concitat accidentia: Ita ut quò hæc grauiora fuerint, & febrilis calor remiſſus, & aſpectu mitis, eò morbus pernicioſior eſt. Nam ſignum præſtat potiùs uenenoſæ contagionis, quàm putredinis: eò quòd maligna febris cùm prædominetur cordi ob ſympathiam, potiùs in eadem parte urget calor, quàm in externis: quinimo hæc eſt potiſſima cauſa inter alias, propterquam in hac febre interiora caleant, & exteriora ſæpe frigeant, ut à uera lipyria diſtinguatur.

Apparet etiam tranquillitas hæc primis diebus in hac febre, eò quòd uenenoſa qualitas maior eſt malitia, quam copia: & ob id donec primis diebus aliquid operetur, à quo deinceps augmentum ſæuitiam ue ſuſceptet, mitis apparet. Quod etiam fieri ſolet ob retroceſſum ſpirituum ad uiſcera, qui maius ſanè ſolent pati in hac febre diſpendium & damnum.

Secunda uerò cauſa eſt, humorũ, qui putreſcunt, craſſicies, à quibus non ingens flamma, quæ partes externas conflagraſſe conſpiciatur, inſurgit: ſed internas uehementiſſimo & intẽſiſſimo calore exurat, more febris lipyriæ.

lypiria febris

Cæterùm huic cauſæ adiũgitur etiam uenenoſitas, cum hoc quòd humores ſunt maiori ex parte bilioſi, craſſiores tamen aduſtione, aut craſſæ pituitæ miſcella, à quibus grauiſſima accidentia concitari contingit, præſertim implacabilis ſitis, citra maximam

ximam caloris manifeſtationem.

Quàm ſane febris conditionem, non minus pertimeſcere oportet etiam ſi mitis appareat, quàm eam quæ maiorem habet peſtilentis contagii copiam.

Quamobrem has duas febrium ſpecies mites à principio aparere neceſſum eſt; altera uerò non niſi uehemens ob tertiã nimirum rationem, uidelicet quia maior eſt putredinis in ea ratio, à morboſo apparatu prodiens, quam in aliis duabus: & ob id in hac protinus calor eluceſcit: quia cauſas habet proximas, à quibus oriri poſſit: nimirum maiorẽ putredinem, aut humorem, qui putreſciternilioſum, tenuem & acrem, à quo facilè flamma excitatur ingens: in aliis uerò maior eſt uenenoſitatis ratio, quàm putredinis omnes tamen habent calorem (quanuis puſillum) ſiquis diutius tactu perſtet acrem, & maiorem putredinem præſeferentem, quàm caloris copia monſtrare poſſit, etiam ſi primo acceſſu mitis appareat.

Secundum etiam ſignum eſt à læſis actionibus demandatum. Nam cùm pernicies malignarum febrium cordi, ut cætera uenena potiſſimum inſidietur, & partibus omnibus præcipuis, pulſus protinus fit (ut à uitali incipiam) frequens, paruus, debilis, & diuerſus, licet magis eluceſcant hæ differentiæ, præſertim diuerſitas, prope macularum exitum. Quæ ſanè differentiæ ſunt omnibus ex hoc morbo affectis communes, quas ſubeſſe neceſſum eſt, ob maximum uitalis roboris laborem, ex maligna qualitate & oppreſſione à copia, quã præeſſe neceſſũ eſſe dixim⁹, Cæterũ aliæ frequenter reperiuntur pulſus differentiæ pro tẽporũ uarietate, aut morbi diuerſa cõditione ludentes, nã cõnaturalis aut parũ ab eo diuerſus in principio apparere ſolet ex inæquali nimirũ cordis affectu, ut ex Gal. l. 4. de Præſa. ex pul. c. 4. colligere quis facilè poterit: Quod frequentiſſime in hac febris ſpecie contingit: quò fit, ut frequentiùs adhuc uulgares medici decipiantur: ſed monent profecto eo tempore nos inquietudo & anxietas, inordinati ſudores, frigidi & intercepti: monet nos etiam à nullis præſidiis leuamen: ex quibus rationabile eſt colligere, naturalẽ pulſus imaginẽ ex inæqualitate cõtrariarũ cauſarũ proficiſci, à quib. neceſſario moleſta illa accidẽtia prodire eſt cõptũ: Quãobrẽ conijciet facilè medicus, ſi diligẽter rem tractauerit, minime conuenire pulſũ naturalem cũ grauiſſimis accidentibus

Signa maligne febris a læsis actionibus demandata.

Pulsus febris maligne, quales sint

dentibus

dentibus : & ob id febris malignitatem conniicere tenetur. So
let.etiam in primo morbi acceſſu pulſus apparere formicanti ſi
milis, paruiſſimus nimirum & frequentiſſimus , quod ex mali-
gna copia grauante fieri ſuſpicandum eſt : Fit etiam plurimùm
uarius,& aliquando intercadens,tranſactis primis diebus, nimi
rum dum maculæ prorumpunt,Oſtendit enim pugnam,& na-
turæ conatum,ac ſæpe impotentiam,qua nequit ordinatè& in-
tegrè ſuum munus perficere. Quæ ſanè accidentia longè ſunt di
uerſa ab iis,quæ ex ſola humorum copia ſuboriri ſolent,niſi ma
litia aut uenenoſitas illi etiam accederet. Quod planè conſpici
tur poſt macularum apparitionem: qui licet aliquantulum ma-
nifeſtior ſuperſit,cum hoc tamen cum eadem inæqualitate perſe
uerat,Maximum profectò huius febris inditium. Nam plenitu
do ſola eam tantùm inæqualitatem parere nata eſt , quæ inter
magnitudinem & paruitatem reperitur, maligna uerò plenitu-
do,qualis ea eſt, quæ in hac febre reperitur,omnem inæqualita
tem & ordinis perturbationem. Quæ omnia maximum inditiũ
afferunt,uitale robur plurimùm laborare:vt etiam palam oſten
dunt animi defectio& ſincopys anxietas & iactatio,quæ & pluri
mùm pati cor à uenenoſa contagione,& plurimùm agere in pro
pulſanda aliena & inimica materia commonſtrant . Fefellit uel
pertiſſimos medicos frequenter febris huius malignitas:dũ pul
ſus uehementes & citra preternaturalem aliquam differentiam
affectos percipiunt,in eadem ſæpiſſimè ineſſe : nam ſæpe bona
hæc ſpes quæ meliorem pollicetur ſubitò in inopinatam mor-
tem degenerat,multis adhuc aliis ſignis ſecundum naturam exi
ſtentibus : ob id non minùs oſtendit huius febris naturam hæc
pulſuum ſimulata bonitas (dum alia ſigna à principio eius ma-
lignitatem atteſtantur)quam ſi inæquales & uarii extitiſſent:ra
tio eſt quia primum humoris uenenoſi aſſaltum robuſta cordis
naturam renuit & ſeſe ab eo expedit, ex quo pulſus & cordis a-
ctiones placidiſſimæ admodum apparent. Cæterum à ſecundo
aſſaltu laſſata & defatigata primo,ſuccumbit,nam creſcit uene-
ni malitia & propiùs cordi accedit,&ſubito ipſum aggreditur,
ac ſuperat deuincitq;. Quò factum eſt , ut minimè ſit fidendũ
alleuiationi,quæ præter rationem fit,ut refert Hippocrates lib.
i. Prædi : Pernicioſa ſi citra ſigna leuia facta fuerint , quinimo
certius & occultum uenenum deinceps ſuſpicari oportebit, ac

prouidere

prouidere cautè,ne deinceps ſuperueniant, quæ diximus mala.

Reſpiratio difficilis, quid ſignificet.

Ex reſpiratione quoq; coniicere hoc malum oportet,nam reſpiratio frigida ſi in principio apparuerit, uenenoſæ qualitalitatis ſemper ſoboles eſt.Ita & fœtida,(ob putredinem cordi uicinam (quod neceſſarium eſt in hac febre præeſſe) idem malũ portendit. Sæpiſſimè uerò difficiles reſpirationes, quæ febris remiſſionj non cohærent:ex quibus etiam animalem facultatem lædi,aut interiora uri eſt coniectandum, ac ob id febrem hanc eſſe malignam,ſiquidem citra uitium inſtrumentorum reſpirationi ſeruientium ipſa ſubuertitur.

Sunt etiam quibus cor aliquando tremit,& pulſus etiam tremuli fiunt,partim onere,dum in principio hæc ſigna apparent: partim malitia,ſi procedente morbo ſuperuenerint.

Naturalis virtus an in febre maligna labefactetur, et q[uae] ſymptomata oriantur.

Nec uerò ſola uirtus uitalis in hac febre ſignum præſtat,ſed etiam naturalis atq; animalis: Vnde iactatio totius corporis,ac inquietudo & oris uentricui dolor(quem lib. i. Prædictionum, his uerbis damnauerat tanquam malignum Hippocrates. Oris uentriculi dolor cum præcordio diſtento, & capitis dolor malignum)ac totius corporis etiam grauitas, laſſitudo, reſpirandi difficultas,impotentia uigilandi, niſi fortè calor diſſoluens humores, mittat uapores acres & calidos ad cerebrum undè uigiliæ & delirium: cui ſuccedit aliquando obliuio & inſolentia. Quæ omnia ſubeſſe deterrimam qualitatem oſtendunt, ſiquidẽ potuerint breui tempore uires tantum proſternere. Quorum ſanè Hipp.lib.i.Prædictionum.late meminit,&nos etiam ſeorſum recordabimur.

Sitis ad quam potentiam reducatur.

Pendent igitur ab actione naturali ſigna hæc. Sitis aliquando magna(conſultò ſitim ad naturalem potentiam reduco,nam hic non loquor de appetitu, præſertim dum prope uentriculũ putreſcit humor)quæ potibus medicatis ad tẽpus leuatur, quæ ſanè longè ſuperat caloris febrilis copiam &modum: quò fit, ut malitiam arguere liceat ex diſparitate caloris, à quo ſitim proficiſci eſt compertum,ac ſitis, quæ ſymptoma eius eſt. Aliquando uerò non eſt adeo intenſa,dum aut longe à uentre humores putreſcunt,aut ipſi frigidam & craſſam naturam ſortiuntur,aut maior putrefactio prope cor uiget, quo tempore licet linguæ ſiccitas ualidiſſima ſit,cum hoc tamen potiùs reſpiratione refrigeratur leuaturq; laborans, quam potu, quinimo à potu plerunq;

plerunq;

runq; læditur : Ex quo etiam morbi malitiam coniicere oportet:ſiquidem potus,qui in ſubſidium ſitis porrigitur,non ſolum nil prodeſt,uerùm ſæpe fluctuationem& anxietatem parit:quia ſitis ratio potiùs in aliena & maligna qualitate ſita eſt , quam in exurente calore: cum hoc tamen lingua redditur arida& ſcabra,& ſitis plerunq; nullus eſt ſenſus,quod euidentiſsimum malignitatis eſſe ſignum dixerat.Hipp.li.de Coacis prænotionibus per hæc uerba : In acuto morbo ſitis præter rationem ſoluta malum.Itaq; &ſitire,& ſiti carere:dum utrumq; modum febris exuperat eiuſdem certiſsimum eſt ſignum, nã plurimum ſitire febre apparente remiſſa,certum eſt malignitatis inditium: Sicut non ſitire lingua exiſtente ſica.

A quibus etiam cauſis(in laborantibus quos hucuſque uidi) prodit inſeparabile quoddam cibi faſtidium , & eò maius quò humores putreſcentes propiores uentriculo fuerint Quod ſignum uidetur Hippocratem retuliſſe , loquentem de conſtitutione quadam peſtilente, in qua huiuſmodi maculæ per cutem erumpebant.Nam inquit,Paulus paruæ & non pro dignitate rationis excretionis morborum,& ſtatim rurſus euaneſcentes : & paulo ſuperius hæc refert . Quum autem multa & uaria fieret iudicationis impeditio ex morbis,maximum etiam ac peſsimum ſignum perpetuo comitabatur,quòd pleriq; omnes cibos faſtidirent:ex quo conſtat eſse ueluti inſeparabile ab his febribus cibi faſtidium. Quod ſanè procedit non ſolum ex febrili calore, ſed ex maligno etiam,qui uires ſentientes illius partis ueluti proſternit,&deiicit:ac ſæpe eò affectionis uenenoſitas deuenit , ut ſi comedere laborantes conentur, protinus nauſea ac uomitu, frequentiſsimis infeſtentur : Partim ex alimento commotis uenenoſis humoribus,ac irritata facultata : partim uerò quia ipſi ſua ſponte etiam citra cibi ſumptionem commoueantur,ac uentrem frequenti irritamento laceſsant ,moueant que ad nauſeam & uomitum, ob id profecto faſtidium aut abominatio cibi, nauſea ac uomitus certiſsima ſunt in hac febre uenenoſitatis inditia.Nam quis id non coniiciet, ſi uentriculum hoc pati conſpiciat,nullo in parte ipſa affectu præexiſtente: coniectabile .n. eſt, à uaſis maioribus, quæ prope uentriculum ſunt & in quibus maligna putredo illa uiget,ueneficos halitus eleuari, qui dũ os uentriculi attingunt,faſtidium &abominationem cibi , dum

ipſius

ipſius corpus, nauſeam & uomitum gignunt.

Excrementa e corpore prodeuntia; quomodo febrem malignam ſignificent.

Non minus excrementa quæ è corpore prodeunt eandem malignam febrem atteſtantur: nam cuiuſuis conditionis ſint, fœtidiſſima ſunt omnia. Atq; licet hoc commune ſit omnibus ex putredine ortis affectibus, nihilominus tamen huic febri coniectura quadam certa cognoſcitur, eſſe peculiare: nam admiratione dignum eſt, leui exiſtenti febricula, excrementa tam eſſe malè olida: quod fieri vſquam nequit, niſi ſimul cum putredinis cauſis, aliud quid pernicioſius iungatur, quod veluti concauſa ſit maioris & ſordidioris putredinis, à quibus ſimul iunctis adhuc in principio maior in excrementis, quàm in communi putredine apparet fœtor: & ob id coniectabile eſt, febrem eſſe de genere malignarum: præſertim ſi fœtori aliquod aliud vitium in excrementis iungatur, quale eſt excrementum eſſe liquidum, uiride, liuidum, ſpumoſum aut pingue. Quæ oĩa frequentiſſimè in his excretionibus conſpiciuntur, ac ẽt ſummam humorum malitiã atteſtantur, & per conſequens huius febris naturam deſignant.

Vrina in febre maligna cum [illegible] qualis

Vrina verò licet in morbis venoſi generis certiſſimam poſſit præſtare notam in febre tamen maligna incertum ſe præſtat ſignum ad futurum aliquid præmonſtrandum: etiam ſi ad morbi naturam deſignandam (quod nunc quærimus certiſſimam præſtet notam: præſertim ſi quis expendat, quibus conditionibus inſignita in hoc affectu ſoleat apparere. Nam aliquando ſimillimam ſanorum vrinis ſeſe oſtendit, & primis diebus talis perſeuerat. Quod ſanè ſignum, dum alijs ex his, quæ mox retulimus adiungitur, indubitanter malignæ febris naturam redolet, quæ clam & medico & laboranti inſidiatur, donec ſigni fiducia ſecuros turpiùs inopinato uehementi malo decipiat. Ratio procul dubio eſt: quia venenoſa qualitas & interior eſt, & paulatim ac citra manifeſtam humorum perturbationem agit: quò fit, ut minimè in principijs eius opera eluceſcant, quia maior eſt uenenoſitas, quæ clam operatur, quam putredo: quæ vrinam immutat, poſtea tamen dum maximam materiæ partem obſederit, vrina turbatur in ſequens turbationem, quam humores perpeciuntur nam hæc eſt ratio potiſſima propterquàm in huiuſmodi febribus urina primo acceſſu naturalis apparet. Sed quis non pertimeſcet, & ſuſpicabitur in morbo eſſe grauius aliquod malum, aut venenum latitans, ſi cum ſignis alijs ſuapte natura

pernicioſis, urina ſola perſtiterit laudabilis. Quamobrem, iure optimo ex ſigno hoc aliis adiuncto licebit etiam febrem malignam conijcere. Apparet præterea urina ſæpiſſime tenuis & cruda, nullum continens ſedimentum, aut illud excrementi potiùs uaturam referens, quàm ueri ſedimenti: quod etiam deprauatum huius febris morem oſtendere habet. Nam licet urinam crudam propriam eſſe principijs morborum unanimi medicorum conſenſu conſtet, tam eſſe tenuem & aquoſam, & omnino à natura alienam adhuc incipiente morbo, & cum leui febricula quæ primo acceſſu paruam ac debilem oſtendit putredinem, rationi conſonum non eſt: ex quo conijcere oportet, latitans eſſe aliquod vitium, cuius ratione vrina mingitur cruda, potiùs ex impotentia facultatum (quas incipiente affectu tam eſſe languidas vi morbi ſolius, niſi peſtilens aliqua conditio ſimul accederet, cuius vi facultates laberentur, ac vrina excerneretur cruda credibile non eſt) quàm ex maxima humorum putredine: & ob id facta ſimul aliorum ſignorum collatione, vrina hæc febrem eſſe malignam oſtendit. Frequentiùs tamen in hoc affectu vrina apparet craſſa, turbida, ac intenſioris coloris, & craſſum, rubrum ac conturbatum diffuſumq; habens ſedimentum, quæ profecto vrina quia grauiſſimis iungitur ſymptomatis certiſſima eſt febris malignæ nota: arguit enim maximam putrefactionem, efferueſcentiam ac conturbationem humorum, maximam etiam facultatis naturalis, aut impotentiam aut defatigationem à deterrima qualitate ſubortam: Siquidem ſeparare craſſum à tenui, & humores continere ac conficere nequit, quod nulli eſſe dubium ſuſpicor, huius febris eſſe certiſſimum ſignum. Præterea talem eſſe, & ſubitò coctam apparere, pernicioſam & malignam eſſe refert Hippocr. libr. de Coacis prænotionibus, per hæc uerba. Vrinæ quæ de repente citra rõnem paulatim coquũtur, malæ ſunt: & in ſumma, quæ citra rationem matura eſt, in morbo acuto mala eſt.

Qua ſententia conſtat malignum eſſe morbum & maius aliqđ malum minari. Itaq; & urina nãlis (quia reconditam morbi perniciem & clam ac ſenſim operantẽ oſtendit) & tenuis, quæ facultatum nãlium iacturã ac diſpendium adhuc primo mali acceſſu demonſtrat, & rubea, craſſa & conturbata, quæ & ſummã humorũ putredinem ac agitationem, & maximum facultatũ languorẽ

ſimul

ſimul oſtendit: & ultimò ea, quæ eruginoſum, aut quid diuerſi coloris in ſuperficie habet (quas nobis frequenter in hoc affectu conſpicere contingit) Pernicioſa & maligna quoq. eſt, cuius ēt per hæc uerba meminit. Hipp.libr.de Coacis prænotionibus. Mala eſt etiam ualde rubicunda ex his, florulentiam eruginoſam continens. Quæ omnes citra ullam dubitationem febris malignæ naturam ſub eſſe oſtendunt, ſicut & plures aliæ, quas loco nuper citato longiſſima oratione commemorat. Hipp. Quibus ēt tanquam certiſſimum ſignum accedit vrinæ deprauatus odor, qui indubitanter ſoboles eſt ſordidæ & malignæ putredinis ſi quidem raró talis odor in reliquis febribus putridis reperitur: Quapp hæc omnia, & omnium uiciſſitudines & mutationes in urina conſiderare oportet, ut mox à principio huius febris naturam monſtrare poſſit.

Odor malus vrinæ quid ſignificet.

Ex genere excrementorum ſudor quoq. eſt, qui non minus huius morbi nām oſtendere ualet, quam quoduis aliud ſignum: non quidem quatenus ſudor eſt, niſi fœtor ēt ei adiunctus ſit, ſed quatenus uariè, inutiliter, & inordinatè, ac ſæpe cum maiori damno prorumpit: nam quis non exiſtimabit ſudores frequentes paruos, minutos & inutiles, principio morbi proſilientes, potiùs naturæ & humorum uitio, quàm utiliter & ex naturæ lege fieri. Quod damnauerat Hipp.lib.de Coacis prænotionibus & tanquam malignum protulit dicens. Exudantes, uigilantes, recalleſcentes malum. Qui in ſuper inſudant in febre malignè habent: quibus conſtat huiuſmodi ſudores malignam patefacere morbi conditionem: nam expugna illa, quam natura cum indomito humore mouet, ut prædictos ſudores concitet, plurimùm ſupereſt diſſipata laſſataq. & corpus deinceps grauiùs & moleſtiùs morbum tolerat. Quod non ſolùm ex pugna contigiſſet, niſi humorum conditio, tam eſſet uenefica, & à natura aliena, ut facultas ſuccumbat, & humores ipſi ſæuius, deinceps corpus irruant ac ſupent. Vnde artificioſa coniectura colligitur has febres in quibꝰ prædicti ſudores apparēt, eſſe de peſtile tiū ſorte.

Sudor, cui fœtor adiunctus ſit in febre maligna quid ſignificet.

Huic ſimile eſt aliud ſignū, quod frequentius malignis febribꝰ comes it, nimirum frequens & inordinata horripilatio ēt adhuc uigente febre, quinimo frequentiùs, dum magis uiget: quo ſæpe decipiuntur imperiti credentes eſſe horrorificam febrem, ignorantes halitus, qui ex feruore & putredine eleuantur, tam eſ-

Horripilatio in febre maligna, quid ſignificet.

ſe acres mordaces & à noſtra natura alienos,ut ex toto ſenſibilium,partium natura renuat,auerſeturq. ac tanquam uenenum expellere conetur,quo ſanè conatu huiuſmodi accidens suboritur: quod in alijs febribus putridis rarò contingit:ratio proculdubio eſt,halitus à putredine elatos plùs peccare intenſione caloris,quàm malitia,etiam ſi à putredine ſuboriantur : In maligna uerò febre plùs malitia & uenenoſitate, quàm caloris copia & ob id mihi non eſt dubium , quin huiuſmodi accidens certiſſimum ſit malignæ febris inditium.

Maculę rubescentes in febre maligna apparentes quid significent

Ad ea etiam quæ excernuntur, notiſſimum aliud & infallibili ac propriùs pathognomicum ſignum proculdubio reducitur, nimirum maculæ rubeſcentes,quæ per cutem erumpunt: nam ſic nomino quicquid in cute effloreſcit,modò carnem in tumorem non eleuet,ſed morſibus pullicum ſit perſimile, quod hiſpano ſermone *Tabardillo* nuncupatur,eſt quidem peſſimum & certum huius febris ſignum,quod licet non primo morbi acceſſu appareat,crudo tamen exiſtente prorumpit. Mirari ſanè paulo magis decet,hanc excretionem,quàm aliam quancunque exiguam & crebrò tentatam, quas Hippocr.& Gal. tanquam pernicioſas damnant : nam in hac tanta creditur eſſe humorum malignitas , ut corporis uires ante debitum tempus ad expulſionem accingantur , nequeant tamen præ debilitate quod conantur perficere. Quapropter tria ſanè huiuſmodi maculæ demonſtrant:nempe humorum ſæuitiam,incendium & feruorem, non quidem ex calore qui concoquat , ſed ex eo qui ebullitionem & agitationem tantum moliatur. Demonſtrant etiam deterrimam qualitatem putredini adiunctam,qua uires coguntur ante tempus uacuationem poſteriùs futuram,inutiliter tentare.

tria demonstrant huiusmodi maculæ: humorũ sæuitiã, incendiũ et feruorem.

Tertiò docet exiguas uirium opes, quæ nec reſiſtere inſultibus huius mali,nec inceptum opus perficere ualent . Quæ oĩa proculdubio malignam ſubeſſe febrem cõmonſtrant,eoq; maligniorem,quò maculæ deterioris fuerint conditionis: nam licet erumpentes analogiam contagionis ad ſanguinem monſtrent , nihilominus: tamen tantò ſunt deteriores,quantò pernicioſi alterius putridi humoris conſortium ac prædominium ſignauerint. Liuidæ.n.palidæ ac nigricantes frequenter conſpiciuntur, nunc ante ſeptimum, nunc poſt apparentes, quæ omnia latius exponere,eſt in animo paulo inferius . Expendere tamen circa

hoc

hoc ſignum oportet,plerunq; huiuſmodi maculas prope dorſū apparere,potius quam in thorace,etiam ſi cordis primaria ſit affectio : Ratio quidem eſt, quia ductus arteriæ a dorti & venæ cauæ dorſo adhærent,à quibus facilè in dorſum proſilit damnū, quod vis in corde,& eiſdem vaſculis inhærens.

Sanguinis è naribus ſtilla(præterquam quòd Hippo.deterrimum eſſe ſignum in morbis acutis commonſtret)proculdubio huius morbi naturam quodammodo docet,præſertim ſi in principijs erumpat,ac etiam ſi in maiori quantitate proſiliat : ſæpe enim in hoc affectu docuit experientia, non ſolùm ſtillam , verùm & maiores ſanguinis eruptiones in principiis factas deterrimam morbi conditionem præſagaſſe: eadem proculdubio deſignant, ac maculæ per cutem erumpentes,& ob eaſdem rationes. Quapropter (licet ſanguinis ſtilla certum non ſit huius febris inditium) vereri tamen oportet,dum huiuſmodi eruptiones apparent, ne affectus aliquid veneni occultum obtineat,aut in malignum degeneret,ac id auxilijs præcauere, antequàm ſæuiùs prorumpat.

Animalis quoq; facultas tam ſolet à principio perſentire huius deprauatæ conditionis contagium,ut certò eiuſdem malignæ febris præſaga ſit. Nam primo conſpicimus huiuſmodi laborantes inquietos eſſe,& moleſtè decubitum ferre,eoſq. omnis generis laſsitudine defatigatos, cum hoc tamen quid peculiarius ſentiant minimè exprimere valent: quod profectò ſignum euidentiſsima eſt huius venenoſæ febris nota.Ratio ſanè eſt,quia cùm maligna cauſa citra manifeſtam qualitatem operetur , ſentiunt quidem laborantes moleſtiam, rationem tamen, licet mente cō ſtent (quia nondum à principio putredo inualuit neq. febris) reddere nequeunt .

Accidit quoq hac febre affectis ſincipitis grauis & moleſtiſſimus dolor,ob aſcendentes halitus,qui cùm ex maligna eleuentur putredine,ét à morbi principio(quod in alijs febribus putridis raro accidit)vehementer affligit,ita ut mœſtos eſſe huiuſmodi laborantes cōtingat,ſæpe ac vocē fugientes,ob eam q̃ maligni illi halitus protinus inferunt imbecillitatē. Cui ſigno ſiquis aliud ex prædictis adiungat,& exactè conſideret,facilè in notitiā huiꝰ affectus deueniet: Sapiunt q̃dem hi dolores venenoſā conditionem,& ob id Hippocr.lib. Prædictio. & lib. de Coacis præ-

notionibus. lethale refert eſſe ſignum , quod ex propria natura capitis dolor obtinere nequit,niſi ex venenoſa cauſa principiũ nanciſcatur:Inquit.n.idem Author locis citatis: Capitis dolores fortes & continui cum febre,ſiquidem lethalium ſignorum quid acceſſerit,pernicioſi valde ſunt:dixit uero ſecundo loco Capitis dolor pertinax cum febre acuta & alio ſigno maligno lethale eſt. Ex quo conſtat huius febris eſſe certum inditium,ſiquidem ſemper illi adiungitur aliquod ſignum malignum, quibus facilè monſtretur febris natura.

vigiliæ, et insomnia

Itẽ patiuntur qui hac febre correpti ſunt,vigilias & inſomnia ꝑꝑ eandem cauſam:quæ profectò alijs febribus putridis accidere ſolent,creſcente aut vigente febre ſolum . Vnde coniectabile eſt,non poſſe hæc accidentia principijs adeſſe,niſi mala qualitas occulta & uenenoſa illis principium præſtet . Præterea ſi aliqñ ſomno corripiuntur,turbulentus eſt,mille imaginibus plenus,in quo ẽt laborantes adhuc primis diebus delira loquuntur,& poſt quam ab eo excitantur,deterius ſe habent nam intenſiùs febricitant, ſitiunt,corpore dolent & confranguntur. Quæ proculdubio demonſtrant uenenoſam ſubeſſe qualitatem longè diuerſam à communi putredine .

somnus in primis diebus.

Alij item primis diebus ſomno corripiuntur,& excitati delirant,donec caliginoſior ille & craſſior halitus ſpirituum aĩalium motu euaneſcat.Quod ꝓfectò in his(præterquàm ꝙ affectus malignam nãm monſtrat)grauioris mali ſolet eſſe ſignum.

tremulæ manus primo die. Tremoris manuũ in feb. malig. causa quę sit.

Pleriſq. primo die manus tremunt,nulla alia ſanè cauſa,quam uenenoſa qualitate à putredine diuerſa,quæ caput irruit. Nã in his quibus ſola putredo cauſa exiſtit,minimè poſſunt huiuſmodi accidentia intra tres,aut quatuor primos dies apparere,ni illis aliud malignius adiũgatur,qđ cauſã añ tẽpus præſtare poſſit,& primo morbi acceſſu robuſtiſſimas aĩalis potẽtiæ vires deijcere.

insolens tristitia etc.

Præter hæc omnia, reperitur in oĩbus ferè, hac febre affectis inſolens triſtitia,totius corporis inquietudo,iactatio & uniuerſalis quædam impotentia,quæ nullis uſquam morbis incipientibus accidere uiſa eſt: quapropter dum hæc conſpiciuntur, etiã ſi febris mitis primo acceſſo appareat,tanquam uenenoſus iudicandus eſt affectus,& eò magis,quò febris remiſſior fuerit .

Velim tamen in hac re monitum lectorẽ,ne intelligat in quouis laborante neceſſum eſſe, ſimul ſigna hæc omnia apparere ,

ſed

ſed ſufficere ſæpe unum, duo aut plura, prout magis uiget in laborantis corpore una, aut altera huius affectus cauſa: aut facultas læditur magis hæc quam illa, aut membrum illi ſubſeruiens: nam ab his tribus cauſarum generibus mira hæc ſignorum varietas proficiſcitur.

De ſignis prognoſticis.

FAllaciſsima huius morbi conditiõ hoc habet proprium & peculiare inter oẽs alios corporis humani affectus, nimirum quod ſigna omnia (quæuis ea ſint) nec ſemper poſsint bonũ portendere, etiam ſi optima ſint, nec malum, etiam ſi mala. Quapropter incertum eſt, in maligna hac febre præſagium omnẽ: nam & pulſus, & vrina, & ſudores, & alui excrementa ſiue immodicè fluant, ſiue ſupprimantur, & alia deniq; vtcunq; eueniãt, vtriq. euentui, fœlici nimirum aut infœlici, inordinatè accidere ſolent: Ita vt non minùs uiſum ſit & ſudoribus & bonis urinis, & optimo pulſu ac alui fluxibus homines perire, quàm eiſdem ſignis perniciem indicantibus ſanos fieri. Quamobrem conſiderandum eſt, quid habeat, unumquodq. proprium & peculiare ad præſagandam ſalutem, quidue ad mortem. Cuius gratia præmittere oportet ut præſagare certò poſsimus ſalutem uni ſignorum fidendum non eſſe, etiam ſi ſuapte natura eam deſignet, modò pulſus, modò urina, modò quoduis ex aliis ſit: dum cætera omnia pernicioſa exiſtunt. Neq; rurſus ſat eſt, unum ſignum ſalubre eſſe, cæteris veluti nihil monſtrantibus, nec bonũ nec malum: nam ſuſpectum eſt ad prædicendam ſalutem, niſi alia ſimul idem atteſtentur. Præterea neq; ſolùm ſufficit ad certum ſalutis præſagium plura ex malis ſignis deliteſcere cæteris adhuc præſtantibus, quin potius hæc contingere pernicioſum ſæpe eſt: docet namq; facultatem illa ex parte eſſe ſubuerſam, potiùs quam morbum debellare: nam morbi cuiuslibet ratio unica eſt, & ob id ubi ſemel alicui natura dominetur, ni malignus fuerit, in omnibus uictrix euadet, quod ubi non conſequitur lethale eſt ſignum, quia arguit occultum morbi uenenum.

Primum igitur ſignum ex quo aliquid ad prædicendum uenari poſſumus eſt, morbũ eò eſſe adſtrictum & concluſum, ut nihil notatu dignũ laborans excernat. Quod quidem ſignum bi

ſidum eſſe poteſt,hac lege: dum.n.incipiente aut creſcente morbo nihil excernitur,naturam adhuc vincere(ſiquidem non irritatur à morbi malitia ante debitum tempus)& ſuperaturam cõiectabile eſt,præſertim ſi nulla ſubeſt nota, decubitus humorũ ad caput,uentrem aut aliam ex præcipuis partibus. Verùm vigente morbo nihil excerni ſed ſigna in aliquo morborum principalium deteriora apparere , ſignum eſt aut morbum diutiùs duraturum: aut dubiam admodum præſtaturum ſalutis ſpem : nanq; ſperandum eſt, materiam quam plurium dierum ſpatio natura deuincere non potuit, aliquod grauius damnum in eodem membro ſuffecturam, vt paſſim de phrenitide & lethargo poſt vndecimã,aut decimã quartam diẽ contingentibus,conſpicitur,quas difficulter aut nuſq̃ deuĩcere vllis remedijs poſſumꝰ.

Nec ob id credendum eſt, oẽm in hoc affectu uacuationem, licet cum ſignis fiat coctionis, aut aliis optimis conditionibus, ſalubrem protinus futuram: nam ſudor ẽt ſi requiſitis accidat conditionibus,& adhuc in die decretorio,rarò ſolet ex toto hũc affectum iudicare, quinimo primo die ex ſudore febris remittitur,cæterùm corpus deinceps & accidentia grauiùs ſe habẽt : poſtea uerò aduenientibus aliis ſudoribus , licet ſint in diebus criticis, ſuccumbit facultas & in medio ſudoris deficit laborãs . Ratio q̃dẽ potiſſima eſt,q̃a uenenoſa illa qualitas tã eſt immerſa toti materiæ,ut ẽt ſi ꝑ ſudorẽ tenuior pars exoluatur (q̃d neq̃t fieri in uenenoſis humoribꝰ citra facultatũ diſpendiũ & laborẽ)manente tñ craſſiori, efficaciùs ꝓſternantur põæ, ac faciliùs ſuccũbant:quamobrẽ ſolis ſudoribꝰ fidendũ non eſt,ſed ſi à primo ſudore,aut ſaltẽ à ſecundo laborãs ex toto nõ euaſerit liber, corpus pharmaco purgare oportet,ut q̃d craſſũ & uenenoſũ à ſudore ſuꝑeſt,trahenti pharmaco excernatur. Obſeruatione ẽt cõpertũ eſt,longè utilius eſſe ſi frequentibꝰ ſudoribꝰ æger à principio corripiatur(dummodo ex ſudore non ſe deteriùs habeat) nãq.ſignũ eſt nãm paulatim mãm attenuare & ꝑ ſudorẽ excernere. Nec eſt idem in conueniens ac in ſudoribus criticis:nam uenenoſa qualitas in interuallo inter unum & alterum ſudorẽ fixiùs materiæ adhæret & grauius efficit malũ. Cui ſane damno locus non datur frequentius ſudoribus. Nec ob id credendum eſt,in hac febre nuſq̃ prodeſſe criticos ſudores,nã quò minus uenenoſæ qualitatis obtinuerit febris,eò magis prodeſſe poterunt,

ut in

ut in oĩbus aliis febribus quæ ex humorum putredine concitantur. Expendiſſe quoq. in hac re oportet, quod qua ratione in augmento ſudores multi vt dictum eſt, ſunt laudabiles, eadem in ſtatu ſunt pernicioſi, & frequenter eiſdem laborantes moriuntur: nam arguunt nullam, aut quàm minimam præceſſiſſe humorum elaborationem & facultatis eſſe maximum diſpendium, & ſimiliter ſolidarum partium, citra quæ profectò ſtatus nequit optimum efficere iudicium, quapropter laudabilior eſt eo tempore ſubita vacuatio, præſertim ſi reliquis temporibus morbus fuerit adſtrictus, qua verò lege ſudores habeant morbos finire dictum eſt, lib. noſtro de Indic. auxiliorum.

Accidit ſæpiſſime huic morbo alui fluxus, diuerſis tamẽ morbi temporibus, & diuerſa omnino proueniens ratione: nam qđ nulli morborum vſquam contingere viſum eſt, huic ſoli euenire frequentiſſimè conſpicitur: nimirum in principio affectus ſalubriter aluum fluere: quod etiam aliquando eſſe lethale ſignum, obſeruatione conſtat. Rurſus præmiſſa ſufficienti coctione viſum eſt, alui fluxũ laborantẽ ꝑdere: nonnunquã verò liberare. Quã ſanè varietatem, diuturnã obſeruationem cõmõſtraſſe viris in hac reperitis cõpertum proculdubio eſt. Ex quibus conſtat, q̃ ſit difficile, ex alui fluxibus quicq̃ certum & fidũ poſſe proferre: quamobrẽ oportet priùs varietatis rõnem exquirere (qđ maximi ad curationẽ eſſe momenti cenſeo) deinceps modum quo certum poſſimus, proferre in hac re ꝓſagium. Eſt ſane cã rationi admodũ conſona, proculdubio diuerſo longè modo ſe habere morbum, in quo plus viget venenoſa & deterrima qualitas, q̃ humorum putredo, ac ſe hẽt is in quo peſtilentis cõditionis minus eſt, cæterum putredinis & morboſi apparatus magis: nã morbus in quo venenoſa qualitas pollet, quò magis à principio per alui fluxum prolabitur materia, ſecurior eſt rõ ſanè euidentiſſimè conſtat, nimirum quia materiam cui venenoſa qualitas ineſt, ſubiiciturq; (antequam aut vniuerſos fœdet humores, aut facultates labefactet, aut radicitus cor aut quoduis aliud membrum princeps apprehendat) ab eadem irritata natura protinus excernitur & quo magis euacuatur, citiùs qđ supereſt à natura euincitur, quò fit, vt prædictis malis nullus ſit locus. Neq; obeſt naturam non concoxiſſe, & ob id inutilẽ eſſe in principio vacuationẽ, nã venefica qualitas licet aliis corrigatͬ,

nuſ-

nuſquam tamen aut rarò coctione, & ob id ſanitati reſtitutos ijs vacuationibus in huius morbi principio factis, plures frequenter conſpicimus. At cum ex humorum putredine maiori ex parte morbus oriatur, deteriùs ſe habent hi quibus aluus à principio ſoluitur: ratio, quidem eſt, quia aut grauatam aut irritatam uitio humorum commonſtrat naturam: ita ut præturbatione, diſtractione, inquietudine & adhuc copia deinceps ſperetur commiſſum negotium non ſuffecturam: nam quæ plurimum ad putredinem mouentur, magna egent coctione, quæ ob prædictas cauſas humori non conceditur: & ob id authores docent malum ex huiuſmodi uacuationibus prædicere: ſecus res ſe habet, ubi putredinis parum adiungitur: nam etiam ſi uacuationibus in principio factis turbetur natura, cum hoc tamē ſufficit coctioni illi quam in parua putredine ſuffectura eſt. Præterea ex his rationibus conſtat, ſignis coctionis adhuc apparentibus, & morbo prope ſtatum, aut in ipſo exiſtente, alui fluxum ſæpe futurum pernicioſum: nam cum uenenoſa qualitas toti materiæ (cuius per aluum nihil eſt purgatum) immerſa eſt, & præ temporis mora præcipuis membris cōmunicata, fit facile ut etiam ſi putridus humor quodammodo coquatur, atque excernatur, ex qualitate uenenoſa fixiùs impreſſa & operanti, quæ coctioni non obſequitur, laborans pereat, etiam ſi aluus fluat, quod frequenti eſt experimento confirmatum. Ratio potiſsima eſt, quia huius febris uenenoſitas coctos & incoctos humores apprehendit, & ob id multi cum ſignis coctionis manifeſtis & perfectis commoriuntur: Sicut conſtat plures alios euaſiſſe, in quibus minus erat uenenoſæ qualitatis, & humoris putridi magis, quos cum ſuperaſſet natura, & nihil uenenoſum occultum ſupereſſet, utiliter potuit ac tutò excernere: Quibus ſane rationibus fit manifeſta prædictæ uarietatis ratio. Cæterùm bonum aut malum ex alui fluxu quouis tempore accidat, prædicere certò poterimus, in medium adductis aliis uenoſitatis maioris, aut maioris putredinis ſignis, quorū abundè ſuperiùs meminimus, & collatione facta, facile erit præſagium ſalutis aut mortis proferre, eo modo quo dictum eſt, adhibito in conſiderationem, quod in his in quibus putredo uiget, febris eſt intenſior, pulſus maior & uehementior, & qui facile dilatatur: contrario uerò modo, ubi uenenoſitas pollet.

Vrina

Vrina quoq; ſuam etiam futurorum notam præſtare habet: nam quæ craſſa, rubea, ſpiſa ac turbida perſeuerat, neq; ullis auxiliis mutatur, grauis eſt, & periculo plena, quæ uerò ſubito colorem & ſubſtantiam mutat, non minus eſt periculoſa: decubitum enim humorum ad aliquod membrum princeps commonſtrat. Sic tenuis & quæ ſubito plurimum turbatur, maximum feruorem & periculum monſtrat: ſic fœtida graue etiã malum ſignificat: ac ea quæ circulum habet uarietatum aut alterius coloris. Et utcunque ſit, ſubita urinarum mutatio ſiue ad bonum ſiue ad malum, ubi cætera non conſentiunt, uerenda eſt. Item ſedimentum ſimile farinæ, licet ſublime ſit, aut aggregatũ, periculoſum eſt: & qualecunq; ſit, ſi apparet & deliteſcit. Item urinæ ſubſtantia tenuis aut craſſior: Et minuta eius quantitas, præſertim prope ſtatum, graue impendere periculum monſtrat: cui etiam adiungitur tanquam ſummè pernicioſa urinæ ſuppreſſio, quam lib. i. Praedictio. prope finem, damnauerat Hippocrates. Verum deterius in hac febre eſt, nimirum quòd his quae diximus contraria non ſemper, neq; tutò bonum ſignificare poſſunt. Quamobrem alia ſigna conferre òportet, & ex omnibus ſimul collatis iudicium elicere.

Pulſus uerò aequalitatem & tenorem ſeruans, licet febrem maximam repraeſentet, ſpei ſemper ſalutis aliquid praeſtat, ſicut contrarium inordinatus, inaequalis & contractus praeſertim ſi à principio debilis appareat: damnauerat enim Hippocrates imbellicitates principio factas, citra manifeſtam uacuationem, dixit enim lib. i. Praedictio. & lib. de Coacis praenotionibus. Qui praeter rationem nulla exiſtente uaſorum euacuatione, impotentes fiunt, malum.

Tremula item lingua & manus tremulae tanquam maximi mali praeſagium damnantur ab Hippocrate lib. i. Praedictio. inquit enim. Linguae tremulae ſignum ſunt mentis non firmae, qua ſanè parte multa adducit Hippocrates ſigna, quae maximi momenti ſunt ad praeſagationem in hoc affectu.

Perſeuerans quoq; delirium pernicioſum eſt: nam febrem hanc degenerare in ueram frenitidem monſtrat.

Ex maculis quoq; multa licet diligenti medico & noſſe & praedicere facta prius coniectura ex tempore apparitionis, ex copia, & ex colore macularum. Contingit. n. frequenter tertio aut

quarto die maculas apparere , quod grauioris mali ſolet eſſe ſignum. Nam oſtendit maximam eſſe ſæuitiam,& uenenoſitatẽ humorum,quæ antequam coctionem natura aggrediatur, eam ad expulſionem laceſſit. Cæterùm frequentiùs ſeptima die prorumpere ſolent: nam omnibus anteactis diebus conatur natura,ut ex lege habet,coctione humores frænare,quod cum perficere nequeat,in uacuationem illam minutam prorumpit, nitens id quod ex feruore tenuius & fortaſſe deterius eſt, expellere. Nam id etiam conatur,dum eandem expulſionem tentat primis diebus, malitia humoris , tenuitate aut pondere ante ſtatutum tempus irritata. Quò fit , ut conſtet differentia non leuis inter morbillos& uariolas ac huiuſmodi maculas : nam duæ primæ uacuationes ſigna proculdubio ſunt iudicii, & ut ſignũ & ut cauſa ſalutem commonſtrant:nam& uacuationes ſunt quãtitati & qualitati cauſæ affectus reſpondentes,& debito tempore factæ,ac ob id ſtatim ut prorumpunt, ſubſidet febris & miteſcit. Cæterùm maculæ in hac febre apparentes, ut ſignum &ut cauſa deterrimæ ſunt: Primò quia efferueſcenciam monſtrant, irritamentum & impotentiam ipſius facultatis.

Secundò quia huiuſmodi excretio non correſpondet copiæ nec naturæ morboſi apparatus: Quò ſit,ut niſi protinus aluus erumpat, pernicioſiſſimum ſit(quod in uariolis malignitatis erit ſignum,& ob id ſummè pernicioſum) ratio eſt: quia uacuatio illa non ſatisfacit naturæ & morboſo apparatui:& ob id mille in locis damnatur ab Hippocrate & Galeno. Quæ omnia & omnium cauſas,& noſſe & diſtinguere facile erit, ſiquis diligenter accidentium naturam intueatur nam humorum acrimonia oſtendunt angor,exolutio,anxietas,& ulceroſa laſſitudo , urina tenuis cæterum colore intenſa: copiam uerò pulſus uarietas ex magnitudine &paruitate conſtans,oppreſſio,laſſitudo grauatiua & urina rubea,denſa ac confuſa : Venenoſitatem quidem oſtendit animalis potentia ab omni læſione immunis, uitalis uerò omni uitio affecta,crebris intermiſſionibus intercepta. Quibus parum in principio affectus ceſſantibus, maius licet formidare periculum,ſignum ſanè eſt,deuictam naturam à pugna deſiſtere. Quamobrem haud immeritò ex mox apparentibus maculis grauius licet periculum pronuntiare: Si verò poſtea apparuerint, non minus damnum oſtendunt, licet diuerſa ratione:

nam maculæ quæ nona aut vndecima die apparent, aut humorum craſſitiem, quam vbi obſederit venenoſitas difficillimè ꝓculdubio (cui operi neceſſaria eſt diuturnior temporis mora) euincere vllis ingenijs poterimus: neque natura breui tempore (quod prærequirit morbus acutus) ſuperare & expellere poterit: Cutis etiam denſitatem monſtrant (modo ex propria corporis conſtitutione, modo ex hiberno frigore ſit) quod in his affectibus, in quibus maiori opus eſt ventilatione, grauius eſt periculum: neque ob id credendum eſt, periculo vacare, ſi ſeptima die aut prope ipſam apparuerint, ſed alia ſigna ſalubria illis adiungere oportet. Docet quidem Fracaſtoreus deterius eſſe, ſi plures appareant maculæ, ac ſalubrius ſi quàm paucisſimæ. Quod ſanè nec temerè eſſe repudiandum, aut admittendū cenſeo: nam licet eius quod venenoſum eſt, vtilius ſit copioſiorem fieri vacuationem, cum hoc tamen timoroſum eſt tantam ſubeſſe venenoſæ cauſæ copiam, quòd neceſſum ſit magnā & citatiorem fieri vacuationem: periculum enim eſt, ne tanto malo ſuccumbat facultas. Præterea licet ex macularum paucitate, minus venenoſæ materiæ ineſſe, eamq; eſſe benigniorem liceat colligere: tamen minutas prauorum humorum vacuationes multis modis damnauerant Hippoc. & Gal. & ob id ſuſpicor eas eſſe in hoc morbo aduerſus Fracaſtoreum damnādas. Verùm cum hoc alia ſigna licet cōſiderare, ex quorum omniū collatione dum omnia aut plura ſimul malum atteſtantur, id licet prædicere: Secus verò ſi bonum. Verùm quòd ex macularum coloribus certisſima coniectura liceat prædicere, cōſtat: quia hoc ſigno facile uenabimur ad quem ex humoribus analogiam habeat venenoſa illa qualitas, & pro ratione conditionis humorum, licebit bonum aut malum prædicere. Et ob id quæ in purpureum rubeſcunt, minus ſunt periculoſæ, grauiores quæ alium quenuis colorem ſortiuntur, grauiſſimæ tamen quæ nigræ aut liuidæ ſunt: inter quas omnes, quæ magis cutem eleuant, minùs ſunt periculoſæ. Sicut graue eſt mox ab exitu deliteſcere, aut lente prorumpere, aut ſanguinem veluti concretiū repræſentare. Eſt quoque non mediocris periculi ſignū, quædam ſigna ex malis ceſſare, quædam fixa perſiſtere, aut creſcere: argumento eſt, naturam ea parte qua accidentia ceſſant, deuictam eſſe, & poſtmodum omnino caſuram, præſertim cū accidē-

tia

tia quæ ſuperſunt,alicuius membri præcipui ſunt.

Malum quoque ſignum eſt,& timore plenum, dum ſanguis vena ſciſſa extrahitur,nullum præ ſe ferre vitium:nam euidens eſt argumentum,affectum habere plus venenoſæ qualitatis , q̃ putredinis: aut putredinem eſſe prope corſitam , præterquam ꝙ facultatem plurimum proſternit , laudabilem ſanguinem in morbis extrahere

Experientia & longiſſima obſeruatione confirmatum eſt , non ſolùm cauſam,ſed ſignum eſſe periculoſiſſimum remedia in hac febre à principio non fuiſſe adhibita. Nam præterquam ꝙ Hipp.conſulat remedia eſſe in acutis morbis eadem die adhibenda,tardare enim in talibus malum eſt , rei natura docet in his longè grauius eſſe:quia venenoſa & contagioſa qualitas ſeſe magis,non ſolùm in humoribus, verùm & in ſolidis corporis particulis inſinuat,inſeritq;. Ex quo deinceps difficillimum eſt malo reſiſtere,& laborantes ſanitati reſtituere.

Surditas, si laboranti febre maligna superuenerit bonum esse signum.

Quibus ſanè ſignis aliud adiungitur cui maximè fidere ſolẽt Medici,nimirum ſurditas laboranti ſuperueniens ; quam eſſe lib.1,de Coacis prænotionibus dixit Hippocr. Fluxus ſanguinis narium certum inditium,aut abſceſſus iuxta aures: aut fortaſſe alterius maioris mali: Cum hoc tamen lib.2.Popu. parte 3.loquens de huiuſmodi febre tanquam certum ſalutis præſagium ſurditatem laudat,Cæterùm iudicio noſtro , ob id dictũ eſſe cenſeo,quia ſurditas cum præſtatura eſt optimum ſignum poſt alia accidentia ſequitur,fortaſſis quia ea in ſurditatem degenerant,quod minus malum eſt : verum dum præcedit ſurditas,neceſſum eſt deinceps ſubſequi,quæ ex mente Hippocr.retulimus mala,& longè grauiora,ut Gal.ex profeſſo docet lib.3. Vulga.in hiſtoria Ermocratis,&in hiſtoria Philiſtis,& aliis pleriſque illius loci hiſtoriis . Sicut plures alios enumerat ægrotos,qui ſurdi facti euaſerũt,ut eodem lib.facilè quis videre poterit,in hiſtoria virginis,quæ decumbebat in ſacra via,in abderis,& in hiſtoria Eropiti. Quapropter de ſurditate hac lege iudicandum eſſe cenſeo.

Quibus ſane ſignis plura alia poſſem adiugere , ſicut difficultas reſpirationis(quæ quò difficilior apparet, eò grauius malum portendit)delirium tamen perſeuerans,inquietudo, anxietas,angor,exolutio quæ licet idem videantur portendere, non-

nihil

nihil differre conſtat. Somni etiam profunditas, & maxima malorum ſignorum perſeuerantia, & à nullis auxiliis leuamen, & alia multa, ni hæc ſufficere quæ potiora ſunt, exiſtimaſſem, & ob id breuitati conſulens huius partis hic eſto finis.

De Recta Febrium malignarum curatione. Tratactus Quartus.

CVm id cuius gratia dicta ſunt ſuperiora omnia, curatio ſit, paulo diligentius eam expẽdiſſe oportebit, præſertim cum præ huius febris nouitate non minùs hæſitent aut ignorent medicorum plures, quid certò agendum ſit: quàm circa eiuſdem febris curationem apud Italos Medicos dubitatum fuit, ab anno milleſimo quingenteſimo quinto, uſque in milleſimum quingenteſimum & vigeſimum octauum: nam cùm difficile ſit ubique reperire virum aliquem doctum & vſu probatum, qui cæteros doceat, quæ in hac febre tanquam in nouo affectu fieri conueniat, ob id ſanè (cum hic morbus populariter ad tempus & per diuerſas regiones & partes graſſetur) plures periiſſe ex ignoratione conſtat. Auget quoque ignorantiam mira eius varietas, & mutabilis conditio: nam cùm non ſemper ex eadem morboſi apparatus, ſorte proueniat neque eadem omnino ſigna, ac eaſdem conditiones præ ſe ferat, ob id ſanè decepti vulgares medici & conſilio deſtituti, quonam modo curandi rationem variari oporteat, & quid ſemper & eodem modo obſeruandum ſit, omnino ignorantes, in turpes inciderunt errores. Placuit igitur utilioris & clarioris doctrinæ gratia, vniuerſum hunc tractatum in tres potiſsimas partes diuidere: quarum prima quid aduerſus morboſum apparatum, morbo iam ſuſcepto agendum ſit, docet, ea ſanè certitudine quæ ex ratione & artis principiis ac diuturna & diligenti obſeruatione haberi poteſt. Secunda quid peculiarius prærequirat venenoſa & maligna huius morbi conditio. Tertia verò & ultima docebit qua arte certiùs & ſecuriùs compeſcere ac mitigare variam & mõſtruoſam accidẽtium huius febris naturam poſsimus: quæ proculdubio plus mali ac maius periculum minari ſæpius ſolent, quam morbus ipſe: ac frequentisſime eum intendere habent. Quæ profecto ſiquis diligenter & citra liuorem examinet, inueniet

ueniet facilè multa, quæ ſine dubitatione ſuſpicor multis etiã eſſe profutura.

Victus conditio qualis debeat eſſe, in febre maligna cum maculis.

Ante tamen quàm harum partium expoſitionem aggrediar, qua victus conditione vtendum ſit, paucis abſoluam. Porrò in hac febre ea victus ratio ſeruanda eſt, quatenus ad copiam pertinet, quæ nec omnino multa ſit, nec nimis parca: illud verò ne morboſo apparatui plus materiæ ſuccreſcat, præterquam ꝙ venenoſa qualitas in maiorem materiæ copiam extenſa plus damni citra dubitationem efficiet: hoc verò quia affectio ſuapte natura attemperatione, quæ alimenti copia fit, corrigi gaudet: nã cùm ex corruptione & deterrima qualitate conſtet, ob id cibis miſcere & attemperare decet. Quamobrem mediam omnino victus rationem in quantitate & ſubſtantia aſſeruare oportebit, idque ferè toto morbi tempore: nam etiam ſi in morborum principio vberiùs ſit agendum, vt æger ſufficiat: in hoc tamen affectu paulo inferius eſſe ſubſiſtendum, conſulit ratio dicta, ac licet in ſtatu & in accidentium vehementia decretũ ſit ab Hippoc. à cibo abſtinendum eſſe, cum hoc tamen eadem eſt vtendum mediocritate, quæ attemperationi & mixtioni cum venenoſa ſubſtantia ſufficiat (licet plurimum dare aut quantum venenoſus humor ad ſui temperationem expoſcit, interdicat morboſus apparatus in copia maiori ſitus) ſiquidem ab eadem vt plurimùm omnia accidentia prodire compertum eſt, mediocritas enim omni extremorum damno ſubuenit, & fortaſſe omnia compeſcit. Qualitas verò victus nec plurimùm humecta ſit, ne fomitem putredini præſtet: nec plurimùm ſicca, ut poſſit attemperamentum & extinctionem venenoſo ſpiritui præſtare. Quamobrem vſu & ratione conſtat, pullorum aut gallinarum iura & carnes plurimum prodeſſe. Verum quia vetitũ eſt in peſtilentibus febribus iurulentis plurimum vti, decretum eſt à pleriſque medicorum, eis addere acetoſi alicuius ſucci nonnihil, qualis agreſtæ eſt aut limonum, arantiorum, aut aceti parum. Quod ſi elixæ carnes tædium pepererint, pullis gallinarum aut perdicum aſſis, aut ſaxatilibus piſcibus cum ſucco acetoſo aliquo aut ſale conditis, vti aliquando poterimus, dummodo iuris aliquid non deſit: quod & attemperamenti & alimenti gratia plurimi faciunt medicorum doctiores, præſertim ſi coquatur lactucis, ſcariolis, borragine aut oxalide. Cæterum

quia

quia plerunque hac febre affecti implacabili faſtidio premuntur, primò ſumere oportet aut oxalidem ipſam cum modico ſaccharo, aut lactucam cum aceto, aut arãtiorum acidorũ, aut dulcium carnes, nec non & malorum punicorum grana præſertim acida cum modico ſaccharo: Ex quorum ſucco parari ſolent ſalſamenta guſtui gratisſima, ad appetitum comparãdum: ſed longè gratiora & vtiliora fiunt ex oxalide trita & diſſoluta modico aceto & ſaccharo, præterquam quòd limonum ſuccus & arantiorum id quoque præſtare poſſunt. Quòd ſi cibi inappetentia, aut abominatio id iure poſtulauerit, ad alterius ſortis cibaria trãſire conſulit rei neceſſitas: Ob id pane loto ex amigdalarum lacte, aut aqua chalibeata ex auro cum modico ſaccharo, & agreſte ſucco, aut alio acido vtendum eſt, item præbere oportet ſorbilia oua & ſaxatiles piſces cum ſucco limonum, olera elixa & alia huius ſortis: fugientes quæ tenuiora ſunt, ne facilè in putredinem degenerent: & quæ craſſa, ne cruda ſuperſint. Quorum omnium ſanè (exceptis carnibus) aliquo vti in cœna æquum eſſe conſtat, dum id in minori exhibeatur copia. Potus verò multi à medicis probantur. Cæterum vtiliores parantur ex aqua radicibus ſcorchioneræ & modico cinnamomo feruefacta: aut leuiter decocta additis gutulis aliquibus aceti, aut acetoſi alicuius ſucci: aut iniecta mica panis leuiter torrefacta. Prodeſt quoq; ex hordeo & modico ſaccharo cocta: Sed quæ mihi & guſtui gratior & affectui multis modis vtilior vſu & ratione comprobata eſt, conficitur ex nitidisſima aqua ſæpius chalibeata fruſto aliquo auri, quam tanquam maximum præſidium ſemper magnifecimus. A vino quidem abſtinendũ omnino eſſe nemo ſanæ mentis addubitauit, niſi gratia alicuius accidentis, veluti ſubitus eſt uirtutis caſus, atq; id cum præmeditatione, ita vt vinum ſit & oligo foros & maximè dilutum: nã ſæpisſimè fallit hæc affectio ſub ſpecie imbecillitatis quæ profecto ex malitia humoris aut veneni feritate prodit, potiùs q̃ ex frigida diſtemperie ſpirituum aut ſolidæ ſubſtantiæ defectu: quæ in declinatione ſubeſſe ſolent, potiùs quam morbo incipiente aut uigente. De ſomno expendendum eſt, grauisſimũ eſſe, mox a cibo aut incipiente creſcente ve acceſſione: ſicut a potu tempeſtiue exhibito, hoc eſt inclinante quodammodo caloris feruore, aut in maiori acceſſionis inclinatione

Potus in febre maligna, quales conueniant.

Potio gratissima et valde vtilis in febre maligna que sit, describitur.

ſemper proficuum. At dum venenum præualuerit, plurimum dormire non decet, ne fiat retroceſſus veneni ad interna.

In animi verò perturbationibus ſciendum eſt, eas eſſe huic affectioni inimiciſſimas ob idq; vitandas, & bona ſpe laborantes alendos: hilariq; animo timorem ac triſtitiam diſtrahere oportet: quod ſuſpicor in hac re eſſe magni momenti.

Prima curationis indicatio ab apparatu morboſo ſumpta.

ndicatio desũpta b apparatu morbo o, quæ fit in febre maligna curanda

QVatenus verò ad primum curationis membrum pertinet, conſtat ex huius febris natura (quam ſuperius ſatis ſuperq; expoſitam eſſe cenſeo (primam potiſſimamq; morboſi apparatus rationem ſanguinem eſſe, idq; conſtat ex analogia inter venenoſam huius febris conditionem, & ſanguinem ipſum vt apertiſſimè ex maculis ſemper erumpentibus rubris, conſtare arbitror. Itaque licet non ſemper ſanguis morboſo apparatui vniuerſam materiam præſtet (ſed aliquando pituita, nonnunquam melancholia, & ſæpius flaua bilis: ac iudicio noſtro ſæpiſſime omnes ſimul, ſicut ſimul omnes putreſcunt in putredinis loco, ex concepta ſimul in altero putredine, quæ ob inſolitam malitiam, protinus alijs fit communis) ſemper tñ ipſe venenoſo ſpiritui materiam ſubſternit, ac primò ab incepta putredine efferueſcit, ita vt ſiue pituita, ſiue bilis flaua aut atra putreſcant, ſemper ſanguis in hac febre illis comes it: quamobrem ad rectam medendi rationẽ inſpicere conuenit, & ſanguinem & humorem, qui putredinẽ excipit. Ob id quidem in humoribus morboſum apparatum præſtantibus quatuor præoculis ſemper habere oportet. Primum humoris naturam, ſecũdũ quantitatem, tertium conceptam qualitatem, putredinẽ aut vitium quoduis, quartum verò motum ſeu impetum quo humor ſolet moueri, & in aliquod membrum irruere. Circa primum expendiſſe oportet, cum humor cui primo venenoſa qualitas inhæret, ſanguis ſit (licet non ſemper primô putreſcat) huic primò ſuccurrendum eſſe, anteq̃ aut tota ſanguinis copia venenoſa qualitate corripiatur, aut putredinem ſubeat: nam etiã ſi humoris peccantis, & putreſcentis natura plurimùm ſit bilioſa, idque manifeſtiſſimis ſignis & accidentibus cognita, cum hoc tamen poſthabita eius indicatione, ſanguini primo prouidẽdum

eſt:

eſt:& ob id quouis humore prædominante,ſemper inchoandũ
eſt,in recta medendi rõne à ſanguinis detractione,minimè ve
rò à ſeligente purgatione(quam alijs acutis febribus concede
re non eſſet abs re,vt in libro noſtro de Cõi & peculia. Præſi-
dio.indicatione.abundè diffinitum eſt)ne commotione & effer
ueſcentia facta,vi trahentis medicamenti,in vniuerſam ſangui-
nis maſſam penitius ſeſe inſerat,ac inſinuet in oẽm eiuſdẽ co-
piam venenoſa illa qualitas: Cum hoc tñ vbi compertum fue
rit plurimùm ſubeſſe crudi alimenti in ventriculo & primis ve
nis,non dubitarem caſſia,aut mañá,aut ſyrupo ex nouem in
fuſionibus primam regionẽ primò expurgare, præſertim ſi me
dicus prima die accerſitus fuerit:verùm ſi temporis anguſtia id
nõ ꝑmiſerit,aut laborans optimè ſe geſſerit,in victus rõne, ex
qua certum ſit non ſupereſſe quid crudũ in primis venis, mox
à clyſtere ſanguinem extrahere oportebit , indicatione ſumpta
(vt ad penſum redeam)ab humore cui primò maligna qualitas
ineſt,atqui cùm ſanguis ſit,compertum eſt,ipſum protinus de
trahendum:Tum ꝑꝑ adductas à me rõnes:tum verò vt putre-
dini cæterorum humorum prouideamus,quod nullo alio auxi
lio commodiùs fieri poteſt , q̃ ſanguine miſſo,ut conſtanti au-
thorum omnium aſſertione manifeſtum ſit.

Cuius auxilij gratia addubitare primò oportet, An expediat:
& qñ:ac ſi tþs opportunum defuerit,aut maculæ iam apparue
rint,quid agendum,quove ſubſtituto vtẽdum ſit. Circa primũ
aſſerimus citra vllã dubitationem,idq; multis rõnibus ſangui-
nem in hac febre mittendum eſſe:Tum quia febris de genere ẽ
putridarum,cui nullum aliud auxilium vtilius adinuenit Gal.
9.Siquidem oĩbus putridis ſanguinem eſſe mittendum protu-
lit:tum verò quia morbus maiorem occaſionis partem ex pu-
tredine ab apparatu morboſo orta originem traxit,cui & uenti
lationis & uacuationis gratia proficuam,quinimo neceſſariam
eſſe ſanguinis detractionem , vnanimi conſenſu viri oẽs docti
fatentur:tum vltimò quia contagioni ſubſtracta primò mate-
ria ſanguis eſt,quem minuere antequam ex toto uitium ſuſce-
ptet,prophilaticum & curatiuum dici quodammodo poteſt :
Siquidem minus veneni ſupereſt ſanguine miſſo,ac per conſe-
quens fere ſola cõis putredo citra veneni contagium,à qua fa-
ciliùs ſeſe expedit nã:quò factũ eſt, rõni eſſe conſonum & per-

petua obſeruatione verum, eos qui ſanguinis miſsionem negle
xerunt ſpurciſsima putredine, & uenenoſa, quæ nullis uſquam
remedijs cedere uoluit, miſerè periiſſe: q̃a & uniuerſus ſanguis
& oĩs eiuſdem maſſa ueneni contagio eò conſpurcata eſt, ut
oĩa quanuis maxima & rationi conſona contemnat præſidia.
Quibus rationibus, & aliis adhuc in uerè peſtilẽtibus febribus
à doctiſsimis medicorum adductis) quas breuitatis ſtudio præ
termitto, tanquam firmum & ſtabile præceptum cenſeo, ſangui
nem eſſe citra dubitationem mittendum, ex altero aut utroq;
brachio uena baſilica ſciſſa: niſi in fœminis apparentibus aut
deficientibus menſtruis, quo tempore tutiſsimum eſt conſiliũ,
ex uena tali interna copioſius ſanguinem mittere. Monet præ-
terea ſecunda dubitatio quando id fieri oporteat. Quod ſanè
auxilium, mox à primo die utilius eſt fiat: quinimo neceſſariũ:
nam præterquam q̃ putredini eſt etiam proficuum plenitudi-
nem deponere, ne ultra pergat, quo citiùs ſanguinis copia mi-
nuitur, eò minus uenenoſa euadit morboſa cauſa quæ ſuper-
eſt. nam ſi ſanguis uniuerſus uenenoſam ſemel corruptelã ſu-
ſceperit, quò plus eius deinceps extrahitur, eò grauior & peri
culoſior euadit affectio: quia ociſsimè uires labuntur, tum ſan-
guine miſſo, tum maiori & ſolidiori omnium humorum putre
dine. Ex quo ſanè promulgatum fuit in hiſpania, primo huius
morbi acceſſu apud pleroſque medicorum, in eius curatione
non eſſe ſanguinem mittendum, ex eo ſumpta occaſione, quia
miſſo ſanguine deteriùs ſe habebant laborantes. Quod ſuſpicor
accidiſſe, quia cùm negligenter à principio laborantes tractaſ-
ſent, nullũ ſanguinem mittentes, decepti febris apparente parui
tate: deinceps tñ creſcentibus putredine & febre ſanguinẽ mit
tentes, dum uniuerſus erat ueneno affectus, in grauiſsima mala
& mortem deduxerunt laborantes: Ob id quidem neceſſum ẽ,
ſtatim à primo die ſanguinem detrahere, ut depoſito onere, &
diminuto apparatu minor ſit materia cui contagium inhæreat,
& robuſtior euadat natura ad debellãdum: nam deinceps totũ
negotium illi eſt citra turbationem magni alicuius auxilij com
mittendum: quod proculdubio ſolet eſſe fœliciſsimi euẽtus po
tiſsima cauſa. Nec deſiſtendum protinus eſt à ſanguinis miſsio
ne, ſemel aut bis ſanguine miſſo, donec ſufficiens quãtitas extra
hatur, et ſi prima ſanguinis extractione laudabilis cõſpiciatur

&

& ruber: nam ſi vires conſtiterint ſecundò & tertiò & ſæpe quartò venam ſcindere oportet, donec aliquid eius quod in minera putredinis vitioſum continetur extrahi conſpiciamus, antequam illud reliquum ſanguinem conſpurcet & vitiet. Verùm licet hoc firmum & ſtabile ſit quatenus ad morbi rationē & apparatum attinet, maximam infert hæſitationem id quod ſecundo loco addubitauimus, nimirum ſi tempus principij negligenter aut voluntariè præterierit, nullo ſanguine miſſo, quo ſubſidio eius loco vtendum ſit, præſertim maculis iam apparentibus: Cui ſuccreſcit alia conſideratio, uidelicet dum corpus imbecille admodum eſt, modò ſit ex morbi malitia, modò ex alia quauis cauſa (dum modo ex plenitudine non ſit: nam ea exiſtenti nulli dubium eſt, quin ſanguinem protinus mittere oporteat) quid agendum ſit, ſiquidem in his ſanguinis detractione vti tutò non datur. Iuxta primam dubitationem non deſunt qui refractorio & peruicaci animo nitantur defendere, maculis apparentibus, non licere amplius ſanguinem detrahere vena ſciſſa, etiam ſi plenitudo ſubſit, ne retroceſſus fiat materiæ illius uenenoſæ ad interna uiſcera & cor, credentes ſemper quo natura uergit, eſſe ducendum: quaſi illud fuiſſet uerum iudicium, ac cutis conueniens regio craſſis & crudis humoribus expurgandis: Et rurſus quantitas macularum ſufficiens euacuatio, pro humoris peccantis quantitate: Et item principiū tempus idoneum ad criſim perficiendam, ac deniq. expulſio illa opus naturæ rectè operantis.

Atque præter hæc omnia (dimitto etiam penè innumera Hippocratis & Galeni loca, quibus diminutam vacuationem & damnant & ſuppleri iubent) tantùm abeſt ut retroceſſus fiat macularum vena ſciſſa, quod nullo auxilio promptiùs neque ſecuriùs poſſent plures ad cutem trahi, quàm depoſita, quæ naturam grauat plenitudine: nam deinceps ut apud Galenum fertur, potentior euadit ſupra reſiduum. Ratio in promptu eſt, nam ſi huiuſmodi expulſio naturæ eſt actio, quò quantitas fuerit minor, & natura robuſtior eò fœliciùs excernet: quò fit, ut id quod irritata præ copia non ualuit pellere, deonerata prōptiſsimè excernat. Retroceſſus namq. tantū fiet interioribus partibus humori conuenient deſtitutis & depauperatis, ſed plenitudine adhuc depoſita ſufficiēs quantitas ſupererit

Sanguinis missio per venā sectā an conveniat apparentib. maculis in febre maligna.

ita ut vaſa neq; appetitu neq; indigentia, quod ſemel tanquam inutile tranſmiſerunt, ampliùs trahere conentur. Præter quam quòd plus mali efficiet plenitudo exiſtens, quam retroceſſus macularum, nulla exiſtente in corpore plenitudine: ratio profectò eſt, quia maior venenoſitas ſubijcietur plenitudine exiſtente, quàm ea erit, quæ cum maculis retrocedet. Quamobrem ſuſpicor tribus potiſſimis rationibus, apparentibus maculis, ſi plenitudo ſubſit, ſanguinem eſſe mittendum: prima quia natura minimè poterit per cutem copioſam materiam vt laboranti proſit, expellere, ſaltem in principio morbi: Secunda quia vniuerſus iſtius affectus apparatus exiſtit in venis maioribus, quæ prope cor ſunt: quò fit, ut rationi ſit conſonum, etiam per maiora uaſa quàm ea ſunt, quæ in cutem tendunt, copiam deponere, antequam permittamus diu naturam fruſtra conari, quod ſperamus minimè ſuffecturam: tertia verò & vltima, quia vt dictum eſt, quò maior fuerit humoris copia, cui ſeſe inſerat & inſinuet venenoſa qualitas, eò grauius eſt periculũ, maius inquam quàm retroceſſus macularum efficere poteſt. Quibus rationibus conſtat, turpe eſſe, ob incertum periculum ſimulare ac differre, quæ poſtea irreparabilis mali cauſam ſunt præſtatura. Cæterùm (ut ultimo quæſito reſpondeamus) ſi aut plenitudo mediocriter ſit depoſita, licet non ex toto, aut laborantis corpus imbecille admodum fuerit, mihi non eſt dubium, quin ſanguinis miſſio maximum ſit allatura periculum: Ratio eſt quia uiribus infirmioribus factis, minùs ſufficit natura ampliùs ad cutem pellere, neq; quod ſupereſt coctione aut euacuatione alia deuincere quamobrem tentandum eſt alijs auxilijs ſanguinis detractionem ſupplere.

Apparentibus maculis sanguinem esse mittendum.

Quod Cucurbitarum uſus ſit maxime neceſſarius.

NUllum ſanè aliud auxilium ex his quæ adhuc ars adinuenit, aut ex cogitare poterit, huic vſui præſtantius & commodius proficuum fore ſperandum eſt, quàm cucurbitæ cũ ſcarificatione: quarum efficaciam & præſtantiam in hoc affectu nõ ſatis cognitam neq; laudatam eſſe cenſeo: Quarum vſus multiplex profectò eſt, nam ſanguinem minuunt citra virium & ſpirituum ſenſibilem iacturam: calorem à partibus internis vbi

feruidus

feruidus eſt, euocant: ſpiritus veneficos à corde in extimas partes alliciunt: humores (vt paulo inferiùs latiùs docebo) ad ſe à quacunq. corporis parte trahunt: Deniq. omnem ferè in hoc affectu ſcopum quodammodo videntur complere. Quapropter dum vires prima ſanguinis miſsione labuntur, & neceſſum eſt vlteriùs ſanguinem extrahere, eiſdem tutò vti licet: nam & ſanguinem minuunt, & à corde diſtrahunt, & virium robur conſeruant. Ob id etiam in his qui exoluuntur ſanguine miſſo, & imbecilles ſunt ob quancunq; cauſam, maximam fiduciam præſtat ſanguinem per cucurbitas extrahere: Ratio quidem eſt, quia veritati conſonum videtur, in his eſſe ſanguinem tenuiorem qui promptius & faciliùs veneni contagium ſuſceptant. Quem proculdubio nullo alio auxilio tutiùs & citiùs extrahere poterimus, quàm cucurbitis, quibus datum eſt, tenuiores corporum ſubſtãtias trahere. Itaq. idoneum tempus adhibendi hoc præſidium eſt, dum ſanguine miſſo laborans anxius, inquietus ac defatigatus adhuc ſupereſt, impotens vlteriorem venæſectionem tolerare. Item in imbecillioribus, in quibus vires nullam aliam permittunt ſanguinis detractionem. Præterea in his in quibus maior eſt venenoſitatis copia quàm humoris: nam miro quodam modo venenoſam illam qualitatem trahere ſunt natæ, quas quidem diu (dum ſcarificare confert) in parte detinere non placet: nam concreſcit extrahendus ſanguis, & difficilius à cucurbitulis deinceps fugitur. Præſtant etiam in fœminis quæ pepererunt & probe purgatæ non ſunt: aut quibus menſes non prodeunt de more, vbi ſuris adhibitæ multum ſanguinis extrahũt. Quas etiam in viris & in ſe ipſo in peſtilenti quadam febre expertus eſt ſumma cum vtilitate Gale. primo ſubinde ſanguine extracto, cuius verba ſunt hæc lib. de Cucur. ſcarificatione. Et ſanè dum peſtilentia vehemens Aſiam deprehendiſſet, multoſq. perdidiſſet, meq. etiam morbus attigiſſet, ſecunda morbi die, remiſſione febris facta, crus ſcarificaui, duaſq. ferè ſanguinis libras detraxi: hacq. de cauſa periculum vitaui. Pleriq. igitur etiã alij hoc præſidio vſi ſuperſtites euaſere, erant enim plenitudinis ſigna: Illiq; præcipuè ſaluabantur, qui ſanguinem copioſum exhauriebant. Qua quidem ſententia euidenter conſtat, in ea peſtilentis febris conſtitutione, cui plenitudo præſtat apparatum, plurimum ſanguinis eſſe educendum, adhuc etiam per ſcarificationem

tempus idoneu adhiben[di] cucurbitulas

tionem crurium. Ratio potiſsima eſt, quia per eaſdem & plurimum quoq. extrahitur, & quod venenoſum eſt, à corde diſtrahitur ac quod non euacuatur, longiſsimo diſsidet à corde interuallo, quod non contingit cucurbitis adhibitis prope cor: nam maior venenati ſanguinis copia prope id viſcus ſubſiſtit, & mox ipſum iterum apprehendit, quod nequit efficere ſanguis qui ad crura delabitur: & ob id magnifeci ſemper crurium ſcarificationes, quia eſſe utiliſsimas, obſeruatione compertum habui. Nec diſplicet eorum ſententia, qui ſanguinem primò ex talo copioſè fundunt. nam eadem militat ratio, quam profectò ſanguinis detractionem fœminis eſſe proficuam, citra menſium conſiderationem experientia docuit: abundant.n. ex lege naturæ in partibus prope uterum plurimo ſanguine, neq. ob id credendum eſt, uiris incommodare, præſertim quum maxima fuerit & plenitudo & uenenoſitas, quarum ratione neceſſum ſit & plurimum ſanguinis extrahere, & quod ſupereſt plurimùm à corde diſtrahere.

Crurium ſcarificatio quando conuenit.
Venæ tali ſectio in feb. maligna quantũ proſit.

De Hirudinibus.

EXtrahimus etiam ſanguinem, uacuandi & diſtrahendi gratia ex æmorrhoidibus per hirudines, præſertim in his corporibus in quibus melancholicæ redundantiæ ſigna ſubſunt: nã talia parciſsimas expoſcunt ſanguinis detractiones, & ob id dũ opus fuerit ultra progredi in ſanguinis detractione, commodiſsimè ex æmorrhoidibus extrahitur: nam ab eis & uiſcera & interiora uaſa omnia facilius euacuantur ac uentilantur: fœculentus ſanguis qualis in his corporibus redundare ſolet, euacuatur, & uirus etiam ipſius mali hirudinum ſuctu ociſsimè ad eam partem allicitur: Et ob id earum uſum ſummopere in hac febre laudo.

Hirudinum uſus quando conuenit.
Hæmorrhoydæ quando aperiendæ.

De alijs humoribus qui morboſum apparatum efficiunt.

DVm uerò ſanguinis copia ſufficienter deponitur, alijs humoribus qui morboſum etiam ſubſternunt apparatum, & iam putreſcunt, prouidendum eſſe conſulit medendi ratio nam hos dum putredo inuadit, neceſſum eſt, quantitate quæ ob

ſtruat peccare,& qualitate maligna & à natura aliena affici partim ex putredine oborta: partim uerò ex uenenoſa contagione. Quapropter duplex erit ſumpta ab his quæ diximus indicatione medendi ratio: altera quæ putredini obſiſtat, & humorem coctioni aptum reddat: altera uerò quæ quantitati prouideat, purganti pharmaco ſufficienti quantitate & opportuno tempore exhibito. Circa primum diligenter à principio curandum eſt, ne putredo ultra pergat, ſanguine ut dictum eſt miſſo, & exhibitis medicamentis quæ humorum uitium reſpiciant: Contrahitur nanq; id in humoribus ex duplici cauſa, ex contagio nimirum (cuius paulo inferiùs latiùs meminero)& ex feruore ab immodico calore oborto, ex quo contingit eorum partes ex putredine ſeparari ac diſſolui, ob idq; medicamenta quæ huic putredini contrarientur, primo morbi acceſſu ſunt adhibenda, qualia ſunt calida plurima, quibus in hac febre uti nuſquam datur, niſi dominante pituita & cum frigidorum mixtione: & frigida ac ſicca etiam, quæ feruorem extinguant, calorem compeſcant acrimoniam retundant, & diſſolutionem humorum ac ſpirituũ inhibeant, ueluti ſyrupus boraginis, portulacæ, cichorij, de ſucco granatorum, acetoſus ſimpl. de ſucco acetoſæ, de acetoſitate citri de ſucco limonum, de agreſta, uinum etiam punicorum cũ ſanthalis albis & rubeis confectum, quibus addere oportet maiorem copiam quam ſolemus aquæ aut decocti alicuius ueluti ſcorchioneræ ſcordij, pentaphili, aut hordei, nam ex maiori aquæ copia dilutiores fiunt, permeantq; citiùs ad maiora uaſa, antea nimirum quàm incaleſcant & alterentur. Verùm ſi per ſignum aliquod compertum fuerit in uentriculo aut prope ipſũ eſſe, aut ad ipſum confluere partem aliquam humorum peccantium, eoſdem ſyrupos adhibere oportet citra alicuius liquoris permixtionem, quibus frequenter mane & interdiu uti oportebit.

De Humorum præparatione & caloris extinctione.

Præterea mox à primis ſanguinis miſſionibus apozematib. quæ eundem præſtent uſum, & euidentiùs ebullitionem humorum extinguant, uti eſt neceſſum, quæ non ex decoctis, nam guſtui eſſe ingratiora experientia compertum habeo, ſed ex ſtil

Syrupi conuenientes pro præparatione humorum.

latijs

latijs aquis confecta utiliora eſſe diuturna obſeruatione probauimus ex aquis nimirum acetoſæ, bugloſæ, boraginis cichorij, ſcordij, ſcorchioneræ & plantaginis, aut ex leui hordei decocto vel ex aqua lapideo mortario percolata additis quidem ſyrupo roſaceo aut aliquo ex ſupra dictis præſertim ex acidioribus ita vt dilutisſima fiat potio, ex duodecim nimirum partibus aquæ & vna ſerapij alicuius: additis pulueribus diamargaritonis frigidi pondere dragmæ ſemiſſis, aut de gemmis ſine ſpeciebus aut margaritarum præparatarũ, aut lapidis vezoar appellati aut cornu unicornij, aut addita confectione de iacinto: quibus frequẽter (dum modo non ſit mox à paſtu) uti oportebit: nam potiſſima coctionis ratio eſt) ut nos lib. de Auxiliorum indic. capite de Præparatione humorum, abundè expoſuimus) correctio humorum peccantium per contrarias qualitates, eis quibus calor præter naturam utitur ad putrefactionem efficiendam. Itaque feruore ex febrili calore extincto, facilè natiuus calor coctionẽ aggreditur & perficit: deniq. & potibus refrigeratis & victu, apozematibus, ſyrupis, clyſteribus, & ultimo aere omni arte refrigerato, corporis calorem & feruorem extinguere oportebit. Verum ſi decocto aliquo uti placuerit, in his qui guſtui non indulgent, & robuſtiores ſunt, incredibili quadam efficacia utiliſſimum eſſe cenſeo, decoctum quòd recipit, hordei integri à recrementis mundati *p. ij.* cichorij *m. i.* florum boraginis & bugloſæ ana *p. ſ.* pimpinellæ, & ſcabioſæ ana *m. i.* ſeminis acetoſæ & citri an. dr. *ij.* contundantur omnia præter hordeum, & coquantur, in *li.* vi. aquæ uſq. ad conſumptionem tertiæ partis, colentur cum leui expreſſione, & colaturæ adde, ſaccharij albiſſimi *onc. iij.* ſucci granatorum acrium aut limonum. *onc. iij.* & uſui ſerua, ac frigidum præbe. Quibus ſanè præſidijs donec purgationis inſtet tempus, procedendum proculdubio eſt, cauentes tamen, ne aut uentriculi coctionem interturbent, aut ventrem plurimum ſoluant, aut ſolutum citatiorem reddant.

Decocti optimi deſcriptio ad præparandos humores.

De Purgatione.

His quidem præmiſſis humorum quantitati purgatione prouidendum eſt, Atqui cùm multiplicem ſoleat natura in hac febre vacuationem tentare, per aluum nimirum vtranque,

per

per vrinam & ſudorem, videndum ſanè eſt, an omnes liceat medico excitare, & quo tempore, & quibus medicamentis. Cuius rei gratia expendiſſe decet, licet ſudores vtiliter mouere frequēter natura ſoleat, cum hoc tamen non licere medico eoſdem in huiuſmodi febribus excitare, ſicut neq. vrinas: ambo enim exoptant medicamenta, quæ maiorem poſſent humorum feruorem & ebullitionem concitare, maiuſq; incendium: ob idque prædictas uacuationes vtcunq; mouere, nefas profectò eſt, iuuare tamen dum eas natura conatur & tentat, vtile eſt & neceſſarium. Quapropter ſufficienter depoſita plenitudine, obſtructione, & cruditate (nam aliter id tentare pernicioſiſſimus ſæpæ fuit) etiam ſi morbus ſit in augmento, ſi æger ſudare inceperit, præſertim maculis iam apparentibus, ac natura munus inceptum nequeunte perficere, porrigenda eo tempore ſunt quæ modicè ſudores mouere nata eſſe cenſemus, veluti decoctum fœniculi & lachæ, caricharum cum radicibus ſcorchionerae, & bugloſæ aut foliorum ſcordij & trifolij oderati. Item aqua bugloſæ leuiter calida, aut florum papaueris erratici, & alia quæ citra maximum calorem id munus præſtare poſſunt. Pari quoq; ratione admouendas vrinas idoneorum aliqu d, alijs medicamētis ab extincto febris feruore miſcere oportebit, ueluti decoctū quatuor ſeminum maiorum, cum radicula aliqua diuretica, aut cichorij: Curandum nanque perpetuò eſt in hac febre, maiorem humoris partem à principio minuere: nam peſtilentes & malignæ febres ex propria natura natæ ſunt iudicium nunquā efficere ad ſalutem: quia veneno ſa qualitas coctione non corrigitur, & ob id præcedentibus ſignis optimæ coctionis, ſuſpectū eſt in his affectibus & dubium, bonū iudicium expectare, nanq. euacuatio ſalutem factura in vigore ſpectanda non eſt in peſtilenti affectu: quamobrem, ſecurior eſt ea morbi ſolutio, quæ paulatim & ſenſim fit, quàm quæ neceſſariò pugnam prærequirit, ex qua nuſquam victrix euaſit natura. Qua potiſſimum ratione conuenit, quacunq; natura parte vergat, ſi regio conueniens fuerit, ei opem ferre: ſæpiſſime enim in ventrem ſuperiorem irruit, nauſea & vomitibus frequenter excitatis, quo tempore leuiuſculis vomitorijs conari aliquid eorum quæ nocent expellere, neceſſum eſt. Verùm quod in his humoribus excernendis maius infert dubium iudicio noſtro eſt, quādo, & quo pharmaco

maco corpus expurgandum ſit. In qua quidem re conſulto præ tereo dubia pleraq;, quæ in peſtilentibus febribus & in alijs putridis moueri ſolent, de tempore & efficacia purgantium medicamentorum. Plures enim ſunt ex authoribus qui conſulunt à principio id fieri vehementibus medicamentis, alij debilibus, tam in his quàm in ſolùm putridis: alij ſanè id omnino renuunt. Verùm cùm febris maligna ſit vtriuſq; vitij particeps, ideo medio quodam modo incedendum eſt, ad id nimirum extremum vergentes, ad quòd altera morbi pars declinauerit: ad venenoſitatem videlicet, aut putredinem. Quamobrem dum præeſt magis uenenoſitas quàm putredo, mihi non eſt dubium quin ante ſeptimum ex purganti aliquo leui ſit vtendum: At ante ſanguinis detractionem, cruditatibus exiſtentibus in primis venis: Sin aliter detracto ſufficienter ſanguine ſexta die, purgare oportebit. Purgans autem medicamētum ex leuioribus eſſe neceſſum eſt, veluti caſia, manna, ſyrupus ex infuſionibus. Aut ſi crudorum ſuccorum redundantiam in venis cognouerimus, mirabile fit in hac febre præſidium ex expreſſione agarici & ſyrupo ex infuſionibus, etiam ſi obſeruatione ſit frequenter confirmatum, in agreſtibus ac ruralibus hominibus rhabarbari aut agarici infuſo poſſe uti, quo purgandi genere minimè in urbanis & delicatioribus, ac his qui non habent laborioſum admodum uiuendi genus: aut dum morbus prope 7. eſt, uel feruorem iam contrahere inceperit, uti minimè citra maximum diſcrimen datur. Verum ſi morbus præualet magis putredine, quàm venenoſa qualitate, eiſdem purgationem fieri neceſſum eſt: cæterùm prima, ſecunda & interdum tertia die ad ſummum, nam purgātia medicamenta etſi eo tempore cruditatum in primis venis exiſtentium gratia adhibentur: cum hoc etiam nonnihil putridi humoris extrahitur: quod quidem raró eſſe agendum cenſeo, præſertim dum humores efferueſcere incipiunt. Quo purgandi genere conſultiùs eſt à principio morbi uti, quàm dum cruditates venas maiores ſubingreſſæ leui pharmaco cedere nequeunt: nam purgatio ipſa & corpus & coctionem & naturam turbat. Et ob id prudentiores medici, aut omnino renuunt à principio purgationem, aut leuibus moliuntur, aut ſi neceſſitas plurimùm urget, ante humorum efferueſcentiam eam efficiunt. Quòd ſi occaſio in principio non ſubſit, differendam omnino

cenſent,

Purgans medicamentũ in febre maligna quale, et quo tempore conueniat. et folio 357. linea 20.

Homines rurales quomodo sint tractandi

cenſent,optima medendi rõne ducti:Nam probatum mihi obſeruatione fidiſsima habeo,vtilius longè eſſe, quàm medicamento intempeſtiuè exhibito,maiorem efficere humorum ebullitionẽ.

Verum dubitabit aliquis & merito,qua nam ratione fieri poſſit,medicamenta hæc tam leuia venenoſa contagione affectos humores purgare poſſe: Cui dubitationi dicimus , huiuſmodi humoribus ſat eſſe principium motus leui aliquo pharmaco præſtare: nam ipſimet poſtmodum malitia, acrimonia,& mordacitate naturam excitant, vt nacta a leui pharmaco principium validiſsimas deinceps in hac febre purgationes efficere ſoleat eo quidem maiores,quò venenoſior eſt materia,ita ut facilè in dyſenteriam humores prorumpant: qua profecto ratione cenſeo hæc leuia medicamenta ſufficere ad huiuſmodi purgationes , quæ ante ſeptimum fiunt.Itaq; curandum eſt omni arte vt ante ſeptimam diem & ſanguinem & reliquos humores minuamus, uerum ſi utriq; vacuationi locus non ſit,ob medici aut laborantis incuriam,ſanguinem copioſè fundere conueniet & purgationem donec morbus ſubſiſtat, differre.Sexta autem die tranſacta prædictis auxilijs & eis quæ mox referam,frequenter uti conuenit,donec accidentia miteſcant, malignitas frænetur,& putredo ſubſideat.Purgari tamen nuſquam decet poſt ſeptimam diem,niſi decima quarta tranſacta aut febris feruore remiſſo: aut urgenti peculiari aliquo accidenti,ꝙ id expoſcere uideatur,ut uẽtriculi aut inteſtinorũ anxietas dolor ue,alioquin uerò minimè: licet in alijs febribꝰ quæ nõ ſunt uenenoſæ naturæ,cũ nauſeabundam & humore onuſtam nãm ſentimus uitiliſsimũ ſit pharmaco uti purganti. At pituitoſis humoribus dñantibus rarò ante decimã ſeptimã eſt neceſſũ. Quibꝰ ſanè temporibꝰ fugiendũ oĩno tanꝙ à ueneno eſt,à uehementibꝰ medicamentis,utpote iterũ efficiẽtibꝰ feruere humores caloreq. denuo accedentibꝰ quamobrẽ obſeruatione ꝓbatũ eſt à medicorũ doctiſsimis ſolo rhabarb. infuſo cũ ſyrupo ex infuſionibꝰ aut agarico & eodẽ ſyr. manna aut caſſia cũ eiſdẽ rhabarb. aut agarico purgandũ eſſe.Præterq; in ruralibꝰ & agreſtibꝰ hominibꝰ in quibꝰ non erit abs re inclinãte morbo aliqđ ex electarijs purgantibus,iuxta ideam humoris peccantis pondere duarũ aut trium dragmarum cùm prædicto ſyrupo admiſcere,niſi ex peculiari affectu laborans aliud popoſcerit: nã ex immodica & intempeſtiua ſeligentium medicamentorum

exhi-

exhibitione ſæuiora accidentia & maiora mala ſuccreſcere frequenter viſa ſunt.

Quid aduerſus malam qualitatem agendum ſit.

ALtera autem curandi ratio quam à principio cognita ſemel morbi malitia, inſtituere ſimul cum alijs præſidijs oportet, verſatur circa contagioſa ſeminaria,& conceptam humorum venenoſitatem. Nam cum is morbus ex maligna & putredinoſa natura ſimul conſtet, vtriuſq. naturæ etiam auxilijs vti adinuicem oportet, quinimmo miſcere vtraq. decet,vt & putredini,& venenoſæ qualitati ſimul obſiſtant. Cæterùm febriũ malignarum remedia per indicationem inueniri ad vnguem minimè poſſunt: quia indicatio à cognita rei natura ſumitur, at incognita eſt (ut omnibus patere arbitror) natura peſtilentiũ morborum,& aliorum qui in tota ſubſtantia ſunt poſiti, quibus non ſuccurrunt auxilia euidentibus qualitatibus prædita, ſed quæ aut occulta quadam natura, aut uniuerſa ſubſtantia, qua ſui generis malis opitulantur,ſunt munita: quare in his in quibus indicatio locum non habet, ars duo alia excogitauit inſtrumenta,quorum beneficio perceptione eius quod iuuat, aut lædit, in commodis opem ferre poſſimus: obſeruationem inquã & analogiſmum. Obſeruatio ſeu experientia eſt, memoria eius quod ſæpius & eodem modo accidere viſſum eſt, analogiſmus verò eſt comparatio & perceptio cauſarum iuuantium per ſimilitudines. Atqui cum febris hæc de genere ſit peſtilentium, de numero quoq. erit venenatorum, quæ aſſumpta, & ictibus panata perpetuò incorpore multiplicantur,& per ſe & ſponte augentur,donec interficiant, vel finiantur: & ob id eiſdem omnino auxilijs in huiuſmodi febribus vtendum eſt,ac in venenoſis ipſis affectibus. ex quo ſequitur, in hac febre quatenus ad malam qualitatem pertinet,ſolis alexipharmacis & his medicamentis, quæ veneno obſiſtunt, agendum eſſe: quod cum multi neotericorum expendiſſent, dubitarunt, an in huiuſmodi febribus neceſſum eſſet ſanguinem mittere, aut expurganti medicamento vti: ſed qua ratione in hac ſfebre utrunque fieri oporteat, abunde eſſe dictum cenſeo. Supereſt nunc docere, qua lege quibus ue conditionibus alexipharmaca hac febre affectis admini-

miniſtrare deceat , quod quibuſdam præceptis monſtrare aggredior.

Sit igitur primùm præceptum , mox à principio alexipharmaca eſſe aut alijs miſcenda, aut per ſe ſola exhibenda : nam cùm maligna cõtagio neq. purgatione neq. ſanguinis detractione, aut quouis alio ex auxilijs quæ putredini obſiſtunt, quieſcat fræneturq; , fit ſanè quò negligentiùs & moroſiùs hæc adhibentur, eò contagioſa ſeminaria magis ſeſe in reſiduo materiæ inſerant inſinuentq, : & ob id diſplicuit profectò ſemper, quorundam medicorum negligentia, qui donec maculæ appareant, aut ſaltim tranſactis primis diebus, alexipharmaca adhiberi negligunt, non ſine magno laborantium diſcrimine : nam quò citiùs veneſica vis obſiſtitur, eò ſecuriùs cætera præſidia adhibentur.

Secundùm præceptum eſt, à principio ſola eſſe exhibenda , ac quò humor maiorem concipit putredinem, eò magis alijs eſſe admiſcenda: niſi veneficam qualitatem in reliquis ex putredine obortis prædominari cognouerimus : quemadmodum in his febribus quæ lethales omnino exiſtunt, in quibus prope ſtatum cocta ẽt materia venenum præualet , ac lethales efficit uacuationes, & pernicioſum iudicium.

Tertium præceptum eſt, quoduis alexipharmacum non eſſe cuiuis corpori, febri, aut affectus tempori indiſtinctè adhibendum: ſed cuiq. pro ueneni, humoris, febris aut corporis natura, ſuum ineſt proprium & peculiare alexipharmacum (cenſeo.n. quòd plura nobis fœliciùs ſucceſsiſſent , ſi hæc diligentiùs expendiſſemus) nam multis frigida vices alexipharmaci præſtant: alijs calida: pleriſq. ſicca: plurimis acida : & ſic alijs alia iuxta rationem modi operationis veneni , aut ſubiecti humoris , aut corporis laborantis, nam & hæc omnia & plura alia expendiſſe oportet .

Quartum præceptum eſt, eius naturæ neceſſario fore alexipharmaca , quæ ſimul habeant manifeſtas qualitates putredini & humoris conditioni contrarias: nam vt dictum eſt, ex utroq. uitio conſtat huiuſmodi affectus, putredinoſo nimirum & uenenoſo ac maligno .

Quintum præceptum eſt, ut liberaliùs ſuam gratiam huiuſmodi alexipharmaca noſtris corporibus impertiantur, frequentiùs porrigenda eſſe, aut cum ipſis alimentis commiſcenda, quæ

cum

cum auidius amplectatur natura, eò vberiùs & citiùs eorum
beneficio fruitur: licet inter vnam & aliam cibi exhibitionẽ eo
rum quoq. aliquid ſit porrigendum, ut & in venis & in uentre,
ac ubiq. ſit quod veneficæ qualitati obſiſtat.

Sextùm præceptum eſt, plurimum ab errare qui hæc phar-
maca largioribus potibus admiſcent (licet neceſſum ſit aliquan
do potibus quoq. eorum aliquid admiſcere, uidelicet dum intra
nea & recondita eſt contagioſa qualitas) ſatius.n.eſt, diutius in
ventriculo immorari. Nam ibidem actuata multis membrorum
principalium prouident, ad omnia uirtute tranſmiſſa: Preterquã
quòd putredini quæ ſicciora ſolidioraue ſunt, & in pulueris for
mam redacta, magis obſiſtunt.

Alexipharma cord genes duplex eſſe. et Alexipharmacorz prim generis Catalogus.

His exactè penſatis cenſemus alexipharmacũ huic febri pro-
ficuum, genere eſſe duplex: aliud quod pugnat aduerſus uene-
ni effectum: aliud quidem quod aduerſus ipſum uenenum. In
primò ſanè genere (cùm uenenum hoc ſordidiorem & intra-
neam reddat putredinem, in quã partes adinuicem ſeparantur,
& ſpiritus & ſubſtantia ipſa plurimùm diſſipantur: & ut rectiùs
loquar, omnis partium & humorum natura diſſoluitur) ea me-
dicamenta proficua ſunt, & alexipharmacum agunt, quæ natura
ſunt ſicca & quodammodo firmantia & continentia mixtum
ne diſſoluatur, ueluti terra ſigillata, bolus armena, puluis coral
lorum, cornu cerui & monocerotis, ſaphiri, hiacinthus, ſma-
ragdus, os cordis cerui, gemmæ præparatæ, electarium de gem
mis, lapis bezohar, & deniq. omnia quæ conſimilem habent uir
tutem, hæc nanq. præterquàm quòd ueneni etiam uires fran-
gunt, quodammodo comprimunt, ne ultra ad cætera membra
pergat, ac præcipuè ſpiritus firmant, roborant & partium diſſo
lutioni compreſſione quadam obſiſtunt, atq. etiam putredini
ſiccitate ſua mirificè opponuntur. Quamobrem in omnibus
corporibus ac in quauis humorum natura omnibus alijs alexi-
pharmacis à principio miſcenda eſſe conſulo: præpeditur.n.ue
neni commigratio ad vlteriores partes & humores, & tandem
firmiores fiunt, ita vt difficiliùs putredini cedant, quò fit vt re-
medijs detur locus, antequàm malum fiat irreparabile. In ſecũ
do autem genere exiſtunt, quæ ſpiritum venenoſum extingunt
educunt, frangunt, vel ex occulta proprietate & antipathia pel-
lunt: nam cum venenoſa qualitas tàm ſit à primarum qualita-

Alexipharmaca ſecundi generis quæ ſint.

tum

tum natura aliena, non poteſt niſi abhis qui extingunt aut urũt, reprimi & compeſci. Multa ſanè apud varios authores quæ urunt, & ſpiritus veneficos diſſipant, & conſumunt, conficiuntur, veluti theriaca, mithridatum, angelica herua ſic appellata, & radix eius puluere exhibita, aut aqua decocta & potui data, electarium de gemmis cum ſpeciebus, dictamũ, biſtorta, caſſia lignea, cinnamomum, ſcordium, camedris, pentaphilon, ſcabioſa, cardus benedictus, gentiana, ariſtolochia & huius cenſus alia, inter quæ conſultò multa prætereo, nequis fortè inconſiderate eis vtatur, quæ paulò maiorem diligentiam requirunt, quam tyrones deceat: Nam & ea quæ mox diximus maxima cum cautione adminiſtranda ſunt, tempore nimirum frigidiori, aut nihil æſtuante, ætate potiùs declinante, quàm uigente, temperatura frigidiori, prædominante pituita, aut febre exiſtente remiſſa. Cæterùm maligniori: Nam in alijs proculdubio cum calida ſuapte natura ſint, calorem aſcendent, febrem augebunt, ac ebullitionem: & agiliores reddent humores, vt promptiùs in principaliora membra irruant. Quamobrem cautè eiſdem vtendum eſſe conſulo, quibus ſemper admiſcere conuenit aquam cucurbitæ, acetoſæ, ſuccum limonum, aut acetum ipſum, aut quod utilius eſt, miſcere eadem oportebit ſyrupo de ſucco limonum cum modica aqua auro chalibeata, & alijs potionibus frigidis, quas ſuperius diximus. Quæ vero uenenoſam qualitatem refrangunt & extingunt, plura profecto apud authores reperiuntur, frigida ſanè ſunt omnia, & actu & potentia ſicca eſſe conuenit, quibus non ſemper vti tutò datur, licet tutius ſit in hac febre refrigerare, etiam ſi ſit extra debitum tempus, & alijs febribus conceſſum, præſertim tempore æſtuanti, in iuuenili ætate, ac æſtuanti febre: nam in alijs febribus tantùm frigida adminiſtramus caloris extinguendi gratia, in hac verò, & ob hãc cauſam, & ob venenoſam contagionem quæ omnem aliarum rerum indicationem ſuperat: cum hoc tamen, quia huic affectui protinus ſuccreſcunt vires imbecillæ, quæ frigidæ occurſum & copiam citra euidens periculum perferre nequeunt, & quia aliquando obſtructionem maiorem efficere ſolent: ob id ſane quidem eiſdem uti oportebit, aut ſaltem nunquam poſthabitis viribus, quæ tamen licet imbecilles ſint, quia id contrahunt ex veneni natura, cui frigida opponuntur, non ob id ex toto ea renuunt,

nuunt, ſed ſenſim & paulatim eſſe adhibenda conſulunt, & eò liberaliùs quò vires fuerint validiores. Frigida autem in hunc uſum parari poſſunt, ea nempe quæ ſuperiùs putredine obſiſtere diximus, quibus addere oportet alia quæ cum hoc, venenoſam qualitatem refrangant: Veluti eſt mica panis ſucco limonum, arantiorum, agreſte acetoſæ, aut aceto madefacta mane ingeſta: idem præſtant acetoſæ folia aceto madefacta, eadem hora deuorata: Pulpa item viridium tamarindorum ſaccharo condita quæ nuper adnos ex Luſitanorum india aſportatur, incredibili efficacia putredini & venenoſitati obſiſtens. Præſtant quoque eandem gratiam frigidi pulueres, quos paulo antea retuleram cum prædictis aquis aut ſyrupis frigidis commixti, aut paſtillorum forma exhibiti: proſunt & conſeruæ omnes frigidæ cum potu aut puluere aliquo, ex ſupradictis. Denique cognita materia cuius ſufficientem copiam diximus, facile profecto erit, uaria effingere apozemata, aut refrigerantia auxilia: quæ in maiori copia ſunt adminiſtranda, vt non ſolùm qualitate, ſed & copia quoq; extinguere venenoſam qualitatē poſsint: ſæpe.n.frigidæ potus, dú corpus id tolerare pōt(nam vires plurimùm cauere oportet) ſufficiēter hmōi contagium extingunt.

Tamar. vinum ..di pulpa plurimu valere in feb. ma.

Cauendum proculdubio in huiuſmodi febre eſt ab epithematibus quæ extra apponuntur: namq. nulla artis lege, nulla ue ratione in venenoſis affectibus adhiberi poſſunt, & ob id tanquam à pernicioſo veneno ab eiſdem fugiendnm eſt: nam tantùm abeſt ut refrigerantibus extra adhibitis, in hac febre uti ſit conceſſum, quod tertia huius ſecundi generis medicamentorum aut auxilij ſpecies ſolum doceat, ad externas & diſtantisſimas à corde partes venenoſum ſpiritum diſtrahere ac euocare. Quamobrem præter euacuationem materiæ, quam omnibus modis mox à principio eſſe moliendam docuimus, omni arte huiuſmodi uenenoſos ſpiritus ad extimas partes extrahere oportet. Quem vſum præſtant uniuerſales totius corporis frictiones, præſertim pectoris & dorſi: nam plenitudine vtcunq; depoſita, facilè adapertis cutis meatibus euocantur ad eàs partes vitioſi ſanguinis & aliorum humorum halitus ac ſpiritus. Moliri aūt huiuſmodi frictiones linteis aliquibus aſperis ante cibum oportet, quibus etiam ab internis ad exteriora exurens & peſtilens euocatur calor. Quam gratiam quoq; præſtat corporis in-

Epithemata frigida extrinsecus apposita in febrib. malignis improbantur.

unctio

unctio quæ fit oleo,& aqua & modico nitri, aut oleo amigdalarum amararum (quo Baptiſta Montanus vti iubet loco olei ſabini,quod Aetius conſuluerat) admixta aqua, & facta coctione vſq; ad conſumptionem aquæ, & adito modico nitri, ut attemperando adaperias cutim,& cieas ſudorem. Vngitur ẽt corpus pleriſq; oleis,aut decoctis calidis veluti eſt oleum à Mathiolo huic vſui celebratum,ac decoctum ex dictamo,cam epytheos, ſcrofulariæ & ſcordij: aut angelicæ. Quæ licet non diſpliceant (nam proficua fuiſſe conſtat, & rõnalia ſunt) cùm hoc tamen cautè ſunt adhibenda,nimirùm corpore vtroq; modo ſatis uacuato, in febris remiſſione,dixerim mane ante exacerbationem, corpore ac tempore non plurimùm æſtuantibus: nam proſunt hæc præcipuè in fæminis & corporibus quæ aut pituitæ aliquid obtinent, aut ſuapte natura non ſunt admodum bilioſa & calida: atq; ea ẽt adminiſtrare poſſumus frigidis temporibus,in quibus rationi conſonum eſt, cutim quodammodo eſſe denſiorem & humores craſſiores, in quo ſanè corporis apparatu lentè prorumpunt maculæ.Hunc ſanè vſum primò oleum Mathioli,præſtat, præterquàm quòd incredibili quadam efficacia experientia eſt compertum, venenoſis omnibus affectibus eſſe maximè proficuum: præſertim peſtilentibus conſtitutionibus, dum pulſibus extrinſecus patentibus illinitur, nempe temporum, manuum,ac pedum quin etiam extimæ cordis parti ad ſiniſtram mãmillam,repetita interpoſitis tribus horis illinitione; cuius deſcriptionem reperies lib. 6. eiuſdem Authoris ſuper Dioſc. inter anthidota eiuſdem Mathio.& li.2.ca.de Scorpio.& in quarto.c. de Aconito . Interim tamen dum corpus his omnibus tractatur, cucurbitas paruas ſed plures,aut pluries adhibere oportet: quòd ſi maxima fuerit imbecillitas,& venenoſitas, citra ſcarificationem,aut cum leuiſſima: ſin aũt, & ſanguinis vitioſi aliquid ſupereſſe cognouerimus, cum ſcarificatione:In quo ſane vſu & indicatione conſultiſſimum eſt,eas ſcarificare,quæ in dorſo è regione cordis affiguntur:quod ſanè inuentum tanti ſæpe eſſe momenti uſus demonſtrauit,ut anxietates & pulſus inæqualitatẽ, ac alia ſeuiſſima accidentia,ab eis protinus ſubſidere uiſum ſit. Itaq; diſtractio omnis,& uenenoſum halitum & feruidum calorem (res quidem in hoc affectu utiliſſima) à corde & præcipuis membris diuertit, ſeparat,ac per cutem his ingenijs rarefactam

Aa 2 euacuat:

euacuat:quamobrem donec ueneni accidentia quodãmodo miteſcere, ac ſuperſedere uideantur, ab eis deſiſtendum non eſt.

Quarta & ultima ſpecies medicamentorum quę uenenoſæ qualitati opponuntur, eorum ſanè eſt, quæ per antipathiam uenenoſum omne repellunt, ac refrangunt, & vltimò cor & viſcera omnia roborant, ac ſpiritus ob id à venenoſa contagione expurgant. Sunt aũt hæc in duplici differentia: nam quædam nullam habent analogiam ad aliquem ex corporis humoribus (licet nulli diſconueniant) ſed tantum ex propria natura venenis opponuntur: quædam præter quàm quod per antipathiam operantur, analoga etiam ſunt alicui humorum, aut tam ſunt ex natura mixtionis temperata, ut cum omnibus analogiam habeãt. Sunt autem primi generis multa, veluti gemmarum & lapidum plures: non enim ſuperſtitioſum nec fabuloſum cenſeo, quod de gemmis pleriq. referunt: nam præterquàm quòd omnia aduerſantur effectui veneni, vt ſuperius dictum eſt, quia ſicca ſunt & quodammodo adſtringenti conſtant ſubſtantia, exhilarant etiam, & peculiari antipathia veneno maximè reſiſtunt, & viſcera roborant. Sic granatus, Carbunculi ſpecies, aeri venenato maximè reſiſtit, & cordi eſt amicus, ſicut ſmaragdus cerebro, ſaphirus hepati, corallus ventriculo, hyacinthus præter id quod bezohar (hoc eſt antidotus) eſſe putatur, lætitiam quoq; conciliare dicitur, topazium theriacæ præfert Serapio, agates, ſimiliter aduerſus peſtem valere creditur, & margaritæ omnes. Ea porrò in anulis geſtantur, aut pectori opponuntur e regione cordis, vel ore continentur ac ſuguntur, vel quod vtilius eſt cibarijs admiſcentur in tenuiſſimum puluerem redacta. Ad idem vſurpatur cornu Monocerotis, nam recentiores ferè omnes maximè cardiacum eſſe teſtantur, & quibuſcunq; venenis reſiſtere affirmant ſic & cornu cerui & oſſicula cordis eius: radix quoq; pimpinellæ. Mirandum etiam eſt, quod nonnulli volunt, ydrargirum pectori appenſum genuino & latenti odio cætera uenena fugare. Simile eſt quod de arſenico fertur: nam e directo cordis, aut ſub ſiniſtra ala geſtatum omne peſtilens contagium fugat: cuius rõnem eſſe uult Theodoſius epiſtola ſecunda. ꝙ cor ſenſim ſu ueneno aſſuetũ minùs ab aere uenenato offenditur: Ego aũt ſuſpicor maximã habere uim in trahendo, quod ſibi eſt ſimile, & ob id ueneficos ſpiritus promptiſſimè allicere, nec permittere

cordi ineſſe, neq; ipſum inficere. Quibus omnibus adiungitur lapis nuper ex Luſitanorum india aſportatus, qui bezohar ab effectu appellatur, cuius ſingulis uicibus grana quatuor, aut quinque porrigere oportet, aqua aut ſyrupo, aut iuſculo aliquo excepta, quibus ſanè alexipharmacis (& multis alijs quæ ſilentio prætermitto, ne tirones plùs iuſto licentioſi facti, ad ea quæ maiorem requirunt vſum & diligentiam manum primo acceſſu porrigant) accedunt plurima ſecundi generis, quibuſdam humoribus analoga: Veluti calidis & æſtuantibus febribus, electarium ex tribus generibus ſanthalorum, diamargariton frigidũ, trochiſci de ſpodio, de canfora, de terra ſigillata, de uaccis oxicanthæ: frigidis uerò theriaca, mithridatum diarrhodon, alchermes & alia huius ſortis. Cæterùm reperiuntur plura alia medicamenta omnibus humoribus communia, ueluti eſt electariũ de gemmis ſine ſpeciebus, miram in hac febre habens efficaciam: cuius etiam ordinis eſt confectio illa non ſatis laudata, quæ à hyacintho meruit appellationem: nam in ea nihil deſiderari uidetur, eorum quæ peſti aduerſantur, ſeu latentes, ſeu manifeſtas qualitates requiras, præterquam quòd egregiè temperata eſt: Ex quo profecto ſuſcipit analogam omnibus humoribus fieri. Verùm quia illius deſcriptio uulgò non habetur, à nobis ſubijcitur, utcunque emendatior, ut hodierno uſui utilior fiat.

Confectio de Hyacintho.

REc. hyacinthorum electorum unc. ſ. boli armenij aqua roſacea loti, terræ ſigillatæ, dictami, tormentillæ, carlinæ, been alui & rubei, ſpicæ nardi. ana. ʒ. ij. nucleorũ nucis iuglandis minimè rancidorum & trochiſcorũ de camphora ana ʒ. j. & ſ. granorum tinctorum, croci, gentianæ, mirrhæ, roſarũ rubearum oĩum ſanthalorũ, ſem. iuniperi, raſuræ eboris & cornu cerui uſti. ana. ʒ. j. oſſa de corde cerui, nu. ij. ſem. citri mundati, acetoſæ, bombacis, & portulacæ. ana. ʒ. ſ. ſaphirorum, ſmaragdorum, margaritarũ, & ſerici crudi, ana ſcr. ij. ſem. ruthæ & ſantonici ana. ſcr. i. ambræ griſiæ. ſcr. ii. moſchi orientalis ſcr. 4. paniculorum auri & argenti. ana. num. xii. cum ſyrupo de acetoſitate citri fiat confectio liquida, ſeu in forma opiatæ. Non multùm differt ab hac compoſitione electarium de bolo armenio, cuius deſcriptio-

nem hic adſcribere placuit: Recipit quidem boli armenæ puriſ. loti aqua roſacea unc.ſ.radicis tormentilæ & angelicæ ana drag. ij. coralli rubei, raſuræ eboris, cornu cerui, & roſarum rubearum ana ʒ.j.ſ.ſeminis melonum, acetoſæ,citri ex corticati, iuni peri,& bombacis mundati.ana.ʒ.j.ſeminis aniſi,fœniculi,cinnamomi, giloaloes, aut ſantali citrini & macereos.ana. ʒ.ſ.fiat pul uis,qui uſui ſeruetur. Nonnulli ſimpliciorem faciunt hoc modo, Rec. boli armenæ ʒ.ſ.radicis tormentilæ ʒ.ij.angelicæ ʒ.j. ſacchari ad pondus omnium fiat puluis, ex his pulueribus finguntur trochiſci. Sacharo diſſoluto in aqua bugloſæ uel acetoſæ uel ſcabioſæ, infuſionis gummi, tragacanthi exceptis,aut pul ueris drag.una vel dimidia ſumitur ex iure pulli, aut aquis ſupra dictis. Cæterùm, quia confectiones ex bolo armena maximè ab omnibus probantur : ob id ſanè placet aliam ſcribere, quàm multis fore proficuam cenſeo. Recipit quidem boli arm. puris ʒ.j.ſ.coralli rub. ʒ.j radicis angelicæ, tormentillę, & folio rum dictami recentis ana ſcrup.ſ. margaritarum ſcrup.j.cedoarij ſcrup.ij.macis.ſcrup.j.conſeruæ oxalidis ſcrup.ij.ſacchari albiſſimi diſſoluti aqua uel decoctione ſcabioſæ, uel bugloſæ & ſcordij, quantum ſit ſatis fingantur tabellæ ponderis dragmarum duarum. Quibus ſanè antidotis uti multis modis medendi ratio conſulit: exhibitis nimirùm bis, terve aut quater uigin ti quatuor horarum ſpatio, in minori tamen doſi, quam ipſa ex lege habent.

De Symptomatum correctione.

[S]ymptomatum, q[ue] [f]ebres malignas [c]omitantur, cor[r]ectio.

TErtia & vltima curandi ratio quæ maximum & frequentiſſimum faceſcit in hac febre negotium, verſatur circa maligni humoris impetum & motum ad aliquod membrũ, cuius maxima proculdubio habenda prouidentia eſt: nam ſæpiſſime euenit humoris malitia frænata, laborantes perire, potiùs ex vitio membri alicuius, quàm ex vi ipſius febris, cui primò auxilia adhibentur. Hinc ſanè fit ſitim, vigiliam, cibi faſtidium, aut oris ventriculi morſus, animi deliquium, phrenitidem, & grauiſſima alia accidentia, quæ ex participatione venenoſi humoris ſub oriuntur, magis proſternere vires, ac laborantes perdere, quàm præcipua affectus ratio: Ob id ſanè leuioribus accidẽ

tibus

tibus quibuſuis ſedula diligentia ſubueniendum eſt, ne malum in eadem parte firmatum, difficiliùs deinceps eradicari poſſit. Docuit in hoc affectu quotidiana experientia ex neglecta vigilia, aut leui capitis dolore, delirium ac ſæpe phrenitidem ſuboriri, ex ſiti, guturis exulcerationes aut conuulſiones, ex cibi faſtidio, oris ventriculi morſus, ex nauſea leui irreparabilem ſingultum. Quamobrem nihil eſt in hoc affectu contemnendum, ſed etiam ſi primo acceſſu ſymptoma aliquod leue appareat tanquam maioris mali præſagum prouidendum eſt, ne vltra pergat. Quamobrem duplicem oportet huius maligni humoris cō ſiderare motum: alterum ad interiora tanquam ad principia & officinam ſanguinis, caloris & ſpirituum, quæ propriam venenoſæ huic febri ſubſternunt materiam, quia maiorem cum his obtinet ſympathiam, & ob id intus reconditur in vaſis maioribus ac prope cor ipſum putredinoſa materia, quia protinus cō fugit ad eas partes venenoſa qualitas. Alterum verò ad peculiare aliquod membrum idq; multis rationibus: aut quia imbecille eſt, aut quia excrementis ſcatet, aut ſpiritibus abundat, aut ſitum habet ad recipiendum idoneum, aut quia venenoſa qualitas tam eſt efficax & maligna, vt etiam ſi his omnibus uitijs membra careant, cum hoc tamen ipſa apprehendat: nam licet in vnico reſideat loco putredinis minera, ex feruore tamen quē mox contrahit, ſeſe expandit halitus quidam ad alia viſcera, ubi conſimilem infert affectum: ac nonnunquam humoris ipſius peccantis, quod tenue eſt & ſubtilius, ſimul cum halitibus in membrum ſuſceptioni paratum, promptiſsimè irruit: quorum omnium ſymptomata recenſere, ac ſingulis mitigationis rōnem docere, in animo eſt.

Inter membra quæ ociſsimè huius venenoſæ febris contagium ſuſceptant, ventriculus ſanè eſt, qui mox nauſea corripitur, cibi faſtidio, dolore, ac procedente morbo ſingultu, idq. priùs quàm aliud membrum, fortasſis quia raro excrementis caret, quibus promptiſsimè ſuſcipitur veneni mala qualitas. Quamobrem ut ſuperiùs diximus, curandum primò eſt, eius excrementa leui aliquo pharmaco deponere, vel clyſtere paulò acutiori: tum vt ſanguinis miſsioni locus ſuperſit: tum ne morboſo apparatui proprijs excrementis materiam ſuppeditet: tum verò ut topicis auxiliis, ſi quando opus fuerit, locus

ſubſit. Quod ſi his opus non fueri, (aut iam factis) curandum omni ingenio eſt, venenoſos illos halitus aut humores eadem labe fœdatos, aut diuertere, aut corrigere, aut extinguere. Quapropter ab alui ſubductione (nauſea, faſtidio, dolore aut vomitibus exiſtentibus) oportebit ventrem bis die ante cibum perfricare donec rubeſcat, vt quid vitioſum ad partes externas alliciatur, aut inungere oleo illo mirabili ex deſcriptione Mathioli, aut oleo de ſeminibus cucurbitæ, & melonis, addito modico nardino. Sed quod frequenti vſu probauimus ſanè eſt, halitus aut humoris malitiam, aut feruida aqua diſcutere, & retundere, aut acidis & frigidis apozematibus extinguere & frænare. quẽ vſum præſtat ſuccus agreſte cum ſaccharo & aqua portulacæ, aut panis mica eodem ſucco, aut oxalidis imbuta, mali granati acidi quoque ſuccus panis mica exceptus, aut ſuccus limonum cum ſaccharo & aqua ſcorchioneræ aut portulacæ frigidiſſima, item parum aceti dilutiſſimi cum aqua cucurbitæ aut acetoſæ. Quod ſi humoris acris & erodentis aliquid præeſſe ibidem nobis fuerit compertum,leniſſimis medicamentis, aut alimentis & iuſculis rem agere oportebit: veluti eſt alica, ptiſana, amillũ, mucilagines ſeminis citoniorum & pſyllij cum ſaccharo & modico aceto confectæ: quibus etiam admiſcere oportet ex alexipharmacis aliquid, quo veneni mala qualitas retundatur corrigatur ve: atque eiſdem per interualla vti oportet, interim dum purgationi datur locus. Cauendum tamen in hac re eſt, ab his quæ vulgariter exterius apponuntur, niſi aut ingens dolor, angor, aut animi defectio eò premat, quòd nos cogat ad aliquod leue & vtile præſidium peruenire, veluti eſt mica panis leuiter toſta ſucco granatorum aut agreſte cum modico vino imbuta, irrorata ve puluere diarhodonis, aut coralli & cinnamomi. Verùm ſi æſtus præualuerit, non diſplicebit oleo roſaceo completo, cũ modico oleo abſinthitæ & vino ventrem inungere. Quòd ſi adhuc accidentia perſtiterint, & compertum fuerit ventriculum calidis gaudere: aut in eodem eſſe uiſcidi & craſſi humoris aliquid, aut ſufficienti calore natiuo carere, adhibere tutò poſſumus, parum theriacæ aqua ſcordij diſſolutæ, veluti ſi calidus ſupra modum fuerit venter, & humores qui ibidem morantur, confectionem ex ſanthalis, aut aliud ex his quæ frigida eſſe alexipharmaca antea diximus præbere oportet. Et pari penſu in

ſu in ſingultu res fieri debet: præterquam quod in eo dum plurimum laborans defatigatus labitur, deuenire ad opiata non erit abs re. Cæterùm in primis mihi eſt compertum prodeſſe plurimum ſyrupum præbere ex ſucco portulacæ,aut ex papauere, aut emulſionem quatuor ſeminum frigidorum maiorum. Verùm his præmiſsis non erit præter rationem Philonij grana decem cum ſaccharo roſaceo commixta præbere,idq; dum vitæ periculum impendet,ſi res differatur,alioquin minimè aut cautè.Quòd ſi uentriculi accidentia quæ retulimus non plurimùm vrgeant,nec plurimùm eis innitendum eſt,nec omnino neglige̅da ſunt. ſed interim dum maioribus prouidemus, illis nonnihil concedendum eſſe,conſulit curandi ratio.

Verùm ſi ob ſpirituum exolutionem & frequentem oris ventriculi dolorem, nauſeam, vomitum, aut ſingultum animo deficiat laborans, iuſculis, roborantibus, qualia ſuperiùs diximus, modico vino, odoramentis, aere frigido,& ex aqua aliqua odorata irrorato, alexipharmacis pretioſioribus adhibitis, res agenda eſt: nam interim dum affectui prouidemus, virium quoque habenda cura eſt,& eò magis quò in hoc affectu viribus nobis magis eſt opus, & ipſæ ob morbi malitiam, & frequenti exolutione periclitantur.

At in hoc affectu, frequentiùs quàm quoduis aliud membru̅ cor mille accidentibus premitur, cui ſubuenire non audent medici, credentes nullum aliud eſſe auxilium huic vſui proficuum, præter epithemata frigida. Mihi tamen in hac re non eſt dubium quin calidus feruentiſsimus & venenoſus ille cordis affectus nulla lege exteriùs refrigerantia expoſcat,ob mille inconuenientia, quæ nulli eſſe ignota cenſeo: neq; rurſus calida,ne intenſiùs furat & efferueſcat in eo affectu materia. Cæterùm dum cor pati plurimum cognouerimus, excogitare oportet, ne uires labantur auxiliaq. illi citra damnum ſint proficua, qualia facilè apud peritiſsimos artifices reperiuntur,quæ & venenis reſiſtu̅t, & ſpiritus roborant,ac firmant: quem vſum præſtat conſtructus ex ſerica aliqua tela ſacculus,qui molliter factus continet ſpecierum cordialium temperatarum unc.j.ſeminis citri, acetoſæ, florum bugloſæ,boraginis, roſarum rubearum ana. unc.ſ.ca̅phoræ ſcrup.j.ſanthalorum rubeorum ʒ.j.quibus ſubtiliter puluericatis addi poteſt pulueris radicis angelicæ,biſtortæ,& foliorum

rum

rum ſcordij. ana.ʒ.ſ.Licet etiam cordis regionem inungere inſtilatione chimica arte ex theriaca, hac lege extracta : Excipe electarij de hyacintho & theriacæ ana.vnc.j.diſſoluantur in ſucco ſcordij,pimpinellæ, ſcabioſæ & acetoſæ, extracto quidem cum aqua roſacea, ea quantitate quæ libram compleat,quibus adde pulueris cinnamomi ʒ.j. ſanthalorum omnium vnc.j.pulueris diambræ,diamuſci.ana.ʒ.ſ.diamargaritonis frigidi,electuarij de gemmis ſine ſpeciebus ana.ʒ.j.miſceantur omnia cum vnc. vj. ſucci pomorum dulcium redolentium,& in alembicum immiſſa ſtillentur per balneum mariæ: cuius efficaciam proculdubio ſemper magnifeci : nam præter id quòd neque calorem neque feruorem intendit, incredibili quadam efficacia cordi opitulatur: quod beneficium etiam præſtat prædictum Matthioli oleū cordi adhibitum.

Delabitur ſæpiſsimè humor in hac fallaciſsima febre ad inteſtina,citatq; aluum ipſam,aliquando excitata dyſſenteria,cui ꝓtinus omni arte ſubueniendum eſt,leui purgatione ex rhabarbaro facta. Cæterùm frænata prius prædictis ſyrupis & apozematibus materia:& extincta quoque venenoſa humoris qualitate alexipharmacis. Verùm ſi leuitas inteſtinorum aliquando acciderit, prouidendum eſt protinus ne vltra purgat,idq; non adſtringentibus medicamentis,ſed alexipharmacis: nam coniectabile eſt,materiæ vitium expultricem ventris facultatem ante debitum tempus irritare : quamobrem oportebit alimenta tenuioris & facilioris ſubſtantiæ porrigere,ut nullo negotio & breui tempore eadem natura conficiat:neque ob id ſuperſedendum eſt à ſyrupis,& his quæ malam qualitatem humoris retundunt: cæterum apozematibus vti oportebit rarius, frequentiùs verò pulueribus & paſtillis , ac alijs ſolidioribus alexipharmacis.At ſi dyarream excitauerit humor, cautiùs eſt procedendū, vt latiùs dictum eſt libro noſtro de Præſidio.indicatione.quamobrem huius rei præcepta ſubticeo.

Sitis verò & linguæ ſcabricies miteſcendæ quidem ſunt, ut quæ ſua ſponte affectum ipſum intendere ſint nata:Et ob id tanquam peculiare febris remedium compeſcendas eſſe conſulit. Gal.lib.6.Popu.par.3.com.33.Inquit nanq; Hipp. Siti carentē os claudere,tacere,ventum cum potu frigido inducere:qua parte Gal.hæc refert verba , hos ſcripſit Hippoc.ex ijs vnum quæ

totam

totam febrium curandarum rationem in mentē reuocare queant:& ſubdit paulo inferiùs. Hæc ſunt verò, prima quidem, motibus oppoſita laborantis corporis quies, ſecunda, omnia reliqua ex quibus febrilem calorem comitantia magis miteſcant, & non exaſperentur, inter quæ unum eſt ipſum à ſiti defendere. Per quæ autem ſitim prohibent adiecit, clauſum os habere, ac tacere, auramq; frigidam cum potu introducere. Qua ſanè ſententia includit duo potiſſima, quibus ſitis in his febrib. de quibus loquimur ſuboritur: humiditatis nimirum inopiam, & feruidum calorem: inopia enim humiditatis quodammodo reſarcitur ociantibus oris inſtrumentis: nam eò plùs humectat id quod ex natura ad os defluit, quò inſtrumenta magis quieſcūt. Exurens verò calor ex frigido aere inſpirato, & potibus miteſcit, ac attemperatur: Et ob id ſummam mitigationis huius accidentis his duobus capitibus ſitam eſſe cenſeo: quorum aliud nimirum quies & ocium vocalium inſtrumentorum ſitim interdicit & remoratur: aliud verò eandem extinguit frigidis aquæ aut apozematum potibus. Oris item exterſionibus & ablutionibus ſitim non minùs compeſcimus: illis quidem ut ſordes aridæ & ſiccæ ac excalfactæ ſitim intendentes, abſtergantur abluāturq.: his verò ut propria humectatione difficiliùs natiua oris humiditas reſſoluatur, ac ore frigidiori facto, frigidiore quoq; aere per reſpirationem attracto potiatur laborans. Humectabitur porrò ſincipite irrigato oleo frigido aut roſaceo, aut decocto aliquo frigidarum herbarum ex alto delabenti, oxirrhodino linteo quoq; impoſito. Edat etiam laborans frigida cibaria & olera: utatur tragacantha in oui crudi albumine diſſoluta, & cum ſemine cucumeris contrita, ex qua fiat pilula quæ ore detenta, paulatim deglutiatur. Vtatur quoq; ramentis cucumeris, citruli, melonum & cucurbitulæ, & foliis lactucæ, plantaginis & ſcariolæ ſuper linguam poſitis, ac frequenter aqua frigidiſſima ablutis. Vtatur quoque ablutionibus & gargariſmatib. cui parum aceti ſit admixtum, aut uini rubri: ex aqua item hordei cum ſyrupo roſaceo & modico aceto: Item lacte amygdalarum dulcium, aut ptiſana dilutiori, uel caprillo lacte. Extergere item linguæ ſcabriciem cum ſpongia poſtquam ſyrupo uiolaceo, aut mucilagine citoniorum vel poſca maduerit. Item madefacere & humectare linguam oportet mucilagine ſeminis citoniorum

niorum aut pſilij, extractæ aqua roſacea & modico aceto, ac poſt modum exterſorio aliquo inſtrumento ex auro aut argento aut cannarum trunco confecto linguam molliter ab radere oportet. Sitim quoq. ſummopere extinguit ſomnum conciliare, licet in malignis febribus id ſatis non ſit quinimo ſæpiſsime intenſiorem efficit, & ob id alijs ingenijs utendum eſſe cenſeo, & ore ſemper aliquid continendum.

Non minus ſolet in hoc affectu dolor faceſſere negotium, quam quoduis aliud accidens cui tamquam maioris mali prælu dium ociſsimè ſubueniendum eſt. Conqueruntur frequenter hac febre laborantes dolore dorſi, renum, crurium & totius cor poris, ſed præcipuè capitis, ac præſertim partis eius anterioris: quos omnes cenſeo excitare unicam & eandem cauſam: nam in affectus principio mihi non eſt dubium, quin vitioſa illa ple nitudo quæ morboſum ſubſternit apparatum, id efficiat: Cæte rùm ea vtcunq; depoſita, rationabile eſt, putridum & malignum halitum eadem accidentia concitare, præſertim capitis dolorẽ, qui tam eſt mordax acris & noſtræ naturæ inimicus, ut quaſcunq; attingat partes alteret, ac prauè efficiat: & od id prætermiſsis alijs cauſis, quæ frequenter in alijs febribus eadem aut di uerſa ſoleant concitare ſymptomata: harum tantùm (quas potiſ ſimas in his doloribus eſſe cenſeo) meminiſſe hac in parte decreui. Sic cuiuſuis partis dolor ſit, ſiue capitis, ſiue renum, aut totiùs corporis incipiẽte affectu, nullum aliud licet adhibere præſidium, præter id quòd copiam illam, ſiue morboſum appa ratum deponat, ſanguine nimirum miſſo, aut medicamento ut par eſt, exhibito: atq; interim oportet bona ſpe ægrum alere, ne ex importunijs quærimonis corpore exiſtente pleno, aut impuro, aliquo ex anodinis auxilijs uti cogamur: præterquã quòd mollibus clyſteribus oportet corpus temperare, & utcunq; uacuare. Cæterùm ſi depoſita plenitudine ex his accidentibus aliquod ſupererit, ſuſpicandum eſt, acres, caliginoſos, ac fuligino ſos halitus cauſas his omnibus malis præſtare: licet coniectandum quoq; ſit, aliquid humoris peccantis eiſdem commiſceri: quamobrem medendi ratio conſulit, & reuellendum primò eſſe, & repellendum (præſertim à partibus quæ id conſenſerint) & diſcutiendum, ac vltimò mitigandum. Sic capiti dolore affecto, poſt depoſitam plenitudinem, & uictum optimè inſtitutum (nã

Dolori capitis quando, et quibus remedijs occurrendum sit.

eius

eius indebita ratio huic malo frequenter fomentum præſtare ſolet) prouidendum eſt, crurium frictionibus, ligaturis ac frequentibus cucurbitulis, à ſuris vſq; ad ceruicem affixis: ſæpe citra ſcarificationem, aliquando cum ipſa in ſuris, præſertim dolore incipiente, dum ſuſpicamur nondum aliquid eſſe in cerebro receptum: nam ſiquid iã eſt, partes prope caput ipſum ſcarificandæ ſunt: Item præcauere oportet caput ne amplius ſuſceptet, oxirrhodino ex oleo roſaceo & quarta aceti parte confecto. Quò à principio doloris (ſi corporis diſpoſitio permiſerit) vtendum eſſe cenſeo, potius quam dum aut pluſquam par eſt caput ſuſceptauit, aut imbecilli facto nihil prodeſſe poſſit. A quo non diſplicebit ad anodina peruenire, ea nimirum quæ ex narcoticis leuia ſunt (nam ad ea quæ aut caput laxant, aut mollia & calorifica ſunt, incipientibus, vigentibusve febribus ſola doloris ratione peruenire non decet: diſponunt hæc profecto caput, vt amplius ſuſceptet, quinimo vt trahat: & ob id cauendum eſt à calorificis auxilijs, donec affectus conditio & tempus ea expoſtulent) quem vſum præſtat vnguentum populeon temporibus & foraminibus naſi illitum, item ſyrupus papaueris menſuræ vnciæ unius cum modica aqua bugloſæ. Quibus ut neceſſitas poſtulauerit repetitis, aut dolor ſubſidebit, aut in alium affectum qui peculiarem requirat diligentiam degenerauit, ut paulo inferiùs docebo. At totum corpus ſi doluerit præter uniuerſales uacuationes nullum aliud auxilium admittit pręter uniuerſales totius frictiones, ut attractis ac reſolutis per cutem halitibus, doloroſam ac moleſtam illam laſsitudinem mitigemus. Cæterum renibus ſubueniendum eſt, non externis, (ex roſaceo aut quouis alio,) inunctionibus, ſed refrigerantibus & mollibus clyſteribus, quales ex decocto hordei & ſaccharo oleo roſaceo & uitellis ouorum conficiuntur, à quibus dormire ſtudendum eſt: Item alimentis temperatis ac frigidis, ueluti panis lacte amigdalarum lotus, ptiſana, aut amigdalarum dilutum, & cætera quæ eundem vſum ſuperiùs præſtare diximus.

At his doloribus diu perſeuerantibus, atq; etiam ex ratione malignitas febris mox vigilia (grauiſsimum alioquin malum, & maiorum accidentium præludium) ſuboritur, cui protinus ſubueniendum eſt: nam præterquam quòd vires plurimùm diſsipat, humores ad caput quoque allicit, quæ quidem ſolet eſſe delirij ac

ſæpe

ſæpe phrenitidis & ſignum & cauſa. Atque cùm id ex calore feruenti, ac halitibus acribus & mordacibus, ſicut ex oppreſſione uel dolore capitis uel alia iactationis & inquietudinis cauſa, quæ ſpiritus ſupra modum attenuans & uarie diſpergens, uigiliarum cauſa exiſtat, neceſſum profecto eſt, eis prouidere, diſtractis uaporibus, & refrigerato feruore: illud quidem, diuerſionibus factis per frictionem & cucurbitas ſuris & natibus affixas, ac per ligaturas extremarum partium. Vtendum tamen caute eſt crurium lauacris, aut ſaltim maximè præmunito corpore, efficiendum: euacuato nimirum & ante macularum apparitionem, ac in conclaui calido, & ab omnibus externis iniurijs præmunito, aut denſa exiſtēti cute, aut humore raptum ad aliquod membrum ex ſuperioribus & præcipuis minante. Feruorem.n. extingunt aquæ frigidæ aut apozematum uſus, præſertim prope horam ſomni. Quòd ſi hæc ſufficere non uideantur, quatuor alijs ingenijs ſomnus conciliandus eſt: primò quidem modulationibus & diſtractionibus rem agere oportebit, fontanellis artefactis & aquarum currentium lento ſuſurro, muſica & grata aliqua cantilena. Item conuenit aliquando ipſum laborantem fatigare, ut fatigatus requieſcat. Cæterum in hoc affectu nullum aliud exercitium efficere conuenit, quam laborantem cogere apertis oculis ſtare: quemadmodum conſulit Hippoc. lib. 6. Pop. par. 4. text. 16. Somnus, inquit, ſtabilis rectorum nictatio. Quamobrem oportebit brachia eo tempore fricare, ac illis iubere ardentem cādelam manibus tenere, donec defatigati dormire quodammodo cupiant: nam plerunq; uetita appetuntur intenſiùs. Tertiò uerò ſomnum conciliare oportebit his medicamentis aut alimentis, quæ frigidiores uapores ad cerebrum tranſmittant quemadmodum amygdalatum frequenter efficere ſolet. Item paramus conditum quod recipit ſacchari roſicei, uiolacei & borraginis. ana vnc. s. pulueris ſeminis papaueris albi & fœniculi. ana. drach. iij. fiat conditum cum aureis laminis quatuor & modico ſaccharo. Eodē modo in nouo ſorbil ſcru. s. ſeminis papaueris nigri adiicere poſſumus. Exhibemus etiam eclegmatis ex papauere coclearia tria, aut quatuor in remiſſione febris, præſertim ſi diu ore contineantur: præſtat eundem uſum potio hæc ſomnifera quæ recipit deconctoinis lactucæ & portulacæ uehemēter expreſſæ. unc. jj. ſyrupi de papauere. unc.

Vigilijs quomodo occurrendum.

j.miſce detur quatuor ſaltim horis à cœna: Si vires ſint alioquin imbecillæ,additis pulueris diamargaritonis frigidi.g.x. Quem etiam vſum præſtat capitis irrigatio ex oleis uiolaceo, nenufarino,cucurbitæ & papaueris cum ſuccis lactucæ intibi, ſolani,vmbilici Veneris.Cui auxilio mox ſequitur quartum & vltimum ingenium quo ſomnus conciliatur,detentis nimirum & veluti ſopitis in cerebro ſpiritibus animalibus, quò minus poſſint ad ſenſus inſtrumenta liberè adire, quod perficitur rebus frigidis exteriùs adhibitis,ueluti eſt inunctio ex vnguento populeo,naribus & fronti illito præſtat eundem uſum ſpongia frigida madefacta decocto,quod recipit foliorum hyoſcymi & mandragoræ & foliorum papaueris albi ana.m.j. ſucci lactucæ vnc.4.quo auxilio cùm uti uoles, tepidum naribus & fronti apponito:quòd ſi neceſſitas urgeat diſſoluere opij.g.x.prædicto decocto eſt neceſſum.

Aliud remedium optimum ad somnum conciliandum.

Hyoscymi - hoc est iusquiamo.

VERVM ſi his omnibus exhibitis adhuc vigilia præſtiterit, præſertim ſi in manuum aut pedum leuis tremor apparuerit, aut à ſomno ſi forte dormierit turbatus excitetur, aut iter dormiendum loquatur,uereri oportet ne laborans in delirium aut phrenitidem incidat:& protinus anteq̃ veniat prouidendum eſt omni arte:nam facilè exiccatum excalfactumve caput præ vigilia,& ſuſceptat & ab inferioribus trahit. Quapropter mox frictionibus,ligaturis ac frequentibus cucurbitulis longè diſtrahere halitus oportebit,& tandem caput oxirrhodino præueniendum eſt,antequam humoris aliquid ſuſceptet. Quòd ſi delirare inceperit,& his quæ diximus non quieuerit, cucurbitulas ſuris affigere oportebit,eaſque ſcarificare,& plurimum ſanguinis extrahere.Atque ſineq; hæc quoq; profuerint,ſed vigilia,perturbatio ac delirium adhuc præualuerint, prope ceruicem cucurbitæ ſunt apponendæ,ac etiam ſcarificandæ,& ultimò brachijs ipſis,nimirum in eorum parte ſuperiori, quas ſanè ſcarificarè, obſeruatione compertum habeo maximi eſſe momenti in hoc malo,ob venarum quæ capiti inſeruntur,naturalem ductum. Verùm ſi his omnibus factis, delirium adhuc ñon quieuerit, coniectandum eſt,aliquid iam eſſe in capite receptum, ac fortaſſe firmatum,cui non ſufficiunt reuulſiones neq; repellentia: ſed conſtat neceſſum adhuc eſſe,ad ea auxilia quæ à capite ipſo euacuant deuenire: Quamobrem antequàm in veram phre-

Delirio imminenti et presenti, qua industria, et arte sit prouidendum.

nitidem malum degeneret,oportebit uena frontis aut naſi inciſſa,quod caput receperit euacuare,& mox idem per ea auxilia quæ inſenſibiliter euacuant,tentare: ob idq; addere oxyrrhodinis aliquid diſcuſſorium oportet,veluti eſt oleum chamæmeli,& tantum eius adijcere neceſſum erit,quantum accidens hoc alijs auxilijs non quieſcere,fuerit compertum , donec ſolo utamur chamæmelino cũ modico aceto. Deinceps uerò ad ea quæ actuali calore, atque natiuo perſimili reſſolutionẽ moliri poſſunt,deueniendum eſt , quem uſum præſtant arietis pulmones feruentes naturali calore: quos à caloris remiſſione decoquere oportet in aqua, adiectis floribus chamæmeli, & ſæpius capiti apponere,aut columbarum pullos per dorſum apertos, item canum catulos eidem parti & eodem modo per dorſum ſciſſos apponere expedit,donec affectio quodammodo ſubſideat, ac quò magis quieuerit,eò rariùs & mitius his uti conueniet, ne caput ex calore externo maiorem contrahat feruorem, & magis ſubinde ad ſe humores alliciat.

Somnus quibus remedijs conciliandus sit Somnus profundus, quibus medicamentis tolli possit.

Solet non minus negotium faceſſere in hac febre importunus & intempeſtiuus ſomnus,q̃ uigilia ipſa,ac rurſus idem aut grauius malum minari,& euocare : nam cum morboſus apparatus ex aliqua pituitæ, aut humorum crudorum uel craſſorum copia concitatur,dum incaleſcunt & feruorem concipiunt humores, à ſe protinus tranſmittunt halitus craſſos, denſos & caliginoſos,quibus caput ſomno grauari neceſſum eſt,ac ſæpe quod in humoribus aquoſius eſt, cerebrum etiam irruit, & ex prædictis vaporibus tanta ſæpè frigidi & craſſi humoris copia in cerebro congeritur , vt promptiſſimè laborans in profundum ſomnum & letargum irruat. Quamobrem mox à principio capiti prouidendum eſt, diſtractis halitibus & humoribus , eiſdem omnino auxilijs quæ vtilia phrenitidi antea diximus, dummodo frequentiùs adhibeantur , vt omni arte facultates animales excitentur, auulſis nimirum digitorum pedum ac manuum pillis, aut ligatis digitis aut contortis, ita ut dormire minimè permittantur: præſtat quidem maximum beneficium in hoc affectu, vt probatiſſimo vſu compertum eſt, cucurbitulam cum ſcarificatione occipitio affigere ea parte qua cutis capillata deſinit, deinceps eadem oxijrrhodina capiti ſunt admouenda, admixtis à principio quæ modicè diſcutiendi vires obtineant, ue-

luti

luti oleum chamæmeli,& ea omnia quæ in phrenitide eſſe reſolutioni proficua diximus.

Quod ſi neque cucurbitulis,neque frictionibus,neque ſanguine miſſo ,aut ligaturis affectio quieuerit , (neq; olfactus ex acerrimo aceto modicè calfacto) obſeruatione mihi & medicorum doctiſſimis probatum eſt,& rationi conſonum,hyrudines hæmorrhoidibus affigere ſicuti in phrenitide incipiente,par eſt, & tantum ſanguinis extrahere, quantum facultatem ferre compertum fuerit,præſertim ſi laborans hæmorrhoides ſua ſponte habuerit, aut febrilis apparatus craſſus melancholicus aut pituitoſus fuerit : nam huiuſmodi humores citiùs & tutiùs per eas venas quàm per alias,uel ſua ſponte(nedum hyrudinum ſuctu) excernere aſſueuit natura.Quod ſanè auxilium tanti eſt momenti ut nõ ſolùm quæ diximus præſtet bona,ſed difficulter in hac febre reſpirantibus mirè opituletur . Et ob id placuit ſemper his omnibus expoſcentibus hoc uti præſidio . Quòd ſi adhuc malum perſtiterit, neceſſum eſt ad ſter nutamenta & alia præſidia quæ huic affectui proficua paſſim apud authores reperiuntur peruenire .

Hyrudines hæmorrhoidibus affixæ sicuti in phrenitide incipiente, par è remedium.

Dum caput in hac febre maligna à principio plurimum patitur,& ipſum ex propria natura validum ac firmum eſt, contingit frequenter (tranſmiſſa humorum ea copia,quæ præſtatura erat prædictis affectibus materiam)parotides fieri:aliquando nõ minus lethales quam quoduis aliud malum: aliquando uerò ſalutares,præſertim dum eo ſtatu ſuperſunt uires,quo poſſint vacuationem aliquam facilè ferre,uel materiam aliunde tranſmittere,aut inſenſibiliter diſcutere,uel ſuppurare, & diu huic operi ſufficere. Verum dum aut ſolùm huius febris ſolutionem,aut (ut rectius loquar)mutationem tentauerit natura citra integrã perfectionem,aut tantùm parotides creuerint,ꝙ laborans ſuffocatione periclitetur,citra id quod poſſit aliquod auxiliũ ex magnis tolerare,maius ſubinde licebit periculum timere. Quamobrem prouidendum eſt primò,ut quàm breuiſſimè parotides in augmentum properent:quod ſanè officium non ſolùm eſt exequendum ſed tentare ſimul materiæ diſcuſſionem oportet: ne ſi plus humoris quàm par ſit ad partem trahatur, laborans fortè ſuffocatione periclitetur.Quibus equidem apparentibus(permittentibus tamen uiribus) ſanguinem ex cephalica eiuſdem

Parotides quid sint, et quam curationem requirant, 378. vide.

Bb bra-

brachij mittere pro virium robore oportebit, ſin aliter cucurbitulas cum ſcarificatione eodem brachio affigere, ut ſcapulis ea parte qua malum uiget: & mox ea auxilia ſunt adhibenda, quæ citra maximam attractionem diſcutiendi vires obtineant, veluti oleum chamæmelinum calidum & frequenter adhibitum lana aut panno exceptum, quod ſi profuerit innitendum eſt, do nec ex toto parotides euaneſcant: Sin aliter emplaſtro vtendum eſt, vulgò maturatiuo nuncupato, quod cum vitellis ouorum chamæmeli oleo, & de ſemine lini ac croco piſtare oportet: quo ſanè & diſcuti quod ad id habile eſt, & ſuppurari reliquum facilè ſolet. In his uerò quæ uelociter augmentum ſuſceptant, nõ oportet attractorijs uti pharmacis, ſed ea auxilia eſſe adhibenda conſulit Gal. li. 3. Phar. lo. c. de Parotid. quæ mitigandi dolores, ac leniendi uires obtineant: Sicut in alijs, nimirum quæ lentè pro rũpunt, aut peſtilentes ſunt, & attractorijs uti, & cucurbitis eadẽ parte affixis: Quòd ſi compertũ fuerit aut tm̃ creſcere, aut uenenoſæ eſſe naturæ ut laborãs ſuffocatione periclitetur, antequam aut diſcuſsioni aut ſuppurõni ſufficiat natura, conſultisſimũ eſt, candenti auro aut leui aliquo ferro eas unico foramine aperire, ut ueneni uis aut immodica humorũ copia facilius expiret, quo ſanè auxilio plurimos ueluti deploratos ſanitati fuiſſe reſtitutos compertum eſt.

Conſilium continens ſummam præſagationis & curationis in eadem febre.

Hæc ſunt candidæ Lector, quæ breui hoc uolumine vtilia & neceſſaria ex multis colligere potui: probata quidem diuturna obſeruatione & vſu, rationique conſona, quibus vti diligenter oportet, ac maturo conſilio & prudentia expendere, ne alicui vſquam vſu veniat, ut præſidijs quæ multis ſalutaria fuere, miſerè & turpiter pœnas luat: ob id profecto neque temere, & inconſiderate omittendum, aut committendum, eſt aliquid ex his quæ diximus, neq; denuo aliud pręmittendum, niſi maxima priùs conſideratione habita: nam in hac febre quicunque error committitur, grauior ſanè fit, quàm in quouis alio affectu, quia & virtus minus tolerat, & morbus ſubinde exacerbatur magis. Quã obrem curandum eſt, mox ab affectus principio, eiuſdem exactè naturam callere, nedum in cognitione immoramur, agendi

occaſio

occaſio prætereat. Quapropter plurima & varia adduximus ſigna vt ex multis aliquot, aut vnum nos monere poſſint, aut ſaltem ſuſpectos reddere: vt ex dubitandi occaſione diligentiores facti, faciliùs deinceps mali naturam & occultam conditionem uenaremur. Ob id quidem optimum eſſe conſilium cenſeo, in quouis febrili affectu (nam ſimulare ēt hæc affectio propriam nãm ſolet) ſuſpicari aut vereri, ne aliquid huius veneni occultum latitet: nã ex ſuſpitione cautior fit medicus & diligentior, in expendendis quibuſuis ſignis. Ex quo profecto millies contingit, ex leuiſſimo & ſpreto quodam ſigno morbi nãm venari, quam primo morbi acceſſu ex cõibus ſignis deprehendere erat per difficile. Itaq. ex diligenti inquiſitione elicitur, multa poſſe artificem medicũ & peritum perdiſcere, quæ idiotas oĩno latent: & ob id grauiſſima mala à principio præuidere ac præcauere, quæ alioquin neglecta eſſent lethalia, & nullis poſtmodum obtẽperarent præſidijs. Quapp in nitendum eſt plurimum à morbi principio, ipſum exactè dignoſcere: nam præterquàm quòd ideſt artificis munus, præſidiorum occaſio, quæ in hoc affectu tanti eſt momenti, innoteſcit protinus. Qua profecto cognita nec ſimulandum eſt propter ruſticum aliquem aut inutilem timorem, aut ut ægros nobis gratos comparemus, mali latitantis periculum: ſed hilari animo & bona ſpe præmiſſa, illud adſtantibus primùm prædicere oportet: non tamen tanquam quid certum & ineuitabile (ne deſperatione turbati negligentiores deinceps fiant, aut laborantis facultas timore labatur) ſed ueluti ſuſpectum ac quodammodo maioris momenti. His denique in præſagatione uerbis utatur, quæ non deſperationem, ſed diligentiam generent: non certum periculum, ſed dubiam ſpem promittant: non magnitudinem affectus, ſed naturam oſtendant. Præſtat enim ſiue certam ſpem ſalutis, ſiue certum periculum proferas, paulatim pronuntiare, quàm ſubito & intrepidè quæ mille modis aliter poſſunt accidere, affirmare: quibus potius laborantes aut animo deficiunt (ſi periculum perſentiant) aut licentioſi & intemperantes (ſi ſpe maiori alantur) fiunt, quàm quid utile præſtare poſſit: præterquam quòd medicus temeritatis, inſcitiæ, & imprudentiæ nomine à plebeis deinceps facilè & meritò accuſatur. Cautè enim pronuntiare quæ futura ſunt oportet, ac præſertim in hoc affectus genere, cuius natura tam eſt uaria & Nota

 fallax,

fallax, ut nihil firmum aut certum obtineri, aut proferri: ex ea poſſit. Neque prolatis his quæ futura eſſe medicus exiſtimat, ſubſiſtendum protinus eſt ab his quæ fieri debet, exiſtimans ſat eſſe periculum pronuntiaſſe: Sed cognita morbi conditione, & euentu præuiſo, ſimul citra vllam moram, eoq. magis in præſenti affectu, auxiliares manus adhibere tenetur. Nam hæc eſt profectò ea morbi natura, cuius meminit Hippocr. ſententia illa, qua medicari in valde acutis expedire docuit eadem die qua cognoſcitur: nam tardare in eadem, non ſolum malum, ſed perniciosiſſimum eſt: quia cum huiuſmodi affectus deterrimam illam & venenoſam qualitatem ſibi habeat comitem, quò diutiùs auxilia immorantur, eò fixiùs & extenſiùs omnibus aut pluribus humoribus inhæret. Summa igitur totius curationis erit, excrementa quæ morboſo apparatui materiam præſtatura ſunt, protinus expellere, ſin autem hæc defuerint, ipſum morboſum apparatum ſanguine miſſo deponere oportet. Secundò feruorem & ſuſceptam putredinem extinguere & corrigere, tertio uenenoſam qualitatem diſtrahere, ac ubicunque ſit frænare & deuincere, quartò verò & vltimò impetum materiæ compeſcere aut diuertere, & parti cui incumbit prouidere. Quamobrē depoſitis prima die, clyſtere aut leui pharmaco, quæ præſunt, in primis venis (ſi quæ ſunt) cruditatibus, audacter oportet ſanguinem mittere, nullaq; lege neq. occaſione differre, niſi alia copioſa vacuatio id obſtiterit. Quod ſi ex ſanguinolentis, profuſionibus aliqua fuerit, non ob id à ſanguinis detractione oĩno deſiſtēdum eſt: Sed conijcere eo tēpore oportet (modo per vterũ à partu, aut à menſibus fluentibus: modò per hæmorrhoides aut nares pro fluxerit) an plenitudini ſit ſatis, quo tēpore alexipharmacis (ſi ſanguinis ſat fuerit extractũ) & decenti attemperamento, ac diſtractione quæ per cucurbitas fit, (conuenienti parti iuxta fluētis ſanguinis locũ adhibitas, rem totam agere oportet: Sin aliter ſupplere uena ſciſſa, ea in parte quæ fluentem ſanguinem reſpiciat, & iubet) quod de plenitudine adhuc ſupereſt, ociſſimè conuenit, demere donec ꝙ vires ſufferunt, cognouerimus abſtuliſſe. Quòd ſi uenã ſecare virũ imbecillitas non permiſerit, cucurbitulis aliquando ſcarificatis plenitudini prouidendum eſt. Verùm quia ſanguine (cui mox primò & præcipuè uenenoſa qualitas incumbit) ſufficienter depoſito, uenenoſam illam conditio-

nem

Hyp. in acut.

nem adhuc in alijs humoribus immorari cognoſcimus, neceſſum eſt, antequam ex toto eiſdem dominetur, nonnihil exhibito decēti pharmaco purgare: Cui potiſſima occaſio & obſeruatione probatiſſima ſexta dies exiſtit: Idonea quidem ob rationes à me ſuperiùs adductas, leui aliquo medicamento exhibendo. Quòd ſi huic operi: tempus non ſubſit ante ſeptimam diem, differre purgationem donec febris remiſerit, aut acutorum terminus, (nimirum decima quarta dies) tranſeat, fidiſſima experientia (cui certiſſima ratio adſtipulatur) tutiſſimum & utile eſſe monſtrauit: quo tempore fugiendum eſt à calidiſſimis medicamentis, utpote facientibus rurſus efferueſcere, ac incaleſcere humores.

Curandum itaque eſt in hac febre, ut omnia fiant & præſcripto tempore, & vſitatis ac ſecuriſſimis medicamentis, ſi præter ſpem nihil nobis accidere deſideramus. Quòd ſi accidens aliquod quantumuis leuiſſimum ſit, diu præſtare cognouerimus, pertimeſcendum quidem eſt, ac protinus ei prouidendum: vereri enim oportet, ne tantum illi parti cuius ſymptoma eſt, innitatur natura, quantum ſat ſit, ut in aliquod grauius malum affectus prorumpat: ita vt ex præhabita negligentia, nulla deinceps diligentia prodeſſe poſſit. Sæpiſſime quidem experientia comperitur, maius faceſſere negotium id accidens, quod pertinacis eſt naturæ & conditionis, ob damnum quod pollicetur, quàm morbus ipſe: cum hoc tamen curandum eſt, illi prouidere, morbo non ex toto poſthabito: quod pari lege de omnibus quæ huic affectui accidunt, ſubaudiendum eſt. Atqui quemadmodum de ſanguinis detractione & expurganti pharmaco dictũ eſt, ita quoq; de cucurbitis noſſe oportet: quibus, qñ, quouſq; eis vtendũ ſit. Illis verò primò conuenire, oĩbus in cõfeſſo eſt, quib⁹ ob vires imbecillas venã tundere non datur: & his ẽt quibus licet ſanguis miſſus quodammodo fuerit, neque quantum ſat eſt, neque quo tempore erat opus: quamobrem defectum ſupplere (ſi plenitudo non plurimum vrgeat) cucurbitarum ſcarificatione, neceſſum eſt, quibus pluries repetitis innitendum eſt, donec quod plenitudinis ſupereſt, auferamus. At ſi quòd malum irruere in caput aut in cor minetur, eiſdem miteſcere quoq; ac frenare oportet. Nec verendum eſt, eis febre intenſiori facta vti: nãque

que non eſt mediocre earum munus, calorem etiam à partibus internis ad extimas euocare; quod in hac febre non ſolet mediocre præſidium præſtare. Habet quoque id inter cætera auxilia egregium cucurbitarum vſus, ut rarò in hac febre contingat aberrare, eis pluſquam mediocriter adhibitis: nam praeſtat à principio affectus uſque ad finem indicatio ac neceſſitas diſtrahendi à partibus internis ad extimas, aut à ſupremis ad infimas. Frænare interim humorum feruorem potibus & ſyrupis oportet, item & ſpiritus ueneficos tota affectus duratione retundere extinguere, ac diſtrahere, partim alexipharmacis verioribus, partim verò eis quæ uicem alexipharmaci ſupplent, qualia ſuperiùs abundè diximus. Habenda quoque eſt, de uirium robore maxima cura: nam furtim & occultè venenoſæ materiæ inſultus frequenter partibus inſidiatur, quo inopinato frequentisſimè etiam ſuccumbit: & ob id ut fallacisſimo illo & grauisſimo malo ſufficere posſit, & præſto ſit, prouidere oportet iuſculis, & alimentis à quibus non mediocrem gratiam & beneficium citra maximum laborem ſuſceptare posſit. Nanque talia ſunt, etiam ſi nonnihil ſolito frequentiùs adhibeantur, citra grauitatem, moleſtiam, ac naturæ diſtractionem, illi opem ferunt: præterquam quod attemperamento etiam ſunt uitioſis & corruptis humoribus. Itaque circunſpectum eſſe in his omnibus medicum decet, ne dum naturæ prouidet, morbi indicatio poſthabita aut neglecta, ipſe deinceps ſæuiùs prorumpat, ita ut natura quantumuis recreata, ſufficere minimè queat: aut dum vtrique plurimùm innititur, accidentia ex medici ignoratione aut negligentia, furore percita truculentiùs uires omnes inopinato & ſubito caſu, ex toto, aut irreparabiliter perdant. Quamobrem medicus (ne crimine mortis particeps fiat) optimi gubernatoris officio ſunctus citra turbationem aut animi iacturam omnibus prouidere tenetur: præteritis quidem memoria: præſentibus prudentia & maturo conſilio: futuris verò prouidentia.

Quòd ſi ſe hac lege in hoc infeſtisſimo affectu geſſerit, nil mirum, ſi quæ apud vulgus deſperatione videntur conſilio deſtituta, facilè & tranquillo animo, Deo fauente maximo, ſanitati

nitati non ſine magna omnium admiratione reſtituat: ſin aliter, rationabile eſt (ſiquidem affectus tam eſt variæ & incomprehenſibilis naturæ & conditionis) animi turbatione & inconſtantia, etiam mediocriter affectos ueluti manu perdere, deinceps uniuerſam culpam in affectus malitiam reijcere: qui cùm ex propria naturà non habet plures perdere, mirum non eſt, ſi facilè auxilijs probè adhibitis & prudenti medico cedat. Faxit Deus Optimus Maximus, vt quæ huic operi adſcripſimus, & noſtri omnes labores in vſus communes conferant.

LAVS DEO.

FINIS.

MATTHAEI CVRTII TICINENSIS

MEDICI AC PHILOSOPHI ACVTISSIMI.

DE CVRANDIS FEBRIBVS ARS MEDICA.

MATTHAEI CVRTII MEDICI AC PHILOSOPHI PRÆSTANTISSIMI.

FEBRIVM CVRATIONES.

FEBRIS, calor eſt, non res calida, octauo de Ing. primo & nono eiuſdem xiiij. auctus & in igneũ mutatus primo Aphor. xvj. non ex duobus compoſitus: cuius ratio colligi poteſt 1. Aphor. xiiij. ſiccitati coniunctus, 1. Aphor. xvi.i. regim. acut. xviij. & xij. & ix. de Ing. xiiij. in corde accenſus i. de diff. Feb. iij. & per totum corpus tranſmiſſus viij. de Ing. in principio, i. de Accid. v. niſi impediatur, ſicut eſt in Epiala ij. de diff. feb. vj & in Liparia in lib. de inæq; int. lædens operationes, nedum naturales, ſed etiam motiuas, quia hoc cuilibet conuenit ægritudini, in lib. Artis medicinalis lxxxij. non enim æger eſt, niſi decumbat i. de dieb. criticis vi. vnde dicitur viij. de Ing. i. quòd impedit ægrum, & per eã uehementer triſtatur. Quæ quidem caliditas debet eſſe perſeuerans, i. de diff. feb. iij. non ſicut caliditas ire & laboris, quando adhuc non eſt impreſſa caliditas in facto eſſe in corde. Debet enim caliditas febrilis ponere in calefacto eſſe partem aliquam cordis. Omnis nanque morbus debet eſſe in facto eſſe, ſecundo de accidentibus tertio. Hæc autem ſi ſalubris ſit, quatuor uniuerſalia tp̃a debet habere, ſicut de omni morbo dicitur in de uniuerſalibus morborum temporibus uerum eſt quòd aliquam poteſt habere imperceptionem, quòd ſi ſit inſalubris, declinationem

tionem

tionem non habet.2.de Criſi v.& ix.Iſta autem quatuor tempora ſunt Principium,augumentum,ſtatus,& declinatio,& poſſunt tendi penes digeſtionem. Et eſt principium quando apparent ſigna occultæ digeſtionis, augumentum quando manifeſtæ, ſtatus quando completæ:declinatio,quando fit expulſio,ſicut patet primo. de Criſibus xvii. & xviii. Penes eſſentiam uero & accidentia quando incipiunt eſt principium: quando augentur eſt augmentum: quando in maximo ſunt uigore eſt ſtatus i. de Criſibus iii. quando declinant,eſt declinatio. Tempora autem iſta coincidunt in morbis reſeruantibus,non autem in non reſeruantibus 3.regim.acut.ultimo in nō reſeruantibus.n.tēpora quoad eſſentiā& accidentia præcedūt,tēpora quoad digeſtionē, & ſicut ſunt quatuor tēpora vniuerſalia, ita ēt quatuor tēpora particularia in illis quæ habent paroxyſmos. uerum eſt qđ sm̄ Gal. in de temporibus paroxyſmorū poſſunt fieri ſex,numerando totum circuitum,cum infebricitatione,ſi in principio ſit qō pulſus,Nam eſt principium, inæqualitas, augmentum,ſtatus& declinatio& infebricitatio.Quod ſi ſub augmento ponatur inæqualitas,& non numeretur infebricitatio, erunt tantum quatuor,ſicut uniuerſalia, quod non ſit, quia realiter principium ab augmento non diſtinguatur,& ſic ſunt tantum tria non numerando infebricitationem,ſicut eſt in illis, quæ ad ipſam non terminantur. Hæc autem à Gal.in lib. de quatuor temporibus paroxyſmorum. Cognoſcuntur autem tempora ex natura morbi i. Aphor.xii.i.de Criſi. ix. ex diſpoſitione materiæ peccantis,2. de differ.feb.8. tempore ann.2 Aphor. xxv. ex anticipatione 1. Aph.xii.i.de Criſibus iii.ex euacuatione i. Epid. in cōmento primi infirmi. In febres autem incurrunt ex cauſis extrinſecis calefacientibus, maxime in ephæmeram & magis ſunt parati cholerici 8. de ingeniis.7.& 8. infrequentius tamen ſunt febricitantes ſanguinei,quia magis incurrunt putridas, viii. de Ing.7.& fere æque ſimiliter in ephemeras ſicut cholerici. ſic Auic. prima quarti cap. de præparatione ad febres præponit corpora calida & humida.Quoniam autem ſi debet eſſe febris calor in facto eſſe inductus eſſe debet, & quoniam ut dicitur vi. Epid.part.vi. cap. 8.in nobis membra ſunt in triplici differentia,ſcilicet ſolida,quæ continentia appellantur, humores qui dicuntur contenta liquida,& ſpiritus, quiquidem contenta mobilia

bilia appellantur: Ideo ſunt tres ſpecies febris diuerſificatæ ſecundum ſubiectum poſitum in calefacto eſſe 1. dediff. feb. 1. licet enim calor in febre debeat eſſe in toto, tamen ſufficit quod in facto eſſe ſit in una parte cordis, & toto ei correſpondente. Si ergo ſit in ſpiritibus dicitur Ephemera: ſi in humoribus putrida, ſi in ſolidis ſit, hectica: dicitur autem quando eſt in humoribus, pūtrida, quia humores omnes, quando in eis eſt calor febrilis putreſcunt, excepto aliquando ſanguine, ſed habet naturam ephemerarum, ix. de Ing. 1. uariæ aliæ dantur febris diuiſiones ab Hipp. vi. Epid. part. vi. tex. xvi. & a Gal. 1. de differentiis feb. 1. Sed iſtam diuiſionem ſumptam a Gal. a materia accipiemus, & penes ipſam omnium febrium, ſecundum mentem Hipp. & Gal. curationes explicabimus. Ab Ephemeræ igitur curatione exordiamur.

De Febre Ephemera, & eius curatione.

EPHEMERA Febris, eſt calor in ſpiritibus impreſſus in calefacto eſſe, ſicut Primo de diff. febr. atteſtatur Gal. quæ ſi non committatur error, de ſe unum diem non pertranſit tertio de Ing. in Principio, & x. eiuſdem ſecundo de cauſis procatarcticis ſit 1. de diff. febr. 3. & 2. de Criſi. ultimo. In ipſam incurrere parati ſunt, qui complexionis ſunt calidæ, & ſiccæ, 8. de Ing. 8. Cognoſcuntur autem Ephemeræ ex iſtis ſignis, primo quod ſunt a cauſa procatarctica, ſecundo quod habent fere urinas ſimiles ſanis, & digeſtas, tertio quod pulſus in declinatione ſit ſimilis ſano: quarto quod calor ſit ſuauis ad tactum: quinto quod in ſtatu non ſint ſæua accidentia ſexto quod in declinatione appareat quædam irroratio ex ſuperfluitatibus tertiæ digeſtionis. Et hæc omnia colliguntur a Galeno in primo art: curatiuæ ad Glauconem ſecundo, & ſecundo de Criſi. ultimo, & primo de diff. febr. ſeptimo & octauo de Ing. quarto.

In eius curatione ſic eſt procedendum quando principaliter in febribus a tribus indicationem ſumamus, a cauſa morbi, a morbo, quæ de ſui remotione indicant, & a uirtute, quæ de ſui conſeruatione: ſicut oſtendit Gal. decimo de Ing. primo. Parum de curatione eius curamus cum ſalubris ſit, & omnibus nota, quæ, & facile tolli poteſt, pariter etiam de uirtute quia ea eſt ſalubris

lubris,& uirtutem non proſternit.Ideo omnis cura fere ab ipſa febre ſumitur,ſicuti decimo de Ing.primo dicit Gal. Quum aũt febris,ut febris,ſit calida,&ſicca,ſicut primo de regim:acut. xviii.xxxxiii.&primo Aph.xvi. dicit,& quum omnis cura fiat ꝑ contrarium.8. de Ing. primo ideo de infrigidatione,&humectatione indicat,ut de Ing.14. In hac cura quum principaliter infrigidare,& humectare intendamus:Aer ipſe,a quo indicatio ſumitur nono de Ing.14. oſtendit,quantum infrigidare debemus uel humectare.Si enim ipſe calidus, & ſiccus ſit maiori indigemus humectatione,& frigidatione: ſin minus, minori. Quare ſi ipſe calidus ſit,debet ad frigiditatem alterari,nono de Ing. 14. Alterato igitur Aere ad frigiditatem & humiditatem, ſi talis nõ ſit: eſt eligenda domus quæ talis ſit,&Gal.dicit , quod debet eſſe ſubterranea,& uerſa ad ſeptentrionem,aſperſa cum rebus frigidis,ut roſis camphora,& ſimilibus, debemus reſpicere quæ eius cauſæ fuerint , quæ de ſui remotione indicant, decimo de Ing. ſecundo quæ quidem cauſæ diuerſæ , quomodo poſſunt cognoſci,oſtendit Gal.& in primo ad Glauconem ſecundo , & ſecundo de Criſi ultimo.Si ergo fuerit in cauſa,Triſtitia: debemus curare,ut ſtent læti,ſi nimirum Exercitium:debent quieſcere,ſi Vigilia : debent dormire,& ſic omnes cauſas debemus remouere per ſua contraria, ſicut, octauo de Ing. tertio oſtendit Gal. Remota cauſa (quod facile fieri poteſt quum ſit procatarctica,niſi ſit oppilatio uel bubo, quum ſæpenumero iſta febris in hecticam uel putridam tranſeat,niſi curetur,ut in prima quarti tract.i.cap.5.refert Auic.(ipſi febri eſt attendendum.hæc sũt ingenia quibus utimur in omni ephimera , ſicut ſeptimo Aph. 43.colligere poſſumus,uerum ut dicit Paul.lib.2.cap.16. debemus uariare , & applicare , ſecundum quod a diuerſis procedit cauſis.Nam aliquando in principio conueniunt, ut ſi exuſtione facta ſit aliquando,in declinatione tamen, & facta digeſtione ut in catarrho ponitur,aliquando maiori aqua eſt leuandum, aliquando minori,aliquando magis in una manſione balnei,aliquando magis in alia debet ſtare,quas manſiones,& uirtutes x. de Ing. xi. enumerat Gal.unde ſicut aliquando,ſecundũ quod maiori humectatione,uel inſtauratione , uel ſudore indigemus plus , uel minus : poteſt modo in una, modo in alia ſede ſtare æger.Sed quoniam noſtris temporibus ordinata balnea non habemus

bemus

bemus: debemus facere,ut melius poſſumus:in domibus ordinare,nec ea in Ephemeris(in quibus præſentaneum ſunt remedium) dimittere,ſicut in primo art.cur.ad Glauc.cap.2. Præterea poſt balneum,eſt inunctio, quam in primo ad Glauc. laudat Gal.oleum autem non debet eſſe frigidum,quia ut patet tertio reg.acut.42.conſtipat,& ſit eſſet periculum conuerſionis in putridam,ſed debet eſſe tepidum , & miſcere cum aqua tepida. Sic enim ut dicitur ſecundo de Simp.24. maiorem facit humectationem,& quoniam intentio omnis eſt reſoluendi illos ſpiritus incenſos: laudant doctores frictiones, quæ diuerſæ ſunt , ut ſecundo de tuen.ſan. patet,& ſecundum quod diuerſæ diuerſos habent effectus,ſemper tamen aliquo modo conueniunt,ſic ergo Balnea,frictiones,inunctiones,omnibus conueniunt ephemeris. Vltima intentio eſt de Cibo,& potu,Gal primo de diff.febr. ad Glauc. ſecundo laudat uinum in omni ephemera,& in 8. de Ing. tertio modo ſit pauciferum,ſic enim magis excretiones expellit,ſi ergo febris ſit in corpore calido,& ſicco,& cum illis conditionibus quas enumerat Gal.8. de Inge. ſecundo tunc in principio debemus dare panem maceratum in uino,ſicut ibi fecit Gal. quod ſi non ſit tale accidens,prius eſt balneandus,poſt dandus cibus primo art. cur. ad Glauc. ſecundo,cibi autem, qui conueniunt,ſunt primo ptiſana,alica cum pauco aceti,non craſſa: Piſces ſaxatiles,quod ſi illos habere non poſsis , ſumendi sũt illi maxime qui non ſunt in lacu,uel in oribus fluminum. Item perdices,paſſeres,pulli gallinacei, phaſiani , pulli columborum, & alios poſſumus dare cibos,quos enumerat Gal.8.de Ing. ſecundo,Panis quoque conuenit in furno coctus.dicit ibi Gal.& ſic poſſumus uti his cibis,& dare magis,& minus,ſecundum diuerſas cauſas: Vnde ſi ſit ex nimio labore uel inedia, eſt dandũ tantum cibi,quantum poteſt digerere,ſi ex bubone: parum , ſi ab aliis cauſis,eſt dandus cibus mediocriter , quod ſi fiat ex obſtructione:tunc dicit Gal.8.de Ing. ſecundo, oportet primo uti phlebotomia: aliter alia remedia eſſent uana, quod ſi uideamus dicit Auic.in cap.23.quod ſit potius oppilatio propter craſſitiẽ materiæ, quam propter multitudinem,ſic eſt melius uti aperientibus & incidentibus ſicut dicit Gal.ex oxymelite : & poſſumus miſcere aliquas herbas,ut calamenthum , pulegium, niſi ſit timor nimiæ caliditatis,& debemus, uti ſemper cibis aperientibu,

bus,ſic enim curando ephemeram,dicit Gal. primo ad Glauc. ſecundo, remanet poſt xxiv.horas æger in totum liber cum omnibus diſpoſitionibus ſanis, & ſic prohibemus quod fiat interpolata putrida:quia in infebricitatione non ſunt ægri in totum ſimiles ſanis. Hæc ſunt quæ conueniunt communiter omnibus ephemeris quæ autem conueniunt ſingulis ſpeciebus,vide apud Auicennam hæc ſunt pro cura ephemeræ ſecundum Galení quæ omnia etiam refert Auic.

De Febribus Putridis.

QVatuor ſunt in nobis humores,qui ſua multitudine, vel craſſitie,oppilationem in corpore noſtro facientes, prohibent caloris naturalis tranſpirationem,quo non trãſpirante calor noſter fit extraneus, eo autem extraneo exiſtente,humorem magis aptum putredini putrefacit , humor autem putrefactus,febrem,quæ putrida dicitur,generat.xi.de Ing.8. ſine oppilatione enim non fit febris putrida Primo de diff.feb.3 niſi præcedat ephemera,uel per attractionem aeris putridi. In his nanque caſibus : poteſt fieri putrida etiam non præcedente oppilatione. Iſti ergo humores non excitant febrem, niſi putreſcant ſecundo de diff.feb.8.excepto ſanguine x. de Ing. tertio. Quum autem putreſcunt,vel intra venas, vel extra putreſcunt , ſi intra: faciunt continuas ſecundo de Criſi. 12. & ſecundo de diff.febr.vltimo. ſi extra:faciunt interpolatas:ſecundo de diff. febr.xi.& ſi intra uenas putreſcunt,uel ſunt in uenis magis propinquis cordi,& faciunt cõtinuas:ſine manifeſtis excreſcentijs, uel in uenis paruis remotis a corde:& ſic faciunt continuas cũ manifeſtis excreſcentijs ſecundo de diff. febr. vltimo ꝙ ſi extra venas: vel eſt cholera, & ſic faciunt tertianam:vel eſt Phlegma, & ſic quotidianam:vel eſt Melancholia,& ſic quartanam, ſecundo de diff.feb.ſecundo.Sanguis non putreſcit extra uenas, ſolũ intra venas ſecundo de diff.feb.nono.Sed non facit febrem puram ſecundo,de Criſi. [illegible].ſic ſcilicet ꝙ tantum appareant ſigna ſanguinis : ſed apparent etiam ſigna choleræ ſecundo de diff. feb.nono . Iſti quoque humores : uel ſic putreſcunt,ꝙ tantum vnius humoris ſigna apparent,& ſic fiunt febres puræ,uel apparent ſigna duorum humorum & dicuntur nothæ,uel compoſi-

tæ ſecundo, de Criſi. xij Acceſſiones tolluntur, ſecundum quod per partem poſt partem materia accenditur, & expellitur, ſicut patet in exemplo de ſtercore columbino. ſecundo, de diff. febr. quinto, uel ſecundum quod aggregatur tanta materia ut poſſit ſtimulare uirtutem expulſiuam, ſecundo de diff. febr. ultimo hinc eſt, quoniam cholera hæc poteſt facere de tertio, in tertiũ, phlegma, quottidie: melancholia, de quarto in quartum, hinc eſt quod febris a cholera eſt tertiana, a phlegmate eſt quottidiana, melancholia, quartana. Variantur autem paroxyſmi, & fiunt maiores, uel minores, ſecundum materiæ diſpoſitionem, & uirtutũ naturalium fortitudinem, uel debilitatem, ſecundo de diff. febr. xi. hæ ſunt omnes ſpeties febrium putridarum, quarum curationes explicaturus, a cholericis, & inter cholericas ab interpollatis, & primo a pura exordiar.

De Tertiana pura, & eius curatione, & in fine, de tertiana continua.

TERTIANA Pura, quæ ex cholera fit, extra uenas putreſcente ſecundo, de diff. febr. ſecundo, & ultimo, per mẽbra ſenſibilia delata ſecundo, de diff. febr. tertio, quando eius ſigna tantum apparent non alterius humoris ſecundo, de Criſi. xii. & de ſe de tertio. in tertium affligit. Primo ad Glauc. capite de ſignis febrium intermittentium. Cognoſcitur, quoniam ſeptem periodos non tranſit, quarto Aph. 59. Inuadit magno cũ rigore, cum punctura rei calidæ, non cum magno frigore, terminatur per ſudorem, uel per uomitum bilis, uel per utrunq; calorem habet plurimum, & acrem cum ſiti magna in principio, quæ poſt ſit mitis. xii. horas, non tranſit eius acceſſio ad perfectam terminatur infebricitationem, pulſus in inuaſione habet tardos, debiles, paruos, ac raros, nec aliam habent inæqualitatem niſi quæ communiter eſt in omnibus febribus, & tandẽ in ſtatu habet magnos, calidos, uehementes, ueloces, & frequẽtes ſine inæqualitate. Tantum habet eum, qui ſequitur omnes putridas, ſcilicet quod ſyſtole ſit uelocior diaſtole, urina eſt ſub rubea, uel ſub flaua: Aduenit autem in complexione calida, & ſicca, regione pariter & ſtatu cæli calidis, & ſiccis, in iuuene exercitato, quando uigilauit, laborauit, triſtatus eſt, multum cogitauit

gitauit,& pauco vſus fuerit cibo: Hæc ſunt ſigna, quæ omnia vel plurima tertianam puram ſequuntur, ſicut colligere poſſumus a Galeno primo ad Glauc. capite de ſignis febr. Intermitentium. quarto Apho. 59. ſecundo de diff. febr. tertio, ſecundo, de Criſi. tertio, & hæc febris de ſe periculo vacat, quarto. Aph. 42. Curando ergo tertianam puram ſic debemus procedere.

Cum, ut dicit Galen. de conſtitutione artis medicinæ 13. & 14. in omni ægritudine debeat medicus elicere intentiones curatiuas, ſecundo videre an illud fieri poſſit: tertio cum quibus inſtrumentis. Ideo primo oportet videre a quo ſumantur indicationes curatiuæ in tertiana pura, & quoniam ipſa curari poteſt: quibus inſtrumentis uti debemus. Intentiones omnes curatiuæ ſumuntur a morbo, & a cauſa morbi & a uirtute, dicit Gale. x. de Ing. primo virtus indicat de ſui conſeruatione quæ fit cũ ſimilibus nono de Ing. 14. Morbus autem, & cauſa morbi de ſui indicant remotione decimo de Ing. primo. Cæterum quando morbi, ac ſui cauſa ſæpe indicant de oppoſitis remedijs, ideo videndum eſt a quibus primo eſt incipiendum. Galen. tertio, de Ing. & xij. dicit quòd tria ſunt quæ indicant quòd ab eis incipere debemus, ſcilicet illud quod habet rationẽ cauſæ, illud quod magis vrget, & illud ſine quo non. Cæterum quoniam in tertiana pura, quum de ſe ſit ſalubris, quarto Apho. 43. morbus ipſe nec ſua ſymptomata plurimum urgeant, ideo ab ipſa cauſa (ſine cuius remotione non poteſt curari febris) eſt incipiendum: Quum igitur viſum ſit a quibus ſint ſumendæ indicationes, a quibus (Primo modo etiam ſuppoſito, quòd hoc ſit poſſibile) reperienda ſunt remedia, primo pro virtute conſeruanda, quæ ſunt ſimilia complexioni ætati, & conſuetudini nono de Ing. 14. hæc quæ ſint patebit, qm̃ loquitur de rebus non naturalibus: Veniendum ergo eſt ad remedia quæ conueniunt rõne cauſæ. Cauſa tertianæ puræ, eſt cholera, ſicut patet ſecundo de diff. feb. ultimo, & ſecundo de Criſi. tertio, & ſic eſt materia: Materia autẽ in cunctis morbis quædam eſt putrefacta, quædam in putrefieri: unde debemus educere eam, quæ eſt iam putrefacta, & curare ne alia putreſcat: xi. de Ing. 9. Duo uero ingenia ſunt magna, quibus educimus mãm peccantem, phlobotomia, & pharmacia. ſecundo Aph. 29. Quum ergo eſt intentio de phlebotomia, & pharmacia, a phlebotomia eſt incipiendum, ſexto Epid. parti-

cula prima. lib.5. Cuius rationem reddebat Galen. in lib. de dignoſc. affectibus renum: quia ſic melius humores per pharmaciam poſſunt educi & hoc faciebat Hipp. quarto regi. aut. 19. & 28. hoc tamen eſt interdum non exiſtente maxima humorum inæqualitate, ſicut dicit Auicenna, quarta fen primi. cap. quinto, quia tunc eſt incipiendum a pharmacia, ſicut faciebat Gal. quinto de Ing. 14. & hoc eſt, quia virtus in principio oppreſſa ab humorum cacochymia non conſtaret: ſuppoſito tamen quod in tertiana pura non ſit iſta magna inæqualitas, ab ipſa eſt incipienda phlobotomia: Quum igitur natura, eſt aggrauata, tunc eſt, fienda phlobotomia ſicut de omnibus putridis dicit Galenus xi. de Ing. is: Dico quando natura eſt aggrauata: quoniam non credo quòd ſimpliciter in omni pauca putrida ſit fienda phlobotomia: quod oſtendunt uerba Galen. ibi quando dicit ut natura deoneretur: Quum ergo natura eſt aggrauata, & æger tranſit 14. annos, quia prius non conuenit xi. de Ing. 14. Quantitas autem ſanguinis eſt ſumenda a complexione: ab aeris ſtatu, regione, quæ enumerat Gal. xi. de Ing. 14. quod ſi omnia quæ indicant de non mittendo ſanguine, ſint ſimul, nullo modo eſt fienda phlobotomia, quòd ſi aliqua ſic, aliqua non: magis: & minus fienda ſecundum diſpoſitionem illarum conditionum, non tamen eſt fienda vſque ad ſyncopim, nec multum copioſa, ut relinquatur aliquid pro virtute, ex quo poſſimus uti remedijs alijs dicit ibi Gal. Quum igitur fienda eſt phlobotomia, primum eſt videndum, an ſint plurimi ſucci crudi, indigeſti in ſtomacho, & inteſtinis quia tunc non conuenit 9. de ing. quinto illis ergo exiſtentibus ſicut communiter modo fit, quia homines vtuntur inordinato regimine, & non habent beneficiũ ventris: tunc primo eſt præmittendus Clyſter communis, uel illud, quo utebatur Gale. decimo de Ing. nono ſcilicet, ex aqua melle, & oleo, quòd ſi etiam poſt clyſterem, aliquid in ſtomacho remaneat, uel in inteſtinis ſuperioribus: quia Clyſter non aſcendit ad illas partes quinto de Ing. xi. xiij. de Ing. diſt. tertia nono niſi per accidens ſexto de accidentibus ſecundo tunc, quoniam illud quod eſt in illis partibus educitur per exhibita per os, quinto de ing. xi. eſt danda medicina, quam uocant lenitiuam, & danda caſſiæ uncia, uel duæ vnciæ mannæ, quòd ſi uidemus, quòd æger de ſe non facile ſoluitur, poſſumus addere ſti-

re ſti-

re ſtimulum vt drach. 1. electuarij roſati Meſue, & hæc in principio conueniunt, quia non agitant, dare autem debemus talia lenitiua per aliquod tempus ante cibum, puta per horæ vnius dimidium, ſicut colligere poſsimus ſecundo de alim. cap. de prunis. His igitur remedijs, eductis materijs, exiſtentibus in ſtomacho & in inteſtinis: ſtomacho non pleno, ſed vacuo primo regim. acut. 33. eſt fienda phlobotomia: poſt per horas duas dandus eſt cibus conueniens.

Deonerata igitur natura per phlobotomiam, poſſumus uti leuiter prouocantibus ſudorem, urinam uel uomitum, ſi natura tentet, ut quod putrefactum eſt, educatur, ſicut facit Galen. ſecundo de ingen. nono. Dando ptiſanam, quæ hæc omnia poteſt facere, pariter mulſam, oxymelli, decoctum apij, & ſimilia. Cæterum ſi iſta non omnem materiam peccantem educere poſſunt, ad pharmaciam: eſt veniendum: Sed quoniam raro eſt pharmacandum in principio primo Apho. 24. Sed digeſta materia primo Apho. vigeſimoſecundo. Imo non apparente ſigno manifeſtæ concoctionis non eſt pharmacandum. Eſt ergo expectandum ſignum digeſtionis ſic, quòd materia appareat manifeſte digeſta, & hæc digeſtio fit a natura primo prognoſt. ultimo, & fit incraſſando ſecundo progn. 33. & ſic ſeparando bonum a malo, quam tamen poterit etiam iuuare medicus cum rebus roborantibus calorem naturalem, ut alterando, & remouendo calorem præternaturalem, & confortando naturalem. Quum igitur ſignum manifeſtæ digeſtionis apparet: tūc leui aliquo pharmaco poterimus iam putrefactam, & digeſtam materiam educere. Vnde Gal. 1. ad Glauconem de cura tertianæ puræ dabat abſinthium cum melicrato: hoc etiam tempore laudat Gal. ibi balnea aquæ dulcis calida, quia aliquid educunt, & alterant, quia humectant, & corpora refrigerant, ꝙ ſi fortioribus uti uolemus ſolutiuis, expectanda erit & perfecta materiæ digeſtio. Cæterū quoniam, ut dicit Hip. ſecundo Aph. 9. corpora quum quis vult purgare, oportet fluida facere, & hoc ibi dicit Gal. fit aperiendo vias, & ſecando humores, & hæc digeſtio eſt, medici: Ideo oportet prius ipſam, ſic digerere materiam, & hoc fit cum rebus aperientibus, & incidentibus. poterimus ergo dare decoctum ex apio, ex anetho ſicut in primo ad Glauc. facit Gal. in cura tertianæ puræ, & poſt, ſecundum libitum, alias herbas poterimus

miſcere. Verum quoniam ut dicit Gal. decimo de Ing. Primo digerenda eſt materia , ſi poſſibile eſt , etiam habenda eſt cura de morbo, & quoniam iſta febris indicatio ſumpta ad ipſa indicat de maxime frigidis,ut in primo ad Glauconem dicit Gal. in hac cura, ideo cum aperientibus & incidentibus,quæ calida ſunt primo Apho. 24 poterimus admiſcere aliqua frigida,vnde ſi uolumus facere ſyrupum ſumemus drach.j.ſyrupi de endiuia, cum alio ſyrupo incidente iungendo aquas non tamen maxime incidentes, quoniam iſte humor, quum de ſe ſit ſubtilis non indiget maxima inciſione,& eam debemus euitare ratione febris: facta ergo digeſtione materiæ , quando ſcilicet apparent ſigna manifeſtæ digeſtionis reſeratis humoribus, & apertis vijs, tunc ſi natura materiam euacuat, (perfectum enim eſt, quod quantum ad iſtam intentionem faciat medicus primo Aphor. 20.) quod ſi ipſam euacuationem tentet, & non perficiat,tunc ſequēdo motum materiæ, ſi ſit per conuenientes regiones,Primo Apho. xxi. eſt euacuandum. Si ergo ipſa tentet vomitum, uomitiua ſunt exhibenda, ſi ſeceſſum, purgantia per ſeceſſum,quod ſi ipſa non tentet , licet bilis conuenienter educatur per uomitum, quarto Apho. quarto, tamen quia vomitus eſt motus præter naturam, melius erit eam educere per ſeceſſum: ſicut etiam dicit Galen. in hac curatione. Medicamentum autem commodum in hac curatione eſt Rhabarbarum, vt dando eius ʒ. j. s. in infuſione, uel ſecundum diuerſas intentiones vnc. j. Caſſiæ & ʒ.ij. electuarij roſati Meſue.

Debet autem dari tale medicamentum ieiunio ſtomacho, & completa digeſtione, ſicut dicit Paulus lib. vij. cap. vi. puta in ſummo mane: quo dato, ſi ſit debilitas ſtomachi: vel timeamus, ne aliquid inhæreat gulæ, danda eſt ſubito ptiſana , ſecundo regim. acut. 22. & in libr. quomodo,& quando purg. 9. licet forſan tale periculum non ſit in iſtis medicamentis benedictis , quòd ſi daremus fortiores medicinas, a quibus tamen quantum poſſumus, eſt abſtinendum:ſunt admiſcendæ res odoriferæ ſecūdo reg.aut.xi.& in lib.qn̄ purgare oportet:quando uero medicinæ incipit operari,tunc nihil eſt dandum,niſi completa operōne ſecundo reg.acut.xij.immediate tm̄ debet dormire,vt melius medicina actuetur dicit Auic.quarta primi, c.vlt.Quū uero incipit operari tunc amplius non eſt dormiendum,ſed leuiter deambu

landum quarto Apho. 14. perfecta operatione cibandus eſt æger ſecundo regim. acut. xiij. dum autem fit digeſtio leuibus clyſteribus, eſt vtendum dicit Gale. primo ad Glauconem cap. proprio maxime ſi æger non habet beneficium ventris, his autem omnibus peractis cum inunctionibus rarefacientibus, cum frictionibus: cum prouocantibus ſudorem, & urinam, poterimus curare vt excernantur etiam ſuperfluitates tertiæ digeſtionis, & ſi aliqua pars materiæ reſtiterit, educatur, quia aliter quæ reſtarent, poſſunt facere recidiuam, ſecundo Apho. xij. & quoniam in iſtis febribus propter decurſum flauæ bilis ſæpe patitur ſtomachus, ideo poterimus vti confortantibus ſtomachum, ut ſpeciebus diarodon Abbatis. Hæc ſunt inſtrumenta, quibus uti debemus indicatione ſumpta a cauſa in hac ægritudine. Quantum autem ad morbum, eſt affectus præter naturam, ut dicit Galen. in de ſymp. diff. primo, omnis autem talis affectus indicat de ſui remotione per ſua contraria, octauo de ingen. primo, morbus iſte eſt calidus, & ſiccus primo regim. acut. xviij. & xli. Imo indicat de rebus frigidis, & humidis, nono de ing. 14. Et quoniam in iſto morbo eſt intenſa caliditas, ſecundo de Criſibus tertio, & cura fit per contraria æqualia in gradu tertio, techni. lxxxvi. Ideo in eius cura uti debemus intenſe refrigerantibus, & humectantibus, ſicut dicit Gal. primo ad Glauconem de cura tertianæ puræ.

Sed quo pateat quæ ſint conuenientia in tali febri, percurendum eſt per ſex res non naturales: virtus autem de ſui conſeruatione indicat, nono de ingenijs xiiij. quæ conſeruatur etiam cum debito regimine ſex rerum non naturalium. Ideo pro complemento curationis eſt deueniendum ad ſex res non naturales. Sex ſunt res quas medici non naturales appellant, quæ ſi debite applicentur ſanitatis cauſæ ſunt, ſi indebite: egritudinis. Quarum qualitas & quantitas, & tempus in quo conueniunt, oportet medicum conſiderare, ſicut dicit Galen. in libr. artis medicinalis octauo harum autem. Primus eſt Aer, ut dicit Gal. nono de ing. 24. quum ſemper nobis occurrat, nec ullo pacto ipſum euitare poſſumus, & eſt vnus de illis a quo ſumũtur indicationes curatiuæ: Ideo maximã curã de ipſo habere oportet. Quũ igitur in egroto illã intẽperiem tollere intendamus, quod fit ꝑ contrarium, ut dicit Gal. in lib. art. med. 86. & affectus iſte ſit calidus,

& ſiccus: Vnde debet declinare aer verſus frigidum, & humidũ. Si ergo naturaliter ſit talis, debemus illum eligere, quòd ſi non habemus ſic, vt communiter eſt, quando fiunt iſtæ febres: debemus ipſum artificialiter facere, & hoc fit vt dicit ibi Gal. eligendo domos ſubterraneas uerſus ſeptentrionem, & ſpargendo eas cum rebus frigidis, & humidis, ſicut cum roſis camphora, & ſimilibus, & tamen debemus aduertere ne ille aer occurrat toti corpori immediate, quia ſic augeret oppilationem, & per conſequẽs febrem, ſicut dicit Gal. decimo de ing. octauo. Secundo eſt motus, & quies, quũ motus ſit cauſa caloris ſecundo Cœli 42. & in de morb. cauſ. ſecundo ideo his maxime intendimus euitare motũ, ideo laudatus quies, pôt tñ æger leui vti exercitio, ventre vacuo maxime, in die meliori vt excernãtur ſuperflua tertiæ digeſtionis. Tertio eſt ſomnus, & vigilia quoniam ſomnus maxime facit ad digeſtionem, referente Ariſt. in de ſomno, & vig. Immo debemus curare, vt eger dormiat: quia iſta ægritudo de ſe reddit hominem vigilem: debemus tamen curare, ne dormiat in principio paroxyſmi, ſicut dicit Gal. ſecundo Aph. primo. Quarto eſt cibus, & potus, duæ ſunt res in ægritudinibus materialibus, quæ quantum ad cibum requirunt oppoſita morbus ſcilicet, & virtus ſecundo regim. acut. 36. Virtus enim, quum de ſui conſeruatione indicet, & aliquid ſemper a corpore noſtro reſoluitur, quod reſtauratur cum cibo: Ideo ipſa de dando cibo indicat, primo regim. acut. 43. Morbus autem quum de ſui remotione indicet nono de ing. 14. & hoc facit per digeſtionem, clyſteres, fomenta, phlobotomiam, & pharmacum primo regi. acut. 45. cuius opus a cibo impeditur, ideo de non dando cibo indicat primo ad Glauconem de cura tertianæ nothæ: videndum eſt quid magis referat primo Aph. nono & taliter ordinanda eſt dieta, ut uirtus ſtet per totum morbum, & in ſtatu poſſumus uti tenuiſſimo uictu: oportet ergo in principio craſſius reficere primo Aphor. decimo, ne poſt cogamur reficere in ſtatu, quod pernitioſum eſt, ut patet ſecundo regim. acut. 40. & infra, in ipſo enim oportet uti tenuiſſima diæta primo Aphor. ſeptimo conſiderandæ tantum ſunt conditiones, quas ponit Galen. primo regim. acut. 43. quia ſic aliquando eſt cibandum aliquando nõ: in iſta ergo febre quoniam de ſe non tranſit, xv. dies uti poterimus ſubtili diæta: quia durabit uſque ad ſtatum, primò craſ-

ſius reficiendo,& ſemper attenuando quando procedimus uerſus ſtatum & tunc parum vel nihil dabimus cibi, ergo conuenientes debent eſſe humidi, quia hoc eſt commune omnibus febribus primo Aphor. xvi. non tamen tantum ſicut in alijs propter temperaturam quæ habet ſeruari, tunc ut nono de ing. 14. & id habet fieri cum ſubtili, in libr. art medic. 86. Debemus ergo hæc examinare, & dare cibos tantum declinantes verſus frigidum, & humidum primo ad Glauconem de cura tertianæ puræ quantitas autem ſit tanta ut concoqui poſſit, ſic qđ duret uirtus cibi ergo qui dandi ſunt, ut dicit Galen. ibi ex oleribus ſunt atriplex, bliton, lapathum, Malua, lactuca, cucurbita, poſſumus tamen nos eligere, quæ ſunt in uſu, ſuccum ptiſanæ, ſorbitiones ex halica, piſces ſaxatiles, uolucria quæ habent molles carnes aliarum auium alas, etiam gallorum teſticulos dare poſſumus & cerebrum ſuillum, contuſum ex carne paruorum animalium: oua ſorbilia maxime eorum uitellos.

Ex fructibus poſſunt guſtare illos, qui non ſunt difficilis concoctionis, ut ficus in libr. de cibis boni, & mali ſucci, & vuam bene maturam, oportet etiam vt abſtineant ab omnibus cibis maxime calidis, & ſiccis, & hoc intelligitur in homine delitioſo, qui habet parum caloris naturalis, & ſi ſit fortis complexionis, ac uirtus ſit fortis: tunc ſufficit dare ſuccum ptiſanæ vſque ad criſim, dicit ibi Galen. vinum in principio nullo modo conuenit: poſt autem poteſt dari vinum aquoſum, & tenue in pauca quantitate in fine tantum: poteſt tamen dari in maiori quantitate: dicit ibi Galen. ab aqua eſt abſtinendum, ſi eſt danda oportet quòd ſit cocta: quia de ſe nullum præſtat iuuamentum, ſed multas noxas ut dicit Hippocr. tertio regim. acut. cap. de aqua. Hi ſunt ergo cibi, & potus huic febri conuenientes. Debemus etiam aduertere ne ſumantur diuerſi cibi, tertio regim. acut. 37. quòd ſi ſint diuerſi, qui ſint facilioris digeſtionis ſunt permittendi tertio regi. acu. 24. & ſecundo de alim. cap. de perſicis, & plus dandum in cœna, quàm in prandio, ſicut reddit rationem Galen. ſexto de ing. in principio autem paroxiſmorum a cibo penitus eſt abſtinendum, & in tota acceſſione, primo Aphor. ſecundo, Imo nec ante principium ſicut ampliat Galen. primo Aphor. uigeſimo, ſed in declinatione, uel melius tempore infebricitationis, quia in hac febre eſt longum, & quando

eſt intentio, uel phlobotomiæ, uel pharmaciæ, uel Clyſteris, uel ſedandi aliquem dolorem, ſi eſſet, abſtinendum eſt a cibo dum hæc fiunt poſt eſt cibandum, ſi eſt neceſſarium, primo regim. acut. 33. quod ſi ſit in æſtate: ſicut plurimum fiunt iſtæ febres: & æger difficile ferat cibum, oportet in pluribus uicibus exhibere, & parum, primo Apho. 18. tertio regim. acut. 36. Quinto ſunt ea quæ retinentur, & excernuntur. Sed de iſtis dictum eſt, loquendo de intentionibus ſumptis a cauſa morbi. debemus omni cura attendere, ut pori ſtent aperti, & in tempore debito uti mollibus frictionibus, & inunctionibus, quæ uim habent euaporandi & in tempore debito utendum eſt exercitatione.

Hæc enim ſunt, quæ faciunt traſpirare corpus, ut dicit Gale. vi. de tuenda ſanit. habent autem abſtinere a coitu, quia multũ nocet temperaturis calidis & ſiccis, ſicut ſexto, de tuenda, ſanit. dicit Gal. cætera autem quæ conueniunt, iam dicta ſunt, ultimo ſunt accidentia animi: debent qui tali febre febriunt, cauere ab omni immodico animi affectu, quia ſic alteratur ſtatus naturalis ut dicitur in lib. artis medicinalis 85. maxime ab ira furore, & inuidia, quæ calfaciunt, & exiccant, ſed debent mediocriter lætari, quia ſic confortatur calor naturalis, & expanditur, & ſic ſuas perficit operationes: Hæc autem ſunt, quæ agenda ſunt inter res ſex quas non naturales appellant. Reſtat ultimo correctio accidentium. Symptomata aliquando tantum in morbis faciunt ut dicitur, xij. de ing. in principio. quòd oportet eis tanquàm magis vrgentibus attendere. Cæterum quum iſtæ febres de ſe ſint ſalubres, quarto Aphor. 43. non habent ideo ſæua accidentia tamen quæ hic ſunt conſideranda, ſunt rigor fortis, ſitis, & calor mordax, qui etiam ab ipſa pendet eſſentiam. Quantum ad rigorem, quoniam habendo curam ad ipſum remouendum impeditur ſæpe motus naturæ, imo pro ipſo non eſt utendum fortibus remedijs, poſſumus tamen curare, ut æger ſit in lecto bene coopertus, & caleſcat ante aduentum paroxiſmi, quia ſic calor nãlis eſt fortior, & nõ tamen retrahitur: debemus aduertere, ne dormiat in principio, quia ſic augetur rigor, ſecundo Aphor. primo, curare etiam vt adueniat, ventre uacuo, primo Apho. 19. pariter in ipſo non eſt cibandum principio, Aph. xi. poſſumus etiam ponere circa ægrum pannos calidos. Sed reliqua omnia fortia, remedia ſunt omittenda. Quantum ad ſitim

licet æger de ſe debeat euitare aquam quantum poteſt: tamen propter ſitim aliquando concedenda aqua cocta, uel cum hordeo, uel cum ſeminibus melonis, & ſimilibus, quæ habent uim humectandi, & refrigerandi, poteſt autem aliquando deguſtare aliquos fructus, ſi non ſint difficilis coctionis, primo ad Glau. in cura tertianæ puræ, poſſunt etiam uti aliquibus iulep ut iulep roſato, & ſimilibus. Debent tantum quantum poſſunt uitare Narancia, granata, & ſimilia quæ habent uim ſtypticam, quia cum eis augetur oppilatio, & per conſequens febris: Quantum ad calorem, quia eſt de eſſentia febris, remitti non poteſt, niſi remouendo febrem, unde debemus quantum poſſumus euitare frigida actualia, applicata extra: urgente tamen neceſſitate aliqua epithemata cordi applicare poterimus, eaq; frigida ut ex camphora, ſandalis: & ſimilibus iam apparentibus ſignis manifeſtæ digeſtionis Sed hæc dicta ſunt in intentione ſumpta a morbo. Ibi enim debet de hoc eſſe ſermo. Quod ſi eſt eſt etiam proſtratio appetitus eſt propter humores currentes, ad ſtomachū, quibus ablatis per pharmacum, poterimus uti confortantibus ſtomachum, & extra in iungere factis ſcilicet euacuationibus. Hæc ſunt, quæ in cura tertianæ puræ, iuxta mentem Galeni, uidebantur ponderanda.

De cura Tertianæ continuæ.

TERTIANA modo continua, quæ fit ex cholera putreſcente in paruis uenis, ſicut dicitur ſecundo de diff. febr. ultimo, & cognoſcitur, quia habet eadem accidentia quæ habet tertiana pura, ſed intenſiora, eodem quoque modo curatur ſicut interpollata: ſicut prima quarti tract. ſecundo cap. xxxx. dicit Auicen. excepto, quod maiorem debes habere curam eius in infrigidando, & digerendo, ſic ergo eadem remedia quæ ualent in pura, ualent in continua, ſed debent eſſe fortiora.

De Tertiana Notha, & eius curatione.

TERTIANA Notha, quæ fit ex admixtione coleræ, & phlegmatis quādo ad unā formā reducūtur, ſic ꝙ non ſeruatur modus ꝑciſus affligēdi choleræ, uel phlegmatis ſecundo, de diff.

febr.

Febr. ſeptimo, cognoſcitur, quoniam eius paroxiſmus duodecim horas, & ſeptem periodos tranſit cum grauitate capitis, & extenſione accedit: Rigorem habet longiorem, quam pura, nec adeo auctum. Tarde in ea apparent ſigna digeſtionis, non eradicatur cum ſudore copioſo. Aliquando etiam non incipit cum rigore, caliditatem non habet multam, augmentum habet inæquale in libro de quatuor temporibus morbi, accidentia minus habet ſæua quam pura. Hæc omnia colligit Auic. prima quarti tract. ſecundo cap. 4. Videndum eſt, quantum ſit febris proxima puræ, & remota, & ſic magis, uel minus eſt uarianda cura, a cura puræ, ſi enim ſit remota parum, ab ipſa parum eſt deuiandum. Quantum ergo ad remotionem cauſæ: ſuppoſitis quæ dicta ſunt in cura puræ, & ſic ab ipſa incipiemus. Quoniam ſi iſtis febribus eſt etiam flegma quod peccat, cuius eſt magna copia in ſtomacho, & in inteſtinis: ideo, primo ad Glauc. de cura tertianæ nothæ, eſt utendum non leui clyſteri, ut ponendo in clyſteri Caſſiæ, ſicut dicit Auic. ʒ. vi. Vel uirtutē turbith, ut unc. mediam Diaphæniconis, uel elect. indi. facto clyſtere, ſequenti die poterimus dare lenitiuum, quoniam multæ ſunt materiæ in ſtomacho educendæ, puta unc. i. Caſſiæ, & ſi uoluerimus adiungere ſtimulum, quia materiæ ſunt craſſæ, poterimus adiungere. ʒ. i. uel elect. indi maioris, uel agarici præparati, quod etiam habet prouocare uomitum, qui quidem maxime in hac cura cōfert, ſicut dicit Gal. primo ad Glau. de cura tertianæ nothæ unde, maxime ſi natura tentet, poterimus ipſum in principio prouocare, propter phlegmata, quæ ſunt in ſtomacho, ut dando unc. vi. Aquæ hordei calidæ cum pauco aceti, uel ſirup. acetoſi, uel cum pinna intincta in oleo, & cum ſimilibus leuibus, quia fortia in principio non conueniunt, &, ſi de ſe ſequatur uomitus poſt cibum, optimum eſt. Quòd ſi neceſſaria eſt phlobotomia, ut quando natura eſt aggrauata, & ſunt aliæ conditiones, quæ indicant de phlobotomia, eſt fienda, & quanto citius, eo melius: oportet tamen præmittere clyſterem, & maxime ſi non habet beneficium uentris, & lenitiuum, ſi ſint plurimi humorum crudi in ſtomacho. Quantitas autem cibi, dicit Gal. ſit tāta, quantam exigit ſtatus cæli, conſiderando, ea quæ de mente Gal. dicta ſunt in cura puræ, facta phlobotomia ueniendum eſt ad digeſtiua, quæ debent eſſe fortia propter materiam multam & craſſam

craſſam poſſumus,ut dicit ibi Gal.facere decoctum ex origano, hyſſopo,& ſpica decoquendo in debita quantitate mulſæ,&dare,uerbi gratia, unc. v. uel ptiſanæ ſuccum cum pipere. Poſſumus quoque dare, ut dicit Auic. Puta ſumendo ſyrup. acetoſi unc.i. ſyrup.de duabus radicibus unc.i.Aquarum Apii,&fæniculi ana unc.i.& med.Sic ergo procedendo ſemper,ſi æger non habet uentris beneficium,poterimus uti clyſteribus.In die infebricitationis,apparentibus ſignis digeſtionis,non in principio, poterimus uti balneo, dicit Gal. oppoſitum tamen dicit Auicen.Gal.forſan intelligit, quando non eſt multum remota a pura.Auic. quando eſt multum remota. quia ſua ratio tunc ualet. Nos poterimus ſecure procedendo, omittere penitus, uel tamen uti in declinatione: ſed in hoc tempore ſcilicet apparentibus ſignis manifeſtæ digeſtionis, poterimus uti prouocantibus urinam,& ſudorem leuiter, ſicut ſunt illa, quæ ſunt poſita pro digeſtiuis,uel ad dendo ſemina melonis, maiora, communia,uel utendo oxymelite, ſicut dicit ibi Gal. & quum deuentum eſt ad ſeptimum diem, quia iam eſt conſonum, quod aliqua pars ſit putrefacta pro eius eductione: poterimus uti leui pharmaco,laudat Gal.& doctores alii comam abſinthii,uel eius decoctionem. Quoniam ut dicit Auic. confortat ſtomachum, & educit materiam peccantem: Poſt iterum poterimus redire ad digeſtiua, & uti eis donec appareant ſigna digeſtionis completæ. Hoc interim poterimus uti calefacientibus, confortantibus,quando prolongatur ægritudo,dicit Auic.ut ungendo ſtomachum,cum oleo abſynthii uel menthæ, uel actualiter applicando calida ſtomacho, uel faciendo emplaſtrum ex eis cum ligno aloes,pariter,etiam poterimus applicare hepati oleum ſquinanthi, capparum,fœniculi,ſaluiæ,& ſimilium,uel ex ſimilibus facere emplaſtra, & etiam tollere tēſionem hypochondriorum, ſi fuerit: Apparentibus uero ſignis manifeſtæ,&completæ digeſtionis,& natura non complete educente tunc dicit Auic.oportet euacuare,& utemur medicamentis e ducentibus choleram, & phlegma,puta dando ʒ. i. ſ. Rhabarbari,Agarici trochiſcati uel in infuſione uel in ſubſtantia ʒ.i.adendo parum ſpicæ,poſt ʒ.vi.Caſsiæ cribellatæ,& ʒ.ii.elect.Indi, uel diaphæniconis poterimus uti.Poterimus quoque conficere pilulas ex Rhabarbaro,agarico,&dare puta ʒ.ii.Cæterum quoniam uirtus eſt debi-

lis

ſis,& ægritudo longa. Ideo non una uice damus medicinam. quæ materiam peccantem totam debeat educere, ſed damus medicinam quam vocant fortem debilem & quæ trahit a remotis,ſed ſit in pauca quantitate puta. In forma pillularum dando ſcrup.ij.chochiarum,& aurearum,ſcrup.j. uel faciendo, ut maſticent ʒ.ij.Rhabarbari: His datis medicinis,ſequenti mane poterimus dare vnc i.zucari roſati,vel aromatici roſati, vel ex ſandalis cum ſpeciebus aroma. roſati conficere confectionem in morſellis,& dare omni mane morſellium vnum per horam ante cibum cum pauco uino aromatico,ſic etiam cum frictionibus,cum debitis exercitijs,cum vnctionibus aperientibus cũ aliquibus aquis factis cum radicibus communibus,cum ſeminibus maioribus communib. poterimus curare, ut inſenſibiliter, uel per ſudorem, uel per vrinam excernantur ſuperflua tertiæ digeſtionis,& hæc quantum ad cauſam remouendam.

Reſtat modo ordinare in ſex rebus non naturalibus. Quantum ad cibum,dicit Gal.primo ad Glau. de cura tertianæ nothæ,ꝙ cum cibo eſt prouidendum ne morbus augeatur,& tamen eſt etiam aduertendum,ne uires proſternantur, quoniam iſta febris de ſe eſt longa,& hoc eſt difficile. Nam inædiæ quantum proſunt coctioni morbi,tantum nocent viribus: cibi vero quantum vires augent tantum coctionem impediunt: oportet ergo medicum cogitare uires ægri an ſint ualidæ uel debiles,& morbi magnitudinem,ſic viribus exiſtentibus fortibus, minus eſt dandum,ſi ægritudo ſit magna,ſi uero uirtus ſit debilis,plus eſt dandum. Vnde non limitata poteſt dari regula, ſed ſaluatis conditionibus vniuerſalibus,quas de mente Gal. adduximus in cura tertianæ puræ,quoniam in veritate morbus eſt longus. Ideo oportet,quod diu ſeruetur uirtus, & ſic craſſius poterimus reficere q̃ in pura:oportet ergo dicit Gal.non quotidie cibare, ſed alternis diebus,ut bis in die infebricitationis tamen poterimus etiam cibare,ſemel in die paroxyſmi,& in declinatione, leuiter tamen, ut dando aliquam ſorbitionem uel parum ptiſanæ,uel panatellæ. Cibi etiam dicit Gal.Ibi non debent eſſe æque frigidi, ſicut in pura,quia eſt maior intentio incidendi,& aperiendi,& minor remittendi calorem febrilem.Oportet quoque dicit Auic.in principio craſſius reficere, q̃ in pura,quia eſt longior. Cibi autem qui dari debent in die infebricitationis erunt,

runt, ſicut oua ſorbilia, contuſum ex carnibus uolatilibus, & illi omnes quos enumerat Gal. ī tertiana pura, ſed in maiori quãtitate. De uino nihil dicit Gal Paulus & Auic. Crederem, quũ in principio non conueniat, apparentibus tamẽ ſignis digeſtionis poteſt dari, & in maiori quantitate, & aliqualiter magis uinoſum q̃ in pura, quia cibi conueniunt, & potus, qui iuuant excretiones, & magis uergunt uerſus calidum: q̃ in pura. poterimus tamen uti etiam aqua modo ſit cocta ut cum aliquibus incidentibus, ut cum radice apii, uel feniculi: Aer non debet tãtum infrigidari, ſed ſit temperatus. vergat tamen magis verſus frigidum, & humidum, q̃ verſus calidum, & ſiccum. Somnus ſit temperatus, ut ſi eſt poſſibile, plus ſolito, quia iuuat concoctionem: quietem laudat Gal. in primo ad Glau. c. proprio quia facit ad concoctionem, & tunc debemus uti calefacientibus & calefacere hypochondria, & curare ut pori ſtent aperti, & excernantur ſuperflua, nec retineantur excrementa vel vrinæ, vel ſudores, accidentia animi, quæ aliqualiter calefaciunt apparentib. ſignis manifeſtæ: digeſtionis, poſſunt concedi quia tamẽ omnis motus animi, non eſt in poteſtate noſtra, & aliquando accidentia ſunt maiora, q̃ velimus: debemus curare, ne æger iraſcatur, dolore afficiatur, non inuidia crucietur, & ſimilia quæ poſſunt maxime agitare. Sed aliqualiter lætetur, & ſine triſtitia viuat, ſymptomata non ſunt magna nec ſæua in hac cura, ideo de his pauca eſt habenda cura.

De Cauſo, & eius curatione.

CAuſus febris eſt ardens, quarto regi. acut. 14: Pura quæ fit ex flaua bile, tertio regim. acut. ultimo, putreſcente in magnis vaſis, ſecundo de Criſi. ſexto. Et hæc eſt quæ ardentiſſimã habet ſitim, & calorem intenſiſſimum, quarto regim. acut. 13. non pura poteſt fieri ex phlegmate ſalſo, & dicitur ſpuria, tertio regim. acut. ultimo, & quarto regim. acut. 13. et hæc accidentia non habet adeo ſæua, poteſt etiam fieri ex cholera admixta phlegmati, quia ut dicit Gal. quarto Aph. 59. cauſus fit ab eodẽ humore, a quo tertiana ꝙ ſi ſit tertiana notha, ex cholera admixta phlegmati fit etiam Cauſon Nothus eodem modo. Cognoſcitur, ex duobus ſignis propriis inſeparabilibus, præcipue ſcilicet quia cum eo eſt ſemper intenſa febris, et clamoſa

moſa ſitis,dicit Gal.quarto regim.acut.xiii.& hoc in ſummo in pura: remiſsius,in ſpuria. Pariter febrem habet continuam, & nunquam ad infebricitationem deſinentem, ſecundo de Criſi. tertio &, ſeptimo,ex iſtis ſignis hoc eſt ſignum proprium,& in ſeparabile Cauſonis,uerum-eſt,quod ſunt iſta, ſigna intenſiora in uero cauſone,quam in ſpurio,quarto regim.acut.xiii. Verus autem cauſon facit quod corpus laborat laſsitudine ulceroſa, quarto regim.acut.ſecundo,& ſequitur longum iter, longamq; ſitim quarto regim.acut. tertio,linguam habet aſperam ſiccam, & nigram,uentrem morſu dolentem,deiectiones liquidas &pal lidas, uigilias, & aliquando alienationes, quarto regim. acut. quarto, cauſon uero ſpurius habet aluum ſolutam, ſitim magnam,linguam aſperam ſiccam,ſalſam,quarto regim. acut. 13. urinæ defectus, uigilias & refrigerata extrema. Hæc ſunt ſigna ponentia differentias paſsionis: fit autem cauſon uerus,maxime in iuuene,temperaturæ calidæ,&ſiccae, tempore calido,&ſicco, exercitato,quando ieiunauit, regimine calido,& ſicco,qui fuerit uſus cibis calidis,& ſiccis ſecundo, de Criſi. 30. & de ſe ſeptem,dies non tranſit,quarto Aph.lix. hæc ſunt ſigna cauſonis. In cuius cura, maxime in cura puri, ſic eſt procedendum ,res omnes,quas conſiderare debet medicus in alicuius ægritudinis cura in triplici ſunt differentia. Nam quædam ſunt res naturales,quædam non naturales,quædam præter nãles,ſicut dicit Gale.tertio deCauſ.pul primo ergo de iſtis in hac cura loquẽdo incipiemus a,præternãlibus:Res igitur præternãles tres ſũt.ſ.cauſa morbi,morb⁹& ſymptomata tertio de acci.primo:quæ oẽs de ſui remotione indicant,lib.de conſtit.artis med.19. in horum autẽ remotione a magis urgente eſſe incipiendum ſeptimo de ing. xii.Symptomata aliquando morbum augent, & uirtutem proſternunt. & tunc ab ipſis eſt incipiendum. xii. de ing. primo: quum tamen principalis,& regulata cura ſit incipere a cauſa, ſi eſt poſsibile,ut etiam ibi dicit Gal.Ideo ſuppoſito,quod in hac cura,licet accidentia ſæua ſint quæ tamen penitus uirtutem non proſternant,ab ipſius cauſæ remotione eſt incipiendum, poſt de remotione affectus demum de ipſis loquendum ſymptomatibus.Remedia quibus utimur in cauſa ſunt phlobotomia, con ſiſtente uirtute, cataplaſmata,purgationes,digeſtiua, & ſimilia, ſicut dicit Gal. primo regim.acut.xxxxiii. quæ harum præcedere de-

re de-

re debeat,dictum eſt. Quum ergo medicus adit febrientem hac febre.primo ſi ſunt retentæ feces , ante cibum debet præparare clyſterem,quem laudat Gal. undecimo,de ing. nono:ex oleo ſcilicet,& aqua mellis,puta ſumendo unc.vi.olei , & tres uel quatuor aquæ mellis . Iſte enim clyſter omnes habet intentiones quæ in clyſtere deſiderantur , intendimus enim remollire feces induratas, lubricare inteſtina ſtimulare expulſiuam,infrigidare, & humectare in iſtis febribus,oleum ſtimulat,& lubricat. Aqua mellis abſtergit,& remollit feces,& in ea nihil eſt quod inflammet,facto clyſteri in ſero, ſequenti mane,ſi ſunt aliqui humores crudi,uel indigeſti in ſtomacho , & in ſuperioribus inteſtinis,uel me ſeraicis per mediam horam ante cibum poteſt exhiberi medicamentum quod lenitiuum uocant,puta unc. 1. Caſſiæ,uel unc. 2. mannæ,quod ſi uolumus ſtimulare, poſſumus addere unc.i. elect. roſati Meſue. Poſſumus quoque dare diapruni non ſolutiui unc i.uel octo pruna cum aqua mellis, poſt bibendo decoctionis fructuum unc. 3. ſyrupi uiolati, uel decoctionem mercurialis , uel infuſionem tamarindorum in ſero poſt debet fieri phlobotomia per horam ante cænam , quod ſi non ſint retentæ feces, nec repletus ſtomachus, melius eſt ſubito uti phlobotomia,nono de ing. quinto ſi igitur uirtus ſit fortis , & ætas patiatur,quia morbus eſt acutus, fienda phlobotomia ſicut patet ab Hyp.quarto regim acut. 17. & Gal.in lib.de phlobotomia quod ſi ſit æger ante. xiiii. annos , tunc non eſt fienda phlobotomia.xi.de ing.xiv. tertio de ing.diſt.tertia.cap. v. in ſene autem, etiam ſeptuagenario modo uirtus conſtet eſt fienda , ſicut fecit Gal.in lib.de phlobotomia,uerum eſt,quod in ipſis, quia calor naturalis eſt debilis, ut plurimum uirtus non cõſtat, quarto regimen.acut.xvii. & in lib. de phlobotomia quod ſi uirtus non conſtet, etiam penitus a phlobotomia eſt abſtinendũ, ſicut in lib.de phlobotomia dicit Gal.ſi ergo eſt poſſibile,quando fieri debet, eſt fienda in hac febre ardenti uſque ad ſyncopim primo Aph.xxiii. ſic enim dicit ibi Gal. totus habitus corporis refrigeratur,& febris extinguitur,& ſudores emanant, & aluus citatur. Quare plurimum ſignatur, uel ſaltem uehementia febris abſcinditur, quod ſi tantam copiam mittere non uolumus,ſaltem debemus copioſe phlobotomare:

Quantitas autem ſanguinis mittendi deprehenditur a regione,

ne,ſtatu cæli,tempore anni,quod ſi omnia indicent de nō mit tendō ſanguine,ut in complexione debili,regione calida,uel ſicca,tempore calido,& ſicco, tunc non eſt fienda phlobotomia. xi.de ing.14.& primo ad Glauc.de cura continuarum, quod ſi omnia, quæ indicant demittendo ſanguine adſint, tunc ut dixi, uel eſt mittendum uſq; ad ſyncopim uel copioſe ſaltem, ut ſaltem mittendo lib.i. ſanguinis.Si uero aliqua adſint,non eſt mit tendus ſed magis,& minus ſecundum diuerſitatem conditionū. Iſtæ enim conditiones, ut dicit Gal. in lib. de phlobotomia non indicant per ſe de mittendo, uel non mittendo ſanguine, ſed de maiori uel minori quantitate, ſunt enim tres tantum cō ditiones,quæ indicant per ſe de non mittendo ſanguine:uirtus ſcilicet debilis,ætas non florens,& morbus non indicans de ſan guine mittendo, uerum eſt, quod ſi illæ aliæ omnes ſimul iungantur de non mittendo ſanguine indicant, quas ſub aere poſuit Gal. quarto regim. acut xvii.Si autem ſit maxima cholerae abundantia,uel cum diminutione ſanguinis, uel humorum cru dorum copia, etiam non eſt fienda phlobotomia, quia ſic uirtus non conſtat, ſicut in lib. de phlobotomia dicit Galen. ſed eſt intentio de pharmacia. Quod igitur ad pharmaciam attinet,uel materia,quæ peccat,eſt furioſa uel non.Eſt autem furio ſa quando eſt in motu in differenter,uel ad loca expulſionis,ſicut dicit Gal. octauo de med. comp. quando comfecit hieram Themiſonis,ut dummodo ſit cum periculo, quarto Aph. decimo ſi ergo materia ſit talis, indigeſta debet educi primo Aph. xxii.& xxiv.& ſecundo Aph.xxix.& quarto Aph. decimo, ſi tamen eſt poſſibile, oportet uti digeſtione medicum aperiendo ſcilicet uias,& reſecando humores,& quoniam hæc habent fieri in pauco temporis ſpatio,ideo oportet uti multum calidis:etiā quod noceamus febri,quia maius ſequitur iuuamentum nocumento,& hæc fit cum decoctione pulegii,origani,Calaminthæ in melicrato,facta iſta digeſtione ſi materia turget, eſt dandum medicamentum,&cum præmeditatione dicitHypp.primo Aph. xxiv.non ſemper ſic ad pharmaca, ſolutiua in principio eſt recurrendum dicit ibi Gal. bene omnia examinando, ut naturā infirmi,utrum ſcilicet ſit idonea purgationi, aut laboret multa cruditate,an habeat crudos,& tenaces cibos in ſtomacho an habeat ilia extenſa,& nimis calida,quia iſtis exiſtentibus conditio nibus,

nibus,etiam ſi materia ſit furioſa,a pharmaco eſt abſtinendum, ut ego cenſeo. Quare melius eſt ægrum mori ex malignitate morbi, quàm pharmaco eũ interficere in eis enim utendo pharmacis, & ars,& medicinæ uileſcunt, ſicut dixit Galen.xi.de ing. nono: quòd ſi iſtæ non adſint conditiones, apertis uijs,& reſecatis humoribus, ſi eſt poſsibile, dabimus medicamentum.v.g. Rhabarbari ʒ. ii. caſsiæ ʒ.vi.elect.roſati Meſuæ ʒ.ii.hæc omnia educunt choleram, non tamen cum maxima agitatione,quòd ſi eſſet etiam admixtum phlegma, poſſumus addere ʒ. i. & ſem. Agarici trochiſcati, faciendo infuſionem in aquis endiuiæ, & cichoreæ, ſicut communiter fit, & poſſumus magis, & minus fortiora uel debiliora pharmaca dare,ſecundum quòd uires fuerint, tantum enim eſt pharmacandum, quantum uires ferunt, primo Apho. 23. quod cognoſcitur ex qualitate eorum, quæ excernuntur, ſi talia ſint, qualia eſſe debent, & ægri facile tolerent, primo Apho. ſecundo,& 22.& quarto Apho. ſecundo,& cognoſcitur ſi æger ferat grauiter purgationem,quarto Aph.39. ſic etiam aduertendæ ſunt aliæ conditiones,quas enumerat Hyp. ibi in quarta particula Apho. & videbimus quando fortiora,& quando debilia ſint danda pharmaca,& per quam viam: & hæc omnia colligit Gal.primo ad Glauc. de cura continuæ cum accidentibus quòd ſi materia furioſa non ſit, indigeſta, educi nõ debet primo Aph.22.& octauo de medic.vbi refert hieram Themiſonis aliter ſequentur illa inconuenientia, quæ refert Hipp. primo regim. acut. ſecundo hoc autem eſt interdum de materia faciente morbum: Nam quando timemus de alio morbo futuro, quod periculoſus ſit, etiam indigeſta materia eſt pharmacandum ſicut fecit Galen.ultimo de ing.14. in timore phthiſeos 13. de ing. cap. xvi. in cura oculorum 14. de ing. octauo. In cura tremoris lingue, quarto regim. acut.xvi. in angina: iſtam digeſtionem facit natura primo prognoſt. ultimo, ſemper incraſſando, ſecundo prognoſt. 33.& ſeparando bonum,a malo, & malum ad educendum aptum reddendo,materia.n.digeſta facilius educi põt primo Aph. 22. Iſtam digeſtionem poterimus iuuare,cum confortantibus, & roborantibus virtutem digeſtiuam:nos autem faciemus corpora fluida, hoc interim ſicut eſt neceſſarium,ſecundo Aph.nono & hoc faciemus cum decoctionibus,quæ ſunt minus calidæ quam illæ,quibus utimur in ma-

teria furioſa, quia longius eſt tempus.v.g.Radicum capil. veneris, foliorum bugloſſæ, endiuiæ ana M.5.Radicum cichoreæ,& apij mundatarum ana numero 8.fiat decoctio ſecundum artem vſque ad conſumptionem tertiæ partis vel medietatis aquæ.De inde fiat colatura de qua capiat mane unc.vi.calidæ addendo pa rum zuchari, ſic etiam prouocamus ſudores,& urinas,quod eo tempore conuenit.xi. de ing. nono. Poſſumus quoque dare oxy melitem æſtate frigidum , hyeme uero calidum : primo regim: acut.42. oportet dare quod multum non ſit acetoſum, quia abradit inteſtina, tuſſim excitat, & neruoſa lædit , pariter non oportet dare in multa quantitate xi. de ing.xi. uel ſi uolumus da re in forma ſyrupi, poterimus dare puta ozymeli : uel acetoſi ſimplicis unc. j. quoniam etiam aliqualiter digerendo oportet habere curam etiam infrigidandi propter intenſum calorem febris, ſyrup. de endiuiæ unc. 5. Aquarum endiuiæ, & cichoreæ ana unc j.& ſem. ſic igitur digerendum,& prouocanda urina,& ſudor: ſi natura tentet uomitum, poterimus eam cum aliquo le ui uomitiuo iuuare, puta cum aqua hordei calida,& pauco,uel ſyrup. acetoſi, uel cum penna in oleo intincta. Quum autē deueniemus ad tempus perfectæ digeſtionis, quoniam eſt aptum pro Criſi. naturæ eſt aduertendum ſi ipſa natura totam materiam euacuet, & ſic nihil quo ad iſtam intentionem debet facere medicus. Primo Apho.20.& xxij. in commento,& hoc ſæpe facit per fluxum ſanguinis narium, quarto regim.acut.decimo uel mittendo materias extra uenas,& ſic faciens rigorem , poſt ſequitur eum, ſolutio per ſudorem, uelut in quarto Apho.58. aliquando etiam ſoluitur per urinas quarto regim.acut.decimo quòd ſi ipſa aliquid relinquet, quia quæ talia ſunt ſolent facere recidiuam,ſecundo Aph.xii.tunc medicus debet iuuare per eam regionem,per quam incœpit euacuare natura: primo Apho. ſecundo & ſequi eas conditiones quas de euacuatione diximus.

In cura tertianæ puræ. Pharmacum uero,quo uti debemus, eſt illud de quo ſupra, quando loquebar de materia furioſa. Exhibito pharmaco ſi aliqua ſit impreſſa caliditas in membris ab ipſo,uel debilitata membra principalia : ſequenti die dabimus , ſpeties tria ſandalorum,uel diarhodon Abbatis,faciendo morſellos cum zuccharo , & dando ſingulo mane morſellum unum. uel dabimus zucchari roſati unc.i. uel ſyrupi roſati unc.1.cum

unc.

unc. 3. Aquæ Boraginis. In iſtis temporibus cum frictionibus cum unctionibus rarefacientibus, cum debitis exercitiis, ſi erit poſsibile eum curabimus: ut ſi aliqua ſuperflua, tertiæ digeſtionis reſtiterint, excernantur ſemper non omittendo clyſteres, ſi aluus ſit ſicca, donec æger bene habeat uentris beneficiũ: hæc quo ad cauſam morbi: Veniendum modo eſt ad morbum: duo ſunt præcipua remedia in cura febrium ardentium, phlobotomia ſcilicet & exhibitio aquæ frigidæ Primo Apho. xxiii. nono de ing. nono, poſtquam ergo iam eſt dictum de phlobotomia, eſt dicendum de exhibitione aquæ frigidæ: intentio enim de ipſa exhibendo, ſumenda eſt præcipue a morbo. Cauſon enim quum febris ardentiſsima ſit, quæ ſecus trahit intenſiſsimum calorem, & intenſiſsimam ſiccitatem, hinc indicatione ſumpta ab ipſo, intentio eſt de exhibitione maxime frigidorum & humidorum. Quum autem huiuſmodi maxime ſit ipſa aqua: intentio igitur ſumpta ab ipſa quæ maxime conuenit, eſt aqua frigida. Primo regim. acut. 42. Hinc dicit Gal. quarto regim. acut. xii. quod omnes febre ardenti laborantes, quibus exhibuit aquam frigidam ſanauit: idem nono de ing. ſexto. Hinc crederem, quòd (licet hoc remedium modo non ſit in uſu) optimum eſſet, eo uti, apparentibus igitur ſignis manifeſtæ digeſtionis, quando eſt maxima flamma, eſt danda aqua frigida, nono de ing. quinto, ſi ſtatus cœli ſit calidus, & ſiccus, & omnes uires ægri ualeant, nec ſit ſenex xi. de ing. nono maxime ſi æger ſit aſſuetus, quòd ſi non ſit aſſuetus, dabis ſed non adeo audacter. nono de ing. quinto, Aduertendum tamen eſt ſi plurimi indigeſti, & glutinoſi ſint humores in ſtomacho, ſi inflammatio in interioribus, ſi ſit aliquod membrum neruoſum debile, quia nec tunc aquam dare oportet nono de ing. quinto niſi ſit periculum mortis, vel hecticæ quoniam ſi eſſet apoſtema in interioribus, & indigeſta materia liceret dare ipſam, ſicut fecit Gale. decimo de ing. 6. quantitas autem dicit Gal. primo regim. acut. 42. debet eſſe tanta quod extinguat febrem, & hoc eſt quantum æger vno hauſtu poteſt bibere, uel quantum voluerit æger. nono de ing. quinto, & ſunt duæ cotylæ decimo de ing. quinto ſcilicet vnc. 18. & debet dari vacuo ſtomacho. Nec etiam ſunt admiſcenda, quæ poſtea refrigerant, quia ſic nimium forſam reſtarent frigida, & cum de hoc nihil dicat Gal. conſonum eſt, quod

non ſint miſcenda, pariter non eſt danda in pauca quantitate, quia ſic febrem non extinguit, nec ſitim, & multum nocet, ſicut tertio regim. acut. cap. de aqua: dicitur, eo tempore etiam, & illis ſtantibus conditionibus poterimus Balneare in aqua dulci, dicit Gal. xi. de ing. nono, unctiones pariter frigidæ eo tempore conferunt, & poterimus iniungere eum infrigidante, quod deſcribit Gal. decimo de ing. nono, quo eſt etiam vtendum in cauſone, vt dicitur in libro de tabe, ſic etiam poterimus applicare alia epithemata frigida ut ex ſandalis, ex camphora, niſi non ſit maxima vigiliarum inſtantia, ex ſucco plantaginis, & ſimilibus infrigidantibus, nec eſt neceſſarium admiſcere calida, quia ut in alterando exterius non multum eſt periculum, & indifferenter poſſunt applicari omni membro ſeptimo de ing. 8. & ultimo, & quãdo iam ſunt calefacta a calore febrili debent remoueri, & iterũ applicari frigida decimo de ing. nono. Aduertendum eſt tamen ſi aliquod ſequeretur nocumentum alicuius partis proxime, tũc non debent amplius applicari vel non multum frigida, ſicut fecit Gal. ſeptimo de ing. 8. in ſecundo infirmo. Hæc ſunt præcipua tria remedia, quæ valent humectando & refrigerando, Alia dicemus in ſermone ſex rerum non naturalium. Veniendum modo eſt ad ſymptomata quæ etiam de ſui remotione indicant. Sũt enim præter naturam accidentia, quæ morbum ſequuntur, ſicut umbra corpus, tertio reg. acut. primo, & hæc ſunt in triplici differentia ſcilicet corporis affectus, actio læſa, & exiens mutatum, xij. de ing. primo, tertio de accid. ſecundo, hæc etiam de ſui natura, indicationem non præbent curatiuam, niſi inquantum induunt naturam cauſæ, uel uirtutem proſternunt, 12. de ing. primo. Quum igitur talia ſint, ab ipſorum remotione eſt incipiendum. Cæterum quoniam ſæpe morbus ipſe, & cauſa diuerſam exigunt curam, in cura ſymptomatum xi. de ing. xi. ideo uidendum eſt, an tale poſſet reperiri remedium, quod ad vtrunque ualeat, & tunc erit directa cura. xij. de ing. primo. Quod ſi tale non reperimus, debemus attendere vrgentiori, altero non neglecto, ſeptimo de ing. ſecundo ſicut etiam eſt faciendum in ſymptomatibus, quando enim duo infeſtant ſemper urgentiori attendendum eſt, altero non neglecto. primo ad Glauc. de cura febris continuæ cũ accidentibus. Symptomata ergo quæ ſequuntur febrem ardentem ſunt, primo ſitis

intenſa,

intenſa, quarto regim. acut. xiij. lingua ſicca, & nigra: ventris morſus, & eius fluxus cum materijs pallidis, & liquidis, uigiliæ, & aliquando alienationes quarto regim. acut. quarto. Quòd ſi ſit cauſon a phlegmate ſalſo linguam habet ſalſam quarto, regim. acut. 13. Quantum ergo ad ſitim ipſam quantum ſit inſeparabilis a cauſone: remedio medici auferri non poteſt, niſi & ipſa tollatur ægritudo, ſed quoniam vt dicit Gal. Primo de diebus crit. quum eſt ſitis adeo intenſa, & clamoſa non oportet cruciare egrum, poterimus dare aquam mellis, ſicut facit Hippocr. quarto regim. acut. quinto. Sed quoniam aqua mellis, ratione mellis inflammatur cito, & ſic nocet febri. xi. de ing. xi. Imo debet eſſe cum pauca mellis quantitate: Magis tamen laudat ibi Gal. cremorem hordei quem poſſumus facere modo, quia groſſius reficimus, niſi timeamus, quòd aceſcat in ſtomacho primo ad Glauc. de cur. febr. continuarum cum accid. Aquam quoq. exhibere poſſumus, ſed coctam, quia ſic multæ tolluntur noxiæ ipſius aquæ quarto regim. acut. quinto, & eſt bonum in ipſa decoquere radicem Apij, ſicut dicit Gal. nono de ing. nono, ſic enim prouocabimus ſudorem, & vrinam, poſſunt admiſceri ſemina communia, quia refrigerant, & urinam cient, poteſt etiam fieri aqua hordei: quæ licet non habeat omnes intentiones ptiſanæ, humectat tamen, & refrigerat, & ſic aliqualiter ſitim tollit, quod ſi eſt poſsibile, oportet aquarum harũ magnam dare quantitatem, ſed raro, quarto reg. acut. v. quia in pauca quantitate ſitim non ſedat, & in bilem conuertuntur. Poteſt quoque æger tenere in ore pruna ſicca, uel macerata in aqua frigida. Sic .n. faciendo æger melius tranſit ipſam ſitim: Quo uero ad linguam, debemus curare ut mundetur, abſtergatur, puta lauando os, cum aqua mellis, & radendo ipſam cum aliqua re aſpera, & curando, ut æger parum loquatur. fluxus autem ſi immodicus ſit, debet curari, quod ſi non ſit ſuperfluus: quoniam forſan eſt criticus, ſi habuerit conditiones ad criſim, quas enumerat Galen. primo Apho. ſecundo, non eſt impediendus: ſuperfluus autem curatur, primo utendo clyſteri quem uocant lauatiuum, ſcilicet ex brodio: zuccharo, & vitellis ouorum ut non radantur inteſtina, & ſequatur dyſenteria: quod ſi ſequitur: poterimus uti clyſteribus faciendo decoctionem, ut cum balauſtiis: cum carabe, meſpilis, cum elect. de ſorbis, & ſimilibus: item etiam

poterimus applicare cærata ſtyptica, vngendo cum oleis ſtyptic. puta cum oxyrhodino & ſimilibus. Quod ſi ſequatur ſic quod faciat dyſenteriam, tunc dicit Gal. xij. de ing. primo, omnis cu ra eſt adhibenda ad ſymptomata, & tunc per clyſterem indimus, vel tragi ſuccum, uel ſæuum hircinum vel roſaceum, ut uires quieſcant, donec habeamus tempus ſanandi vlcerationem, quá poſt ſanamus imponendo per annum res conſolidantes, quod ſi ſit cum ea dolor immodicus, ſic vt proſternatur virtus, aufe rendus eſt dolor, ſi eſt poſſibile cum rebus quæ morbo, & ſym ptomati conueniunt, & uidendum ne quid nimis agas, dicit Ga le. ibi. xij. de ing. primo, quod ſi non ceſſat dolor: tandem veniẽ dum eſt ad opiata, potiuſquam ægrum relinquere mori ex do loris uehementia, ut dando philonium: quod ſit quatuor anno rum. Quod ſi etiam ſequitur ſyncope. Primo aſpergendo ægrũ aqua frigida, nares apprehendendo, & os uentriculi perfrican do curari debet, dicit Gal. primo ad Glau. de cura. febr. conti nuæ oportet quoque prouocare vomitum, ligare manus forti ligatura, & ſi ſequatur ſyncope ex alia cauſa curanda eſt ut dicit ibi Gal. Quo uero ad uigiliam dicit Gal. xii. de ing. primo, uigi liæ tantæ ſunt aliquando, ut uirtutem proſternant: ideo debe mus curare, ut æger tunc dormiat. Cæterum quoniam ſomni fera ut plurimum ſunt morbum augentia, & eius cauſam: ideo debemus ea euitare, quantum poſſumus: debemus ergo primo curare ut æger quieſcat, quantum poteſt, ſit camera clauſa, & obſcura, ſine hominũ concurſu, quod ſi adhuc non poteſt dor mire, poſſumus facere decoctionem ex rebus frigidis ut ex ro ſis, nenuphare, portulaca, lactuca, endiuia, addendo parum mã dragoræ uel apij, poſt ex ipſa decoctione lauare ægri extrema, & facere ut odoret uapores illius aquæ: quòd ſi adhuc hoc non iuuat, poſſumus, dicit Auic. in hac cura dare ſyrupum de papa uere, puta per horam poſt cœnam: Poſſumus quoque inunge re tempora unguento populeo. Verum eſt quòd ut dicit Gale. xij. de ing. primo debemus omni ingenio curare ut non uta mur iſtis frigidis: quia frigidum multum naturæ inimicum: Sed quando eſt neceſſarium uti, ſaltem ipſis eſt utendum cum ma xima cautela, bene examinando naturam infirmi, & urgentiam doloris, uel uigiliarum. Quod ſi etiam ſint alienationes, quia tunc eſt periculum phrenitidis ſi in principio ſint, poſſumus ap

plicare

plicare capiti oxyrhodinum ſicut dicit Galen. xiij. de ingenio cap.xv. Item quando illa alienatio eſt propter uapores eleuatos, maxime a corde, poterimus facere epithemata cordi, maxime ſi ſint factæ uniuerſales euacuationes, ex rebus frigidis, & cor cõfortantibus ut ex ſandalis, croco, ſucco boraginis & bugloſſæ cum aqua roſata & ſimilibus. Item poterimus facere frictiones, trahendo deorſum, & ſatis fortes, poſt ſunt applicandæ dorſo cucurbitulæ & ſic confortando membrum mandans, reprimendo, & diuertendo a membro ſuſcipiente, alienatio curatur: hæc ſunt quæ ſunt dicenda quo ad remotionem trium rerum præter naturam. Veniendum modo eſt ad res naturales, quas quantum ad curam modo conſiderare debemus ſunt uirtutes, complexio: ætas, & conſuetudo, quæ de ſui conſeruatione indicant, quod fit cum ſimilibus in libr. art. med. 85. conſiderandum eſt ergo qualis ſit uirtus, & quanta, & uidendum quomodo poterit durare uſque ad ſtatum, & ſic pro eius conſeruatione eſt dãdus cibus, ſic quòd conſeruetur ut poſſit reſtare pro pugna cõtra morbum: ſed de hoc dicam loquendo de ſex rebus non naturalibus. Conſiderandum & qualis ſit complexio ægri, ut ſciamus quantum alterare debemus, dicit Gale. nono de Ing. 14. Quum enim corpora ægra in naturali complexione conſeruare intendamus octauo. de ing. nono tantum eſt alterandum, quantum eſt neceſſarium pro naturalis complexionis conſeruationẽ, & ſic dabimus cibos, uel alias res ſecundũ complexionem ægri. ætatem pariter oportet conſiderare, & talia exhibere qualia illi ætati conueniunt & ita in pueris ratione ætatis laudabat uictum humidum Hippo. primo Aph. xvi. conſuetudo quoque quum ſit altera natura ſeruari debet in ægris, ut cibando hora conſueta, curando ut dormiat hora conſueta, ut utantur cibis quantum poſſibile eſt conſuetis, etiam quòd eſſent parum deteriores, ſecundo Apho. quinto pariter in eductionibus debemus videre, an ſit ſolitus euacuationibus: conſuetudo enim dicit Gal. primo ad Glauc. de cura conti. cum acci. non parum eſt momenti ad omnia peragenda, maxime ad euacuationes. Quod ſi aliæ ſunt res quæ inter naturales reponantur: fere ad has tres reducũtur, & omnes de ſimilibus exhibendis, & de ſua conſeruatione indicant. vltimo eſt dicendum de ſex rebus non naturalibus, quæ conſeruant ſanitatem uel amiſſam recuperant, ſi debite ad-

miniſtrentur: & eam deſtruunt ſi indebite. Primo ergo eſt aer, a quo maxime ſumitur iudicatio nono de ing. 14. quòd ſi calidus ſit & ſiccus febrem auget, ſi frigidus, & humidus eum curat, ſi ergo naturaliter poſſit haberi aer frigidus, & humidus ipſum eligere debemus: quòd ſi eum non habemus, debet taliter fieri artificialiter, eligendo domos ſubterraneas, quæ frigidiſsimæ ſint & maxime perflatæ, ad arctum uerſæ cum aliquibus auris. Ibi ſint aliqui fontes, qui ſi non ſint, aqua de uaſe in vas transfundatur, ſic enim ſomnum ciemus, quod maxime confert. Camera ſit aſperſa aqua frigida, roſis, capreolis vitium, aut lentiſci ramis, aut aliſs herbis, quæ refrigerent, & humectent, prohibẽdum eſt ne turba hominum in cameram ingrediatur, debemus tantum aduertere ne talis aer toti corpori occurrat, quia ſic, augeret oppilationem, ſed æger debet ſtare coopertus, excepta facie: hæc omnia dicit Gale. nono de ing. octauo. Secundo eſt cibus, & potus, Gale. primo ad Glauconem de cura tertianæ nothæ, & primo regim. acut. 43. dicit, quòd virtus indicat de cibo dando, ægritudo quæ eſt malum, de non dando cibo, ſi ergo ægritudo ſit breuis, & uehemens, & virtus fortis, nihil dare debemus. Quum ergo cauſon de ſe in ſeptima terminetur quarto Apho. 59. vehemenſq; ſit morbus: ideo ſi uirtus ſit fortis, quia durabit uſque ad ſeptimum nihil eſt dandum, ſicut dicit Hipp. primo regim. acut. 43. Verum eſt, ut in eo com. dicit Galen. quòd raro eſt quòd uirtus ſit fortis tantum, ut poſſit ſine alicuius rei exhibitione durare uſque ad ſeptimam, & tunc oportet dare ptiſanam. Quum ergo & nos tempore noſtro non ſciamus præciſum terminum ſtatus, & ſi ſcieremus, ſæpe impeditur propter errores, quos ſæpe aſtantes, & ægri committunt, & ſi tenuiſsima diæta uteremur, eſſet forſam neceſſarium cibare in ſtatu, quo nihil pernitioſius eſt, ſecundo regim. acut. 46. tunc enim tenuiſsima diæta uti debemus primo Apho. quinto, & ſic eſt melius aliquid dare, & error eſt minor: Verũ eſt quòd in ipſo principio, quando volumus uidere conſtantiam virtutis, uſq. quo poterit durare, uti poſſumus tenui diæta, ſi ignoramus ægritudinẽ, ꝙ ſi erit nimium tenuis poterimus corrigere, ipſam ingroſſando, ſecundo reg. 37. ſed cognita natura ægritudinis, & virtutis ordinando regimen vſq. ad ſtatũ, eſt melius declinare verſus groſſum quàm verſus teuuem, primo Aph. quinto, debemus autem

præſcripta

præſcripta diæta, in ordine ad ſtatum ſemper procedere attenu ando, & in ſtatu uti tenuiſſima diæta, ſicut in cura tertianæ ex authoritatibus Gal. dictum eſt: cibi autem ſunt dandi hora mi noris afflictionis, ſi paroxiſmi habent aliquos tempores, quod ſi ſemper eodem modo affligant, eſt eligenda hora conſueta, ma xime ſi ſit pars frigidior diei. xi. de ing. quinto, in inuaſione au tem morbi non eſt cibandum primo regim. acut. 45. Cibi au tem qui debent dari, ſint humidi, ſi eſt poſſibile uel ſaltem in potentia primo Aph. 16. conuenientior cibus qui dari poſſit, eſt ptiſana, quia omnes habet intentiones quæ conſiderantur in fe bribus acutis primo regim. acut. 18. modo præparetur, ſicut do cet Gal. ſecundo de alim. cap. de hordeo & in libro de ptiſana, quod ſi æger illam abhorreat, poterit uti farre cum modico a ceti, primo regim. acut. 43. uel panatella primo reg. acut. xviii & primo ad Glau. de cura feb. continuæ cum accid. pariter di cit Gal. ibi poterit ſumere ſorbitionem ex halica, uerũ eſt quod ualent tantum ut cibi, dicit ibi Gal. ex oleribus poterit dari la ctuca poſt ipſam, quarto de tuen. ſan. laudat Gal. cucurbitam poſt blitum poſſunt dari piſces ſaxatiles primo regim. acut. 27. Acetoſa omnia non conueniunt excepto oxymelite, primo re gim. acut. 18. niſi eſſet fluxus uentris, uel febris peſtilentialis: pa riter non ſunt danda ſalſa, nec acria, quarto regim. acut. octauo Aph. carnibus, ab ouis, & ſimilibus cibis maioris nutrimenti eſt abſtinendum, niſi eſſet uirtus multum debilis, quia tunc poſ ſumus dare contuſum ex pullo gallinaceo, uel perdice Vinum non eſt dandum niſi ſit in declinatione, uel ſit aliquod accidẽs, quod urgeat ſicut ſincope, & quæ narrat Gal. primo ad Glauc. de cura febr. continuarum cum accid. Quòd ſi urgens, & cla moſa ſit ſitis, eſt danda aqua mellis, cum pauco tamen melle, & zuccharo, modo non bileſcat in ſtomaco, primo ad Glauc. de cu ra continuarum ſine accidentibus conueniunt poſtmodum alia quæ diximus, quando loquebamur de ſiti auferenda: Tertio eſt motus, & quies. Debet æger quantum poteſt quieſcere, quia quies facit ad digeſtionem, & minus ſe mouere quam ſit poſſi bile, quia ſic etiam impeditur ſomnus, qui eſt neceſſarius, ut di ctum eſt in declinatione debet uti debito exercitio, uentre ua cuo, ut excrementa tertiæ digeſtionis excernãtur, ꝙ ſi non poſ ſit deãbulare, ſupplẽdũ eſt cũ frictionibus. De uigilia, & ſomno

dictum

dictum eſt, quoniam maxime ſomnus conuenit, ideo quando excedunt uigiliæ, debemus ipſum ſomnum prouocare cum his quæ dicta ſunt: Quinto ſunt ea quæ excernuntur, de quibus etiam dictum eſt, curando quod omne ſuperfluum excernatur, & ſi ſit ſuperfluus fluxus ſanguinis narium, uel uentris, debemus eum ſiſtere, ut dictum eſt. Sexto ſunt accidentia animi, quæ ſi ſunt immoderata uirtutem proſternunt: ideo ea omnia uitare debemus, maxime quæ exiccant, & calefaciunt, ſicuti ira, triſtitia, & ſimilia, et hæc quo ad curam ſufficiunt.

De cura Febris ſanguineæ.

FEBRIS Sanguinis, quæ ſynocha dicitur nono de ing. ſecundo a ſanguine fit, uel tantum ebulliente, non putreſcente, et ſic ſynocha ſine putredine dicitur, et inter ephemeras reponitur nono de ing. in principio, uel fit ab ipſo ſanguine putreſcente, et dicitur ſynocha cum putredine nono de ing. quarto, et hæc fit cum tota maſſa ſanguinea putreſcēte nono de ing. tertio: et quod hanc febrem a ſanguine putreſcente concedat Gal. patet, ſecundo de diff. febr. nono, et ſic ipſam docet curare nono de ing. quarto. Verom eſt quod eſſe pura, et ſimplex non poteſt: ſic quod etiam cum aliquibus ſignis choleræ non appareat, ſecundo de Criſi. xii. et hoc decepit Auic. in prima, quarti tract. ſecundo cap. 43. ſunt tamen ſimplices iſtæ febres eo modo quo ſumit Hipp. 3. progn. ſecundo, ſcilicet puræ et ſine ſæuis accidentibus, ſicuti ibi uocabulum exponit Galen. quod dicit Galen. ſecundo de differen. febr. nono, et iſtæ cum aliis non complicantur febribus, ſicuti colligere poſſumus, ſecundo de diff. febr. octauo, ſunt autem in triplici differentia, quædam enim ſemper augendo procedunt & dicuntur epacmaſticæ, quædam eundem ſeruant tenorem uſque ad finem, & dicuntur homotonæ: quædam ſemper procedunt declinando, & dicuntur paracmaſticæ, nono de ing. quarto ſecundo de Criſi. ſexto, fiunt autem iſtæ febres in corpore ſanguineo, corpulento, carnoſo, calidis excrementis redundante, in æſtate, & natura calida, nō in gracili, & frigido corpore, ætate, & complexione frigidis, nono de ing. tertio, & hæc ut plurimum in ſeptem diebus terminantur, ſecundo de Criſi. ſexto, cognoſcitur autem iſta febris,

quod pulſus habet maximos æquales, uehementes, ſecundum quod maior eſt febris, nono de ing. 30. item eſt continua uniformis nono de ing. quarto, calorem habet mitiorem, quam febres cholericæ, & etiam alia accidentia, ſecundo de diff. febr. nono, maxime ea quæ ſine putredine, in qua non eſt multum mordax calor, nec a naturali remotus, nono de ing. quarto, inuadit ſine rigore quia hoc eſt commune omnium continuarũ, ſecundo, de Criſi. ſexto urinam habet non plurimum in craſſitie, & colore a naturali recedentem nono de ing. quarto, & hæc omnia ſigna ſunt inſeparabilia a ſynochis, & ex eis fit unum ſignum proprium, & inſeparabile, & conuenit utrique ſynochæ excepto quod ſi non ſit ſynochus cum putredine, addit notas putredinis, quod cognoſcitur ex lotio, pulſu, & calore, ea enim habebit lotium magis a naturali remotum, pulſum frequentiorem, & ſecundum ſyſtolem, calorem mordaciorem nono de ing. tertio, in cura huius febris quum non differat a cauſone, niſi quod remisſiora habet accidentia, & niſi ſecundum magis, & minus ſecundo de Criſi. ſexto, ideo parum a cura cauſonis eſt uariandum ſic tamen eſt procedendum, ſicut fecit Gal. nono de ing. quarto quum Synocha de remotione cauſæ indicet, & de infrigidatione, indicatione ſumpta a morbo, quæ ſæpe contraria indicant remedia nono de ing. quinto, ideo optimum remediũ in huius febris cura eſt phlobotomia uſque ad ſyncopim, nono de ing. quarto quæ ſi non fiat, male poſſumus uti aliis remediis nono de ing. quinto, hæc enim ut dicit Gal. primo Aph. 23. & nono de Ing. quinto. Cauſam aufert, & totum corpus refrigerat, quam poſt ſæpe ſequuntur bilis uomitus, ſæpe alui fluor, & ſudores totius, hinc ſæpe ex hoc ſolo remedio tollitur febris, quare ea nihil eſt naturæ iucundius, nec utilius: Quum ergo occurrit talis febris ſi æger beneficium habet uentris, nec humores in ſtomacho crudos, uel materias in meſeraicis corruptas, quia tunc oporteret uti clyſteri, uel lenitiuo, ut in cauſone fienda eſt phlobotomia uſque ad ſyncopim, ſi uires ſint ualidæ, & corpus robuſtum, unde debemus uidere, an ſanguis mutet colorem, an uelociter, & cum impetu fluat, & tenendo pulſum in manu uidere, an uirtus conſtet. Sanguine enim colorem nõ mutante, fortiter exeunte, & uirtute perſeuerante eſt perſeuerandum, mittendo ſanguinem uſq; ad ſyncopin, ut etiam dicit Gal.

in

in lib. de phlobotomia, quod ſi non ſic fortiter exeat, uel timea mus, ne uirtus labatur, ſic quod leuari amplius non poſſit, tũc eſt melius uices multiplicare, ſicuti nono de ing. quarto, dicit Gal. aliter forſan non febrem, ſicut fecit Gal. ſed ægrum iugularemus. facta phlobotomia poſt duas horas, ut uirtus reſtauretur, dandus eſt cibus, & poſt curare oportet, ut æger quieſcat, demum tertia die poteſt lauari. Sic enim faciendo ſicut ibi fecit Gal. in primo ægro, forſan ſine alio remedio æger liberabitur: dando cibos conuenientes, & utendo eo regimine, in ſex rebus non naturalibus conuenienti, & præſertim in cura Cauſonidis, & quoniam hic non eſt humor putridus, qui forſan reduci poteſt ad benignum ſi peccat: et hoc facere debemus: ut patet in libro de conſtit. artis Med. xix. et hoc fit attenuando humores ſi nimium groſsi ſint, uel in craſſando ſi ſint tenues. Ideo hoc in iſta cura facere debemus, ut hic dicit Auic. Attenuabimus etiam groſſum ſanguinem, utendo incidentibus, uel ſubtiliantibus, ut oxymelite, ut ſyrupis, et aquis aperientibus, ut faciendo ſyrupum ſic, Rec. oximelitis ſimp. uel ſyrupi acetoſi unc. i. ſyrupi de duabus radicibus unc. v. Aquarum fœniculi, & cichoreæ ana unc. i. & ſem. quod ſi ſint tenues, ingroſſentur, utẽdo cibis craſsi nutrimenti: ſicut fecit Gal. xii. de ing. ſexto, & ſi declinant ad igneitatem, utendo rebus frigidis, uel intus ſumptis, uel extra applicatis. Quod ſi ſit ſynocha cum putredine, etiam præmiſſo clyſteri uel lenitiuo, id eſt neceſſarium: deinde uiribus ualentibus, & ætate conſentiente ueniendum eſt ad phlobotomiam quæ uſq; ad ſyncopim fieri debet ſicut in ſecũdo infirmo fecit Gal. nono de ing. quinto. Verum eſt quod ipſe, nono de ing. xiv. dicit quod non adeo copioſa phlobotomia eſt fienda in putridis, ut reſtet ſanguis, prodigerendis aliis humoribus: & ut alia remedia poſſint applicari (forſan id dicit) quando dubitamus de uiribus: eſt tamen tute procedendum: fienda quidem copioſa, uel iteranda: facta phlobotomia, dabat Gal. mulſam: poſt per horam, ptiſanam, ut æger reficeretur, ea autem febre perſeuerante, apparentibus ſignis manifeſtæ digeſtionis, danda eſt aqua frigida uſque ad ſaturitatem: ſicut iubet Gal. decimo de ing. vi. & quoniam pars ſanguinis putrefacta iam fere habet naturam choleræ: ideo febre perſeuerante poſt phlobotomiam, eſt procedendum cum prouocantibus urinam,

& ſudorem,cum Clyſteribus, & tandem apparentibus ſignis cõpletæ digeſtionis: ſi natura non tentet euacuare : procede cum iuuantibus eam:poſt cum confortantibus ſtomachum, cum unctionibus, cum frictionibus, & reliquis ſicut dictum eſt in cura cauſonis. Regimen quoque in ſex rebus non naturalibus eodẽ modo ſit ſicut in cauſone, uel differt ſecundum magis , & minus ſecundum intenſiorem,uel remiſſiorem febrem . Accidentia quoque quæ hanc febrem ſequuntur ,ut, ſitis uigiliæ, & aliquando ſomnus,fluxus ſanguinis narium,& ſimilia, ſunt curanda ſicut accidentia cauſonidis,& hæc pro iſta cura ſufficiant.

De Quotidiana, Pura,& eius curationem.

QVOTIDIANA Pura intermittens febris , eſt ex phlegmate,ſecundo de diff. febr. ſecundo , putreſcente, quia aliter non faceret febrem,ſecundo de diff.febr.quinto ,tranſmiſſo a uenis extra uenas ſecundo,de diff. febr. ultimo, uel ab una parte corporis ad aliã pri.epid.in ſecunda anni cõſtitutione,affligit quotidie ſecundo de diff. febr. quarto, aduenit autem ætatibus,naturis,anni temporibus, & temperamentis humidiorib.,pueris,& maxime infantibus pituitoſis,habitibus craſſis,otio deditis,pariter,& crapulis,& ebrietatibus , balneis aſſiduis,præſertim poſt cibum:aduenit quoque temporibus hybernis: locis humidioribus,in conſtitutionibus humidis, & aliquãdo populo communicatis.primo ad Glauc. cap. de ſignis quotidianæ intermittentis, ſecundo de Criſi.quinto,aduenit quoque exercitatis poſt cibum, primo epid. in ſecundo infirmo . Raro eſt quod ea adueniente os uentriculi et hepar non patiantur, ſecundo de Criſi. quinto.accenditur autem ſicut ignis in lignis uiridibus, inde acceſſionis ſpatium eſt longius ceſſatione, raro ad perfectam terminatur infebricitationem , ſecundo de diff. febr.quarto,huius febris ſigna ſunt,caliditas humida cum quadam acredine,quando perſeuerat tactus, fumoſa,commixta cũ multo uapore,primo ad Glauc.de ſignis quotid. intermittentiũ quæ cum difficultate incenditur,et ſuum augmentum eſt longũ, ſecundo de diff. febr. quarto non eſt intenſa , ſic quod corpus adurat,uel qui denudare cogat 2. de Criſi.quinto,et eſt inæqualis

lis,ſic quod uidetur per cribrum exire uapor, ſecundo de diff. febr. nono,& decimo,incipit hæc febris cum extremorum frigiditate , atque horrore : potius quam rigore,ſecundo de diff. febr. quarto, ſecundo de Criſi. quinto, qui eam patiuntur non magnam habent ſitim,linguam habent humidam , vomitus pituitoſos,& quæ excernuntur,ſunt frigida, humida, & cruda,aquoſa,& pituitoſa, & uniuerſum corpus abundat his ſuperfluitatibus,non terminatur cum ſudore ſaltem in primis paroxyſmis,urinæ in principio ſunt albæ,& tenues,aut craſſæ, aut turbulentæ,aut turbidæ primo ad Glauc. de ſignis quotidianæ intermittentis præcedunt acidi ructus,præcordia tumeſcunt,& inflantur.Color cum palliditate fit albus, a ſtomachi , & hepatis læſione non abſoluitur ſecundo de Criſi. ſexto . Et quoniam plegmatis quatuor ſunt ſpeties, uitreum ſcilicet,dulce,acidum, & ſalſum,ſecundo de diff. febr. ſexto , & ab iſtis omnibus poteſt prouenire iſta febris : ideo omnia talia phlegmata faciunt ſua ſigna ſignificantia differentiam paſsionis.Hæc tamen, quæ, ſecundum Gal. poſita ſunt:ſignificant ipſam paſsionem: Cuius curam in uniuerſali componamus, ad particularia non deſcendentes ſicuti nec fecit Gal.Sed qui naturam phlegmatis nouit, eorum etiam ſigna cognoſcet,& curam. Curando hanc febrem ſic eſt procedendum, quum ut dicit Gal.xi. de ing. decimo,in putridis omnis indicatio ſumatur,uel a febre , uel a putredine. Indicatione ſumpta a febre debemus curare,ut quæ facta eſt auferatur,& quæ futura eſt, non fiat, pariter indicatione ſumpta a putredine, debemus curare, ut quod iam putridum eſt auferatur,& quod imputrefieri eſt aptum,non putreſcat. Cum hoc eſt conſideranda conſtantia uirtutis an ualida ſit,ſic quod durare poſsit in applicatione remediorum xi. de ing.nono,& quando eſt ualida,audacter ſunt applicanda remedia: ab horum igitur cura eſt incipiendum , modo non ſit aliquod ſymptoma, quod ad ſe totam curam trahat,quoniam tunc ab ipſo eſſet incipiendum.xi.de ing.xi.ut ſi in hac febre eſſet ſyncope,ſicut ſæpe aduenit,eſſet incipiendum a remotione ipſius, quia ipſa magis urgeret, ſupponendo tamen, qđ tale ſymptoma ut ordinate procedamus,non adſit, a febre,& a putredine incipiemus, poſt de ipſis dicemus ſymptomatibus.Febris ipſa,ut febris eſt,de frigidis indicat & humidis nono de ing. 14.Cæterum quoniam ut

dicitur

dicitur primo ad Glauc. in cap. de ſignis quotid. intermittentium, quum corpus iſta febre febriens, ſit humidum, & abundet ſuperfluitatibus humidis, & pituitoſis, quæ frigidæ ſunt, ideo pauca ſumitur indicatio ab iſta febre: ſed tota fere cura ſumitur ab ipſa putredine, quæ huius febris cauſa eſt. Putredo, ut dicit Galenus undecimo de ingenio octauo, fit a præternaturali calore quando corripit humidum corporis. Arripitur autem, quando calor naturalis debitam non habet euentationem, denſitas pororum, conſtrictio corporum, humoris abundantia, uel eius craſſitudo, & lentitia, quum res iſtæ præter naturam ſint, ideo de ſui remotione indicant, quod cum ſuis fit contrariis. xi de ing. tertio oppoſita autem denſitati, ſunt rarefacientia, cõſtrictioni ſcindentia: humoris abundantiæ, euacuantia: Craſſitudini reſecantia, lentori abſtergentia. Si ergo cauſam putredinis auferre uolumus, his uti debemus: eſt ergo intentio principalis auferendi iſtam obſtructionem, aufertur autem obſtructio, dicit Gal. xi. de ing. xi. curando, ut quod eſt obſtructum deobſtruatur, & propulſando, quod eſt facturum obſtructionem, quod fit compeſcendo humorem obſtruentem, & ſic quod fuit ultimum in intentione eſt, primum in opere ſcilicet humorum ablatio. Alioquin non ſolum non iuuaremus, ſed maiorem faceremus obſtructionem. Cæterum quoniam humores non debent educi, quin ſint reſecati, & apertæ uiæ ſecundo, Aph. 9. & in lib. quos, & quando purg. opt. Ideo primo ſunt reſecandi humores, & abſtergendi, ſic quod uiæ etiam aperiantur xi. de ing. decimo, poſtmodum euacuandi ſunt per uomitum, per urinam, per ſudores: euacuatis humoribus, auferenda eſt obſtructio, & ſic euentatur calor naturalis: & tollitur putrefactio, et demũ febris. Sic igitur febris: quæ erat prima in intentione, erit ultima in remotione: Primo ergo utemur incidentibus, & aperientib., et abſtergentibus, et ſi aliqui ſint humores qui ſint, in uiis, qui adduci poſſunt, educemus, poſt apertis uiis, et reſecatis humoribus, materiam aliquam euacuabimus, educta materia, poros aperiemus, et obſtructionem auferemus, ſic curabimus, ut calor naturalis euentetur: quare primum putrefactio, demum ipſa febris aufertur, et quoniam ut dicit Gal. xi. de ing. xi. eſt ſemper curandum, ut uirtus ſtet ualida, ideo poſt ordinabimus regimen in ſex rebus non naturalibus. Vltimo quoniam ſæpe hanc febrem

ſequuntur

ſequuntur multa ſymptomata, non parui facienda, quomodo corrigi debeant, dicemus, quum igitur humorum qui peccant in nobis, quidam multitudine, quidam alia malignitate peccant, & ſic eorum qui multitudine, uel malignitate peccant, quidam ſũt corrigibiles quidam uero non: qui corrigibiles ſunt, ſi eſt poſſibile, ad benignum reduci debent, & hoc fit quando taliter reducuntur, quod nutrire poſſunt, qui autem incorrigibiles ſunt, educi debent, lib. de conſtit. art. xix. & quoniam phlegmata, quæ in ſtomacho generantur ut in de cholera nigra cap. 8. in ſanguinem conuertuntur in hepate: & ſic nutriunt: ideo in iſta febre, quoniam aliqui etiam poſſunt eſſe humores qui peccant multitudine: ideo ſi corriguntur, in bonum conuertuntur nutrimẽtum. Ideo doctores. iubent, ut primis tribus diebus, utendo tenuiſſima diæta, uideamus, medicamenta non exhibendo, an humores ad benignum reduci poſſunt: ſic quod ægritudo tollatur. Quando ergo dicit Auic. non ſcimus præciſum ſtatum: poſſumus primis tribus diebus nihil dare, & uidere an ægritudo ſola diæta poſſit curari. Vnde Gal. non dat oxymelitem, & prouocantia urinam, niſi poſt tres dies, primo ad Glauc. de cura quotid. intermittentium. Poterimus ergo iudicio meo ſic procedere, primo, quoniam multa ſunt phlegmata in uentriculo, uti clyſterib., ut inde diuertatur faciendo, & in eorum decoctione addendo cartamum: in potu quoque dabimus aquam mellis cum hyſſopo, ſicut faciebat Gal. xii. de ing. tertio, ſic enim parum dabimus, ut ſi erunt materiæ aliquæ abſtergendæ, & educende educantur tunc etiam poterimus uti frictionibus, ſicut faciebat Gal. xii. de ing. tertio, ut quæ ſunt in partibus Cutaneis reſoluantur, & digeſtio confortetur, non propter educendam eam materiam, quæ eſt in uenis, uel in ſtomacho quia ratione earum non conuenirent frictiones in principio: frictiones autem debent fieri incipiendo a partibus inferioribus, ad partes ſuperiores cum panno, aſpero, ut caro caleſiat, & ſatis longæ, quod ſi uideatur ſequi laſſitudo poſſumus inungere oleo aliqualiter rarefaciente, utebatur Gal. oleo ſabino, poſſumus uti oleo in quo fuerit decoctum anethum in duplici uaſe, aliter enim reſoluntur uirtus, rei decoctæ, octauo de ing. quinto, uel oleo chamæmelino, poſt inunctiones oportet eas detergere, & iterum fricare, incipiendo deorſum, aſcendendo, & demum ipſam fricando, ſic .n.

etiam

etiam diuertitur materia, quæ poſſet facere ſyncopim. In hoc tempore, ſi virtus ſit fortis, & videamus multam materiam in ſtomacho, in inteſtinis, in meſeraicis, quæ per clyſteres educi non poſsit, poſſumus vti lenitiuo puta dando unc.i.caſsiæ cribellatæ. Sed quoniam materiæ ſunt rebelles, & ſic facile educi non poſſunt, poſſumus addere ſtimulum puta ℨ. i. s. elect.indi maioris, vel ℨ.i. Agarici trochiſcati quòd ſi natura tentet vomitum, quoniam, ut dicit Gale.quarto de cura quotidianæ intermittentis, vomitus maxime conuenit in hac febre, debemus ipſum non impedire, imo iuuare dando leuia vomitiua ſicut cum aqua hordei calida miſcendo vnc. i. ſyrupi acetoſi vel aceti, uel ponendo digitum in gulam, vel tingendo pennam in oleo,& imponendo in gulam : hijs factis ſi virtus ſit fortis quoniam in omni putrida, vbi materia eſt multa debet alleuiari cum phlobotomia. xi. de ing. 14. Ideo poterimus mittere ſanguinem, non tamen in multa quantitate, ut relinquatur ſanguis pro digeſtione aliorum peccantium humorum, poterimus mittere unc. vi. vel magis, uel minus ſecundum conditiones, de quibus iam eſt dictum. His peractis, quoniam eſt intentio de apertione viarũ, & reſectione aliorum reſtantium humorum. Ideo ad digeſtiua procedendum, & ad prouocantia urinam, ſicuti dabat Gal. oxi mel primo ad Glauc.de cura quotidianæ intermittentis. Conuenit etiam mel roſatum, ſicuti dicit Auic.& ſyrupus acetoſus, & aqua endiuiæ, & apij, vnde tunc poterimus ſic dare ſyrupũ, Rec. oxymelitis ſimpl. uel ſyrupi acetoſi. unc.i. mellis roſati col lati vnc. v. Aquarum endiuiæ, & apij ana unc. i. & ſem. miſce pro ſyrupo, ſic enim digerimus humores: & prouocabimus ſudorem,& vrinam vſque ad ſeptimam: & conſonum erit, quòd tunc tranſactum ſit principium.

Quòd apparebit, ſi apparebunt ſigna, manifeſtæ digeſtionis, uerum eſt ut dicit Galen. in de quatuor temporibus paroximorum, quòd iſtæ febres habent etiam tempus inæqualitatis inter principium & Augumentum tranſacta ergo ſeptima,eſt habenda dicit Auic. cura de ſtomacho, quia ut plurimum qui febriunt hac febre, habent læſionẽ ſtomachi,& tunc poterimus intus dare aliqua ſtomachũ confortantia vt miuam cotoncorũ, vel ſyrupum de mentha,uel facere maſticationem eſt maſtiche, mentha, & aniſo. hoc etiam in tempore incipient uti fortibus

digeſtiuis,& tunc poterimus facere decoctionem ex folijs apij, fœniculi, ex capillis veneris, cum radicibus ſquinanthi, dicit Auic.& ut Galen. primo ad Glauc. de cura quotidianæ puræ. In hac cura debemus vti efficaciter incidentibus, poterimus addere pulegium, origanum, calamentum, hyſſopum, ana M. 1. in ſufficienti quantitate aquæ,& facere decoctionem uſq; ad conſumptionem tertiæ partis,& poſt facere colaturam, & de ea aqua dare vnc.6. calida, cum pauco zucchāro. Poſſumus quoque dare in forma ſyrupi acetoſi, uel oxymel. ſimpl. ponendo ſyrupum de duabus radicibus puta. Rec. ſyrupi de duabus radicibus vnc.1. Mellis roſati vnc.v. Aquarum Apij. fœniculi. Abſinthij propter ſtomachum, vnc. 1. miſce pro ſyrupo. ſic ſemper fortificando digeſtiua, procedemus vſq; ad ſtatum. Apparentibus autem ſignis manifeſtæ digeſtionis, ſi æger ſit promptus ad uomitum, maxime ſi eam uiam tentet natura, poterimus vti vomitiuis,& facere vt vomat, cum debili vomitiuo ſi eſt poſſibile ut cum aqua hordei calida, cum unc.1. ſyrupi acetoſi: Poſſumus poſt deuenire ad fortiora vomitiua. Debemus ergo vt dicit Galen. ad Glauc. in hac cura, primo vti cibis incidentibus, poſt radicibus,& poſt cibum, prouocare vomitum, vt poſt cibum dando infuſionem raphani,& ſimilia. Vomitiua enim conferunt in hac cura. Poterimus quoque ſic facere vomitiuum. Rec. ſeminis anethi vnc.2. radicum raphani. vnc.3. bulliant in ſufficienti quantitate aquæ,& de ea bibat vnc.4. tepida. poſſumus quoque addere paucum olei communis, ſic quoq; procedente ægritudine uerſus ſtatum, poterimus uti fortioribus clyſteribus, addendo vnc.v. hieræ ſimpl. vel benedictæ dra. 3. diaphiniconis drach.2. in decoctione ponendo turbith, uel hyſſopum vel cartamum. Quod ſi etiam videtur materia multa,& appareat manifeſte digeſta, tunc etiam leui pharmaco licet vti, vt ℥.i. Agarici trochiſcati ℥.1. Rhabarbari drach.vi. caſſiæ, verum ſi eſt poſſibile, melius eſt expectare completam digeſtionem. Quando autem verſus ſtatum procedimus, factis iã iſtis euacuationibus dicit Gal. primo ad Glauc. in hac cura eſt habenda cura de ventriculo, præſertim de eius ore,& quoniam vt dicit Gal.xi.de ing.xv.emplaſtra, cataplaſmata inunctiones,& ſimilia localia, in principio non ſunt applicanda, aliter materia trahitur ad locum,& fiunt apoſtemata, ea tamen digeſta, & in

parte

parte educta hæc poſſunt applicari. His autem factis, poterimus iniungere ſtomachum cum oleo Nardino, vel de maſticæ, pariter poſſumus facere emplaſtra, & applicare extra quæ calefaciūt, & reſoluuut, ſi febris ſit non intenſa. Completa autem digeſtione poſſumus dare theriacam, vel Mithridationem ſi in propoſito reperiuntur. Quantitas autem theriacæ debet eſſe ſicuti una auellana, uel ſaba agreſtis, dicit Gale. & dabimus ad plus ʒ.i. per horas duas ante acceſſionem, ſicuti dicit Gal. in lib. de Theriaca ad Piſonem, de quartana. In hoc tempore ſi non euacuat perfectæ, vel per vomitum, uel per ſeceſſum, uel per ſudorem, uel per urinam ſic quòd ſequatur declinando, & tollatur febris, nihil eſt quod, quo ad hoc, facere debeat medicus, dando ſolutiuum, puta ʒ.i. & ſem. Agarici trociſcati. ʒ.i. Rhab. infūdendo in aqua cichoreæ, addendo parum vini albi. ʒ.i. ſpicæ: & poſt xii. horas, faciendo leuem decoctionem: & fortem expreſſionem, & colaturam, in qua diſſoluendæ ſunt. ʒ.6. caſſiæ cribellatæ ac ʒ.ij. elect. indi maioris, ponendo in fundo uaſis unc. i. iuleb roſati, & ſeruando omnes regulas, de quibus ſupra: educta autem materia his ingenijs, reſtat ut curemus, ne alia materia putreſcat, & hoc fit ut dicit Gal. xi. de ing. 18. faciendo ut æger faciat debita exercitia, quòd ſi ipſa facere non poſſit ſupplebimus cum alijs ut dictum eſt, & confortabimus mēbra principalia, ut calor putredinalis in totum auferatur & naturalis recuperetur, & confortetur. Hæc quantum ad indicationem ſumptam de remouendis cauſis putridis, cum medicinalibus, & de hac cura multa diximus ſumpta a Gal. xi. de ing. dum curat ſynocham cum putredine: quoniam ut melius explicaremus in cura ſynochi cum putredine, proceſſimus ſic fecit in actu practico ipſe, nono de ing. & quoniam habemus pauca a Galen. de cura huius febris, illa quæ dicit ipſe de ſynocha cum putredine poſſunt ut plurimum applicari alijs putridis: idcirco quæ ipſe in ſynocha cum putredine dixit huic febri applicuimus, pariter cum iſta febris ab eadem cauſa fiat, a qua ſyncopalis humoroſa ideo multa, quæ de ea dicit Gal. xii. de ing. hic retulimus. Reſtat modo ut ſex rerum non naturalium regimen perſcribamus. Aer primo non debet alterari uerſus frigidum & humidum, quoniā complexio ipſa frigida eſt, & humida, & febris non eſt multum intenſa, & quoniā intentio eſt reſoluendi, ratione cauſæ melius

eſt ut declinet uerſus calidum, & ſiccum, quam contra. Nam ſi eſt poſsibile, debet eſſe temperatus. Cibi dicit Auic. non debēt eſſe pulli, uel panis, niſi ſit dubium de nirtutis imbecillitate, quoniam tunc concedi poſſunt oua, & contuſum. Poſſumus ergo ſic procedere, in primis diebus quoniam ſunt phlegmata, quæ forſan per inædiam corrigi poſſunt, uti tenui diæta, ut dando tantum panatam, uel ut dixi de mente Gal. xij. de ing. tertio aquam mellis cum hyſſopo, uel ptiſanam cum modico piperis, tranſactis autem primis diebus ſaltem ſeptima, videndo quòd ægritudo eſt multum duratura, poterimus dare carnes paruorum animalium, & pullorum, & oua ſorbilia: debent autem dicit Gal. primo ad Glauc. in hac cura omnes cibi eſſe inciſiui: vnde poſſumus condere ferculum cum mentha, cum apio, cum fœniculo, cum rebus ſalſis, & ſimilibus: debemus autem poſt primos dies ingroſſare, & ſemper poſt attenuare, verſus ſtatum procedendo, & ſeruare omnes regulas, de quibus inde cura tertianæ puræ, hora autem cibandi eſt poſt tempus infebricitationis, ſaltem per quatuor horas ante principiũ paroxyſmi. Quòd ſi non ſit tantum tempus debemus videre an peior ſit ſtatus, vel principium, & cibare in hora meliori xi. de ing. vltimo, in iſta febre quia ſemper peius eſt principium: eſt melius cibare in fine ſtatus. Potus autem vini apparentibus ſignis manifeſtæ digeſtionis, concedi poteſt debilis, & aquoſus, poſt procedente digeſtione, dari poteſt fortis. Potus aquæ frigidæ non conuenit, poteſt coqui addendo res incidentes, & ſubtiliantes, ut radicem apij, vel fœniculi, & quoniam hic non eſt intenſa febris, vel ſitis purum debemus dare. Somnus, & vigilia dicit Gal. xij. de ing. tertio conueniunt, ſomnus enim concoquit, vigiliæ digerunt, & iſtis intentionibus indigemus in hac cura. Motus quoque, & quies conuenit, quies ratione digeſtionis, motus ratione reſolutionis, & ideo in tempore debito debet uti debito exercitio, quod ſi ipſum facere non poteſt, ſupple cum frictionibus ut dixi, debet autem pati inædiam, quoniam multum confert, ut dicitur xii. de ing. tertio. Iſta corpora patiuntur longum ieiunium, & ſic curare debemus, ut omnia ſuperflua excernantur ſicuti ſupra dictum eſt.

Accidentia animi tñ conueniunt quæ calfaciunt, vnde ēt quòd æger aliqualiter iraſcatur non multũ refert: quia tamen, quũ accidentia

dentia excedant, uirtutem proſternunt: ideo debemus curare, ut ea euitet æger. Veniamus modo ad correctionem accidentium, quæ iſtam febrem ſequitur: quoniam iſta febris multum durat, & materiæ crudæ, & frigidæ membra principalia debilitant, nam ſæpe in iſta febre ſequitur debilitatio ſtomachi, præcipue oris eius, unde eius maximam habere curam debemus, ſicut dicit Galen. primo ad Glauc. de cura quotidianæ intermittentis, maxime quando propinquatur ſtatus: tunc ergo quia factæ ſunt plures euacuationes, & corpus non eſt plenum, per interius, & exterius poterimus confortare ſtomachum, puta cum oleo chamæmelino, uel de mentha, uel de maſtice, uel ex illis faciendo emplaſtra, per intus poterimus ut dixi darė ſyrupum de mentha, & exhibere quæ confortant digeſtionem: ut cinnamomum, piper, & poterimus condire fercula cum iſtis ſpeciebus, & cum mentha & applicare extra abſinthium, & mentham, ſecundum artem. Sequitur quoque aliquando hepatis debilitas, poterimus quoq. in declinatione poſt omnes euacuationes confortare cum ſpeciebus triaſandalorum, diarhodon Abbatis, Aromatici roſati caryophyllati, faciendo ex iſtis cum zuccharo morſellos, & dando omni die ante cibum: poſt dando unc. 3. aquæ boraginis, bugloſæ. poterimus dare zuccharum roſatum, ſicuti etiam poterimus fomentare alia membra, ſi ea uideamus debilitata. Vomitus in iſta febre multum confert, ut dixi. Vnde ſi non excedat, impediri non debet, quod ſi excedat, debemus cōfortare ſtomachum cum eis, quæ nunc diximus & tunc poterimus etiam eo perſeuerante, facere frictiones, trahendo deorſum, ligare extrema cum ligaturis doloroſis, maxime pedes, & ipſa calefacere, ſequitur quoque aliquando ſuperfluus fluxus uentris propter membra, quæ debilitata ſunt, & tunc dicit Gale. xij. de ing. tertio oportet plus decoquere mulſam, quod ſi plus durat loco mulſæ eſt dandus cremor ptiſanæ, quod ſi etiam perſeuerat, nutriet cum ſorbitione halicæ, oportet poſt uidere defectu cuius ſit fluxus, & confortare membrum mandans, & uti clyſteribus, & aliis quæ adducunt doctores in cura fluxus. In iſtis quoque febribus, aliquando eſt dolor capitis, & tunc ſi nimium infeſtat debemus, uti fortibus frictionibus trahendo deorſum, ligare extrema, quod ſi perſeuerat, oportet applicare cucurbitulas ſiccas ſpatulis, & ponere ex-

trema in aqua calida,& eo adhuc perſeuerante, dicit Auic. maxime ſi factæ ſint euacuationes, oportet embrochare caput cũ aqua chamomeli,& cum talibus reſoluentibus. Aliquando quoque in harum febrium principio eſt frigus maximum maxime quando eſt a phlegmate vitreo,& tunc oportet ante paroxyſmũ per duas horas uti bonis frictionibus,& dare in potu aquam calidam, & poſſumus inungere corpus cum oleo de coſto poſt frictiones, & poſt abſtergere quia aliter faceret, opilationes. Quod ſi ſit proſtratio appetitus, oportet confortare ſtomachũ cum eis, quæ dicta ſunt,& dare cibos qui placeant ægro, etiam quòd aliqualiter ſic ægro non conueniant, debemus dare capones, oliuas conditas, piſces ſalitos,& ſimilia quæ appetitum incitant, ſed in pauca quantitate. Quòd ſi ſequitur oppilatio, debemus uti apetitiuis, ſi cachexia,& inflatio: eis, quæ adducunt doctores in proprijs curis, & hæc dicta ſufficiant.

DE QVOTIDIANA CONTINVA QVAE dicitur latica.

Febris quotidiana continua: quæ dicitur latica, ex phlegmate fit intra uenas putreſcente ſecundo, de Criſi. ſexto, quæ ea habet ſigna, quæ intermittens, nec cum rigore incipit ſecundo de Criſi. ſexto,& xii. & eſt ſimilis hecticæ, dicit Auicen. prima, quarti tract. ſecundo cap. quinto. Quantum ad curam nõ differt ait Auic. niſi quod iſta non requirit res adeo ſubtiliantes ſicuti interpollata,& ideo cibi primo debent eſſe minus calidi & in minori quantitate quoniam ægritudo erit breuior, pariter, & rebus aliis non naturalibus debemus uti, ſic quod reſoluant ſed minus quàm in intermittente, non dabimus cum potu hyſſopum, uel fœniculum, ſicuti in intermittente, digeſtiua quoque non debent eſſe adeo fortia, ideo ſufficit facere ſyrupum ſic: Rec. Syrupi acetoſi, uel oxymel: ſimpl. vnc. I. mellis roſati vnc. v. aquarum fœniculi,& apiii, uel radicum eorum ana unc. I. & ſem. & ſic cum iſtis ſyrupis debemus digerere: clyſteria quoque ſufficiunt communia. Conueniunt lenitiua ſicuti in intermittente, ac demum ſolutiua.

Crederem quoque, quum ægro iſta magis referat, quàm intermittens, quum materia ſit intra uenas, quòd audacius, & in

in maiori quantitate deberemus mittere ſanguinem, modo virtus debilis, vel ætas non patiatur, vel aliæ conditiones ſimul nõ impediant, in reliquis nulla eſt differentia niſi ſecundum magis, & minus ideo quæ dicta ſunt in intermittente, hic etiam applicentur. De ſyncopi quæ ſequitur in cura ſyncopalis humoroſæ dicemus.

De cura Epiale, & Lipariæ.

DIuerſo modo ſumit hos terminos Galen. & Auic. Galenus enim ſecundo de differ. febr. ſexto & in libr. de inæquali intemperie cap. ſecundo, de iſtis loquitur, & in ſumma uidetur velle, quòd iſtæ febres fiant maxime a phlegmate quod Praxagoras uitreum appellat, quando pro parte putreſcit & pro parte non putridum mouetur, & hinc per totam acceſsionem pars putrefacta facit, ut ſentiatur calor, pars non putrefacta facit, & frigus, & horrorem quod ſi hoc fiat in partibus paruis alicuius partis ſic, quòd ſenſu non poſsimus diſcernere, quæ ſit pars in qua fit calor, & in qua eſt frigus, tunc dicitur epiala ſic quando ſimul ponimus mel & abſynthium in lingua, & non poſsumus diſcernere ſubitum dulcedinis, a ſubito amaritudinis ſicut dicit Galen. tertio de ſimpl. xv. quòd ſi partes ſint diuerſæ, ſic quòd præciſa cognoſcemus, ubi eſt caliditas, & ubi eſt frigiditas, ſic dicitur liparia, ut ſi interiora caleſcant, & exteriora frigeſcant, uel manus caleſcat, & pes frigeſcat, ut patet in libr. de inæquali intemperie cap. ſecundo & oportet quod in iſtis febribus per totam acceſsionem duret rigor, & calor, aliter, cholerica diceretur, etiam de tertio genere, dicit Gale. ibi: eſt ergo ſecundum Galen. febris epiala, quando in unaquaque corporis parte, ſentitur calor, & frigus per totam acceſsionem, ſic quòd ſenſus non poteſt diſcernere in qua parte ſubſtantiue ſit frigus, & in qua ſit calor, quum tamen hoc in ueritate debent eſſe in diuerſis ſubſtantiis, quia duo contraria eſſe non poſſunt in eodem ſubiecto præciſe: liparia autem eſt quando diſcernimus ſubiectum caloris, a ſubiecto algoris, & ſunt iſtæ febres præcipuæ a phlegmate uitreo, pro parte non putreſcente, ſed moto per membra ſenſitiua & facientem rigorem, qui fit tempore noſtro, licet hoc non uiderint antiqui,

qui utebantur moderato regimine, ſicuti ibi, & ſecundo de diſſer. febr. refer Galen. Secundum Auic. uero fit epiala, quando eſt phlegma uitreum in partibus interioribus,& eius pars incipit putreſcere, alia non putrida,modo ratione partis putreſcentis eleuatur uapor ad cor, & fit febris,& poſtmodum deſcendũt ad partes exteriores,& illas calefaciunt, illa autem quæ non putreſcit, & frigida eſt , modo , occurrit aliis partibus , & eas ſic refrigerat .

Quare interiora apparent frigida , exteriora calida , liparia uero fit ex phlegmate, uel ex cholera groſſa, quando putreſcũt in partibus interioribus, ſic quòd faciunt febrem,& propter eorum uaporem interiora redduntur calida : ſed illi uapores non poſſunt partes exteriores calefacere,maxime quando in illis partibus ſunt phlegmata,quæ ipſas infrigidant,& prohibent uapores calidos penetrare, pariter ſi eleuantur uapores frigidi a phlegmate uitreo, non putreſcente,& illi calidi non ſunt pauci: tũc frigidi extenduntur ad partes interiores, caleſcunt , & exteriores frigeſcunt, nec eſt neceſſarium, quòd in iſta febre extendatur caliditas per totum corpus,quoniam illud dictum eſt in definitione febris, quod calor debet extendi per totum corpus, debet intelligi, modo nihil impediat. Sed hic ut dicit Auic. ſunt illa phlegmata uitrea in partibus exterioribus , quæ impediuntur, uel illi uapores illorum phlegmatum,qui ſunt frigidi qui extinguunt calidos: & ideo in hac febre non expanduntur per totum corpus. Poſt Auic. ponit aliam febris ſpeciem, quando in unoquoq. locorum eſt caliditas,& frigiditas, & iſta eſt quã Gal. appellat epilam.Sed epiala,& liparia Auic.apud Gal.ſunt lipariæ eſt ergo tantum differentia in aſſumptione terminorũ,ſatis tamẽ eſt quod iſtæ febres,ut plurimũ fiunt a phlegmate uitreo, & qđ in eis per totã acceſſionem durans calor,& frigiditas. Verũ eſt ꝙ epiala apud Gal.differt a liparia,quoniam caliditas , & frigiditas in ipſa ſunt in partibus adeo proximis,ut ſenſus eas diſtinguere nequeat , in liparia uero calor ſentitur ſeparatus, a frigiditate , & ſunt in diuerſis partibus . Epiala uero ſecundum Auicen. differt a liparia, quoniam in ea interiora ſunt frigida,& exteriora calida, & ideo in ipſa ſunt fortiora ſigna frigiditatis,unde in ea ut dicit Auic. eſt urina cruda frigida,& pulſus rarus, & tardus, & ut plurimum aduenit omni die , & aliquando conuer-

titur

titur in quartana&tertianam,eius paroxyſmus durat a quatuor horis uſq; ad xxiv. in febre uero liparia interiora caleſcunt, & exteriora frigeſcunt, unde non apparent ſigna adeo frigida ratione operationum membrorum interiorum, & iſta durat pluſquam hemitriteus,dicit hic Auicen.& hoc uidetur etiam dicere Gal. primo Aph. xii.& per typhoidem intelligit iſtam lipariam Auicen. Cura harum febrium non differt a cura aliarum phlegmaticarum excepto quod quum ſint a phlegmate uitreo,quod eſt intenſiſſime frigidum,ut dicit Galen. lib.ſecundo, cap.xxvi. quod indigemus fortioribus calefacientibus, ideo digeſtiua debent eſse fortiora,pariter clyſteria : item ſolutiua debent maxime reſpicere phlegma uitreum,& dari in maiori doſi, & fortiora,quia eſt materia difficilis eductionis.Quantum ad alia omnia conuenit cum aliis: ideo eadem remedia eodem modo quæ fuerunt adducta in cura quotidianæ intermittentis, hic ſunt applicanda , & eſt habenda cura membrorum ſicuti in ea diximus: ſemper tamen calidiora debent dari, unde Paulus laudat diacalamenthum,& confectionem diatrionpipereon . quum ergo quæ conueniant dicta ſint,hæc pro cura ſufficiant.

De Syncopali humoroſa & ipſius curatione.

SINCOPALIS humoroſa : fit ex humoribus multis phlegmaticis crudis qui opprimunt os ſtomachi.xii.de ing. tertio ſic quod ſequitur ſyncopis primo ad Glauc. de cura continuæ cum accid. ſua multitudine, uel quando incepit putreſcere,& mouetur,tunc eleuantur uapores frigidi ad cor. qui faciunt ſyncopim dicit Auic.prima quarum tract. ſecundo cap.55. & hoc maxime fit in principiis acceſſionum primo ad Glauc. de cura continuæ cum accid.eius ſignaſunt dicit Gal.xi.de ing. tertio præcordia inflata : & totus corpus inflatum magis quam ægri naturalis diſpoſitio exigat, color albidus, ſimilis colori laborantium aqua inter cutem,nonnullis niger aut liuidus, ſcilicet plumbeus,pulſus obſcurus & inæqualis ſemper , ſecundum ſe totum,aliquando etiam in ſyſtole.Paroxyſmus eius eſt ſicut quotidianæ dicit Auic.cap. proprio, oculi ſunt uirides : accidit nocte uel ueſperi.xii.de ing.quinto,ea.n.eſt hora phlegmaticis 6

epid.

epid. particula prima tract. 13. uerum eſt, quod ea quæ eſt in ueſpere eſt peior, quia phlegma anticipat horam ſuam, & ſic arguit maiorem multitudinem huius febris. Cura quidem eſt difficilis, quoniam uirtus eſt debilis, & euacuationes quæ eſſent neceſſariæ, non ſuffert, hinc ſi educitur materia, uirtus proſternitur, pariter ſi materia reſtat, uirtutem proſternit, eſt ergo difficile eam curare: in eius tamen cura ſic eſt procedendum, quãdo incipienda eſt cura, uel æger habet phlegmonem. uel aliquod aliud apoſtema in interioribus, uel non, ſi habet, iam eſt deſperata ſalus, dicit Gal. xii. de ing. tertio. unde oportet mortẽ prædicere ad euitandam ignominiam: & non eſt utendum aliquo genere medicamentorum, pariter ſi humores ſint crudi & putrefacti, & coqui non poſſunt, eorum ſalus eſt deſperata, ſi uero nec phlegmone ſit: nec humores de eo putridi ſint, tunc eſt ſpes ſalutis, & tunc poteſt curam adire medicus, & quando adit, uel eſt tempus ſyncopis, uel non, ſi eſt tempus ſyncopis, quoniã magis urget quam febris, ideo ei eſt attendendum, principalis ergo intentio tunc eſt releuare uirtutem oppreſſam: nihil autem eſt, quod magis & citius hoc faciat, quam uinum, ſecundo Aphor. xi. Ideo ſubito eſt dandus panis infuſus in uino, xii. de ing. tertio. Vinum autem debet eſſe calidum natura, quod decoctionem in corpus promouet, & ſic debet eſſe colore fuluum, ſubſtantia tenue, ætate uetus, & boni odoris. xii. de ing. quarto, ſi in tempore, regione, & ſtatu cœli calidis, promixtum ſit cum aqua frigida, ſi uero frigidis, cum aqua calida, & poſt cum calida eſt perſeuerandum. xii. de ing. tertio quod ſi non ſit ſyncope: uidendum an ſucci crudi ſint multi, & craſſi, ſic quod exiguos animalis meatus obſtruant, tunc illi ſucci niſi concoquantur, nutrire non poſſunt, ſed uirtutem grauant, & in ſyncopin deducunt, & ſæpe homines opprimunt. Quòd ſi non tantum grauant: quod obſtruant, nec onerent, ſic ſyncopin non faciunt, ſed tamen lipothymiam. xii. de ing. quinto, conſiderandum quoque eſt an uirtus in ſe ſit fortis, uel debilis ut fortioribus, uel leuioribus uti poſſimus medicamentis: uirtute ergo exiſtente debili, & ſuccis exiſtentibus multis, tunc non eſt poſſibile mittere ſanguinem, nec dare pharmacum. Ideo Galen. xii. de ing. tertio, iubet, ut tantum perſiſtamus infrictionibus cum panno aſpero, incipiendum a partibus inferioribus aſcendendo, & poſt ſi ſit

periculum

periculum laſſitudinis, inungendo ſicuti in cura quotidianæ intermittentis, diximus. In hac ergo diſpoſitione non uult Galen. quod aliud faciamus, & quoniam talia corpora poſſunt pati inediam multam, & illi ſucci poſſunt concoqui, & poſt nutrire, ideo per primos tres dies iubet Galen. quod demus aquam mellis cum hyſſopo ut iuuetur concoctio, & abſtergantur materiæ multæ, & educantur uirtute hyſſopi, quod ſi mulſa faſtidiat dat ſuccum ptiſanæ uel oxymelitem, uel modo hoc, modo illud, & perſeuerante conſtantia uirtutis ſi eſt poſſibile ultra tres dies utatur eadem inedia uſque ad ſeptimam. Sic etiam nos ſecundũ maiorem, uel minorem conſtantiam uirtutis cibabimus, tantum dando, quantum uirtus poteſt durare, & ſi dubitamus de uirtutis conſtantia, dabimus panatellam, uel ferculum ex farre ſemper iniungendo ſecum res calefacientes & incidentes, quod ſi uirtus non ſit adeo debilis, faciendo frictiones, etiam dicit Galen. xii. de ing. tertio utimur clyſteribus, quod ſi etiam uidebimus maiorem uirtutis conſtantiam: quoniam materiæ, quæ peccant, ſunt ut plurimum in ſtomacho, & in uenis meſeraicis, a quibus non poteſt educere clyſter: crederem quod tunc poſſemus dare unciam unam caſſiæ, uel unc. 2. mannæ, quia in ueritate, non multum agitant, & forſan ſi eas cognouiſſet Gal. dediſſet. Crederem quidem, quod iſtis crudis nullo modo eſſet fienda phlobotomia, licet ſecus dicat Alex. lib. ſexto cap. proprio: his rebus in principio peractis. poterimus dare oxymel æſtate frigidum, hieme calidum, & ſic cum tenui diæta, cum clyſterib., cum digeſtiuis poterimus procedere uſque ad ſeptimam, in primis tribus diebus non dãdo cibum, nec ſorbitionem, nec aquã, nec permittendo, ut æger multum bibat. Poſt autem, ut credo, quando dubitamus de uirtute, eſt ordinanda groſſior diæta, etiam poſt ſemper attenuando, ſic quod in ſtatu etiam tenui dieta uti poſſimus & uirtus poſſit durare, ſic procedendo dicit Gal. debemus euitare aerem, uel nimis calidum, uel nimis frigidum, ſed ſit temperatus, uel in æſtate declinans ad frigidum, in hyeme ad calidum, quod poterit fieri artificialiter, puta in æſtate ſternendo cameram cum frigidis, in hyeme accendendo ignem in camera, balneum quoque prorſus non conuenit, procedente quoque ægritudine, iam factis dictis euacuationibus poterimus applicare calefacientia, maxime ſi non ſit multum intenſa

febris,

febris, ut inungendo cum oleis calidis, uel temperatis, ut cum oleo chamæmelino debemus tamen ſemper, dicit Gal. primo ad Glauc. de cura continuæ cum accid. concoquere abſunthium, & confortantia ſtomachum, quoniam eſt habenda maxima cura de ſtomacho: uictus autem ut dixi ſit in principio tenuis, & debemus dare quæ habent uim incidendi, unde Gal. primo ad Glauc. ibi dat piper, diatrion pipereon, & diaſpoliticon. Nos autem dando aquam mellis aduertamus, ſi ſit nimius fluxus uentris, quare tunc magis decoquemus mulſam, uel dabimus ptiſanæ cremorem, uel ſorbitionem ex halica, ſic poterimus iungere cibum, ſecundum quod apparebit neceſsitas pro ſuſtinenda uirtute. Somnus, & uigilia ambo conueniunt moderate, tertio, de ing. tertio, quieſcant, quoniam agitatio membrorum, dicit Auic. facit ad ſyncopim. Vtemur tamen frictionibus, ut dictum eſt, & ſic eſt curandum, ut ſaltem excrementa tertiæ digeſtionis excernantur. Accidentia autem animi conueniunt, quæ calefaciunt, ſed non immoderata, ne uirtutem proſternant. hæc omnia ſunt faciẽda quando eſt timor ſyncopis, ſecundum Gal. xii. de ing. tertio, & quarto, et primo ad Glauc. de cura continuæ cum accid. quod ſi non ſit materia tanta, ut timeamus ſyncopim, ſed tantum lipotymiam, et uirtus ſit fortior, tunc dicit Galen. xii. de ing. quinto, quòd iſtos magis cibare debemus unde iis dat Vinum poſt cibum, maxime ſi ſint ſenes, quod non fecit in cap. 3. quando eſt dubium ſyncopis, nec in primo ad Glauc. Cibi autem debent eſse tantum calidi, & extenuantes quantum febris poteſt ſufferre, oportet, autem euitare eos cibos qui ſint frigidi, et craſsi nutrimenti. Medicamenta etiam iis poſſunt dari, unde utimur fortiorib. clyſteribus, et audacius lenitiuo in principio, et tandem procedente ægritudine, apparentibus ſignis cõpletæ digeſtionis, in hoc una eſſem cum Alexãdro ut poſſemus uti medicina ſoluente, et forſan phlobotomia uti in principio: Nec eſſet adeo neceſſarium uti tenui dieta nec tot frictionibus, nec hoc negat Gal. et ſi ſic Alexander intelligit de iſto, forſan non eſt contra Gal. qui primo curat quando eſt periculum ſyncopis, ſecundo in cap. 5. in fine quando tamen periculum lipothymiæ, et ſic in principio non dat uinum, ſicuti facit in ſecunda, poteſt etiã uenire ſyncopæ ex materia bilioſa. xii. de ing. tertio, et his conueniunt frigida, ſed hanc curã nunc omittamus.

De

De Cura Sincopalis Minutæ.

SYNCOPALIS Minuta, eſt febris, quæ fit ex humoribus tenuibus, qui facile exhalant, maxime ſi retentrix ſit debilis & expulſiua fortis, & pori lati, ſic quod tamen reſoluitur uirtus, quod incidunt in ſyncopin, xii. de ing. ſexto, a ſanguine autem nec ab alio humore fieri non poteſt per ſe, ſed ex cholera, ſicut colligere poſſumus primo prognoſt. x. & xi. Addit etiam Auic. quod fit ex materia uentoſa, eſt autem febris continua, quia aliter non eſſet exitioſa, aduenit autem in ætate: complexione, regimine. calidis, & ſiccis, ſicuti colligere poſſumus. x. de ing. 3. in illo iuuene qui laborabat hac ægritudine ſicut teſtatur idem Galen. xii. de ing. ſexto, eius ſigna ſunt, ex loco nunc citato, naſus acutus: oculi caui, & alia quæ de facie. Hippocratica dicit Hypp. Primo progno. octauo, nono, & decimo, ſiue multum excernant, ſiue uigilent, ſiue triſtentur, ſiue non cito nutriãtur. Si in principio talis facies appareat, huius febris eſt ſignũ: uerum ſi appareat cum iſtis, eſt minus periculum. xii. de ing. ſexto, ſicut etiam dicit Hypp. primo progno. Quòd ſi appareat ſine iſtis, eſt maius periculum: quia tunc eſt ſignum, quod eſt tãtum ex malignitate materiæ. Aduenit autem ſyncopis in iſta in tempore maioris reſolutionis, & ideo in ſtatu, & in hoc differt a ſyncopali humoroſa. Huius febris cura eſt etiam multum periculoſa, & quum oppoſita ſit ad humoralem, oppoſita quoque exigit remedia, ſi ergo in ea uirtus ſit debilis, & ſit apoſtema in membris interioribus, iam eſt deſperata ſalus. Quod ſi non ſit apoſtema uel actu eſt ſyncope, uel non, ſi eſt, oportet dare cibũ, puta panem infuſum in uino, ſicuti fecit Galen. in illo iuuene. x. de ing. tertio, quod ſi non ſit ſyncope, eſt uidendum an poſſumus curare cauſam, & præuidere, ne ſequatur ſymptomata, & ea erit optima cura, modo non ſit aliud ſymptoma, quod impediat, quum ergo curam addimus, ſi uirtus ſit debilis, & ſæpe pariter, ter, uel quater cibabimus, ſed parum pro uice, quod ſi uirtus ſit fortior, tunc rarius cibabimus, ſed & plus dabimus, & tunc forſan licebit uti aliquo lenitiuo, ut dare caſſiam uel mannam. Sic igitur procedendo, omni cura ſtudebimus uti cibis, & medicinis denſantibus corpus, ut applicando corpori olea aſtringentia,

gentia, dando cibos groſſi nutrimenti, & procedente ægritudine uigorata uirtute, ingroſſatis humoribus, denſato corpore, forſan poterimus dare aliquod ſoluens, quod educat materiam cholericam, & confortet membra, ut Rhabarbarum uel Myrabolanos citrinos in ſubſtantia, poſt procedendo cum rebus confortantibus membra, demum poterimus in declinatione uti leuibus frictionibus, quando non eſt amplius timor ſyncopis, Aer autem debet eſſe frigidus, & aſtringes, cibi ingroſſantes & qui conueniunt, panis, ſorbitio ex halica, fructus auſteri, qui nõ facile corrumpantur, & per ſe, & cum pane, item halica cocta in aqua, poſſumus dare oua, præcipue uitellos, teſticulos gallorum, ſuillum cerebrum aſſatum, non cruentum, in albo iure elixum, & demum conueniunt omnes cibi qui ſunt craſſi nutrimenti, & qui denſant, & exhalationem prohibent. Vinum in principio aquoſum, poſt cibum conuenit, & poſt quartam apparentibus ſignis concoctionis, poteſt dari caro pullorum gallineaceorum, etiam ſomnus conuenit, quia in ipſo non fit tanta commotio ſicuti in uigilia. Quies pariter. Ideo debemus euitare nimiam uigiliam, & motum: inanitio quoque non conuenit nec nimia repletio. Accidentia animi, quæ reſoluunt, ideo euitent. Hæc eſt cura ſincopalis minute, ut ipſam, a Gal. x. de ing. tertio, & xii. de ing. ſexto colligere potui.

De febre diurna & Nocturna.

AVICENNA Vltimo ponit caput de febre diurna, & nocturna, & diurna eſt quando febris inuadit in ueſpere, quando citius inuadere non poteſt, quoniam ſyncopalis humoroſa xii. de ing. 5. quæ ex maiori multitudine quæ fieri poſſit in phlegmaticis, tantum uel in ueſpere, uel in nocte adueniat. Dicitur ergo diurna, quæ ſemper in ueſpere aduenit: nocturna quæ ſemper in nocte, eſt autem differentia inter eas, ut etiam habetur primo epid. Quia diurna eſt peior, & longior. Quum enim phlegma de nocte inuaſionem facere debeat, quando facit de die, eſt ſignum maioris malitiæ, & maioris multitudinis: Item eſt mala. quoniam in nocte, quum inuadit in ueſpere, non põt æger dormire, primo quoniam in primis horis eſt principium, & augmentum febris, in quo tempore non conuenit ſomnus, in

fine

fine autem eſt declinatio,&tunc oportet dare cibum,&non dormire,& ideo ſic parum dormiunt,uel ſi dormiunt, ducunt uitã ueſpertilionis, dicit Gal. primo epid. quod tamen de die dormiunt,hinc eſt periculum,ne ad hecticam producantur & ſic febris diurna eſt multum difficilis. Iſtæ autem febres ut dicit Auic.non requirunt diuerſam curam ab interpollatis . Ideo quæ ibi dicta ſunt,hic applicentur,& de febribus phlegmaticis ſatis.

De cura Quartana Periodica.

QVARTANA Pura intermittens ex humore melancholico fit ſecundo de diff.febr. quinto,putreſcente extra uenas, tranſmiſſo ibidem,& hic humor eſt naturalis,& præternaturalis tertio Aphor. xxii. Naturalis eſt pars groſsior ſanguinis quæ eius ſex dicitur, & præternaturalis eſt qui attabilis appellatur. 14. de ing.nono,fit autem ea , quæ eſt præternaturalis, uel ex aduſtione flaue bilis, uel melancholiæ naturalis, ſexto Aph.59. ex phlegmate uero putrefacto , ac aduſto ſecundum Gal.non fit Melancholia,quia ſemper eſt album, ut patet de phlegmate gypſeo,uerum eſt quod forſam tantum poteſt indurari quod faciet quartanam,&ſic affliget de quarto ĩ quartũ, &hoc uoluit Auic. luc, quando autem iſte humor facit quartanam,& ſemper,eſt atra bilis,ſecundo Aph.22. & ſecundo , de diff. febr. quinto. Quoniam ſi fit a melancholia,naturali,fit tantum,quando putreſcit,ſecundo de diff. febr. quinto, & quando putreſcit,fit atra bilis quarto,Aph.2. fit quoque ex ſucceſsione aliarum febrium, tertio Progn.33.& raro a nocumento ſplenis abſoluitur , primo epid.et quæ abſoluitur primo eſt ſalubrior primo epid.particula tertia,et de ſe eſt ſalubris,et liberat ab epilepſia,quinto Aph.59.ſexto,epid. particula ſexta. in fine,ut plurimum autem aduenit in autumno,tertio Aph.22. Maxime ſi frigidis ſit,& ſiccus,uel inæqualis ſecundo,de Criſi quarto,Aduenit quoque in complexione atræ bilis primo ad Glauc.de ſignis quartanæ maxime ſi tranſit ætatem conſiſtentiæ quando eſt uſus cibis,& regimine facientibus atram bilem , & quando atrabilis abundat,ſecundo de diff. febr. quinto, pariter ſi locus, tantum febrium ſit productiuus,&tunc communiter uagentur, uel febres inordinatæ præceſſerint primo , ad Glauc. de ſignis

quartanæ,

quartanæ,& ſequitur nocumentum hepatis, uel lienis ſecundo de Criſi. quarto,huius febris ſigna ſunt pulſus tardi,& in principio,ſecundo de Criſi.primo, ad Glauc. de ſignis quartanæ, poſt fiunt ueloces,& frequentes urinæ tenues,albæ,& aquoſæ, in principio ſecundo de Criſi.quarto, calor paulatim accenditur,& increſcit ſicut ignis accenſus in rebus frigidis,& ſiccis,ſecundo de diff. febr. quinto, non aliquod fumidum relinquit, longiores habet ceſſationes,unde non afligit, niſi de quarto, in quartum ad perfectam terminatur infebricitationem. Rigorem ſimilem habet eis,qui maxime frigeſcunt,ſecundo de diff. febr. quinto, non tamen multum magnum ſecundo de Criſi.nono, ſpatium acceſſionis eſt ſimile ſpacio acceſſionis tertianæ,aliquãdo etiam longius,ſecundo de diff. febr.quinto, Galen. ut dixi, uult quod quartana ſit tantum ab atra bile, quæ tamen poteſt fieri,uel ex bile putreſcente, vex melancholia,unde non uariatur hæc cura ratione diuerſitatis materiæ,niſi ſecundum magis,uel minus,licet ſecus uelit Auic. procedendo ergo in iſta febre ad mentem Galen.pauca ſumitur indicatio a febre: ſed omnis fere ab eius cauſa,cauſa autem huius febris eſt humor frigidus, & ſiccus,& groſſus,ideo ſi ipſum auferre, & educere uolumus, ſicuti eſt neceſſarium oportet euacuare,ſed prius incidere,&quoniam uiæ non ſunt apertæ,oportet eas aperire,eſt ergo intentio principalis de incidentibus aperientibus,&ſubtiliantibus,&poſt de educentibus materiam melancholicam.Sed ante, educere oportet,quæ ſine uiarum apertione, & eorum inciſione,uel ſubtiliatione, educi poſſunt: hæc autem ſunt quam per phlobotomiam educũtur.In qua non expectamus coctionem. xi.de ing. xv. oportet ergo, dicit Galen. primo ad Glauc. leuiter tractare,nullum forte medicamentum, aut euacuationes exhibentes. uidendum autem eſt, an ſanguis ſuperabundet,& ſi ſuperabundet,ſeruatis regulis iam dictis,eſt incidenda uena interior, uel media ſiniſtri brachii,quod ſi ſanguis exeat niger,& craſſus, eſt mittendus ſatis copioſe, quod ſi flauus ſtatim eſt ſupprimendus,nec educendus.Curadum poſt eſt, ut cum rebus ſolitis in ſanitate uenter ſit lubricus,ſi hoc non poſſit fieri,utendum eſt clyſteri communi,poſt fortiori, ut ponendo in eo ʒ.iii diaphiniconis,uel unc. 5. diacatholiconis, uel confectionis Hamech, & quoniam lenitiua in principio, ut dictum eſt, conueniunt,ſi

ſint

ſint materiæ redundantes in ſtomacho, uel in meſeraicis, tunc ratione ipſarum, etiam in principio poſſumus dare aliquod lenitiuum, vt dando vnc. j. caſſiæ, & ʒ. j. confectionis Hamech, diſſoluendo cum aqua, lactis, quæ licet ſit frigida, ut patet quarto, de ſimp. 16. habet tamen aliquas partes calidas, vt colligitur tertio, de alim. cap. de lacte acetoſo, ideo ratione earum deducit melancholiam, ſed ſine agitatione, quòd ſi natura tentet vomitum, quoniam multæ materiæ Melancholicæ a ſplene ad ſtomachum transfesuntur: Ideo leui vomitiuo debemus iuuare, ut cũ aqua hordei tepida, & ſyrupo acetoſo, fortiora autem vomitiua in principio non conueniunt, ſi æger de ſe facile vomat, oportet dari vomitiuum ante cibum, quòd ſi non, poſt cibum, quoniam cibus iuuat vomitum, maxime ſi ſint cibi valentes in ſtomacho: his factis in ipſo principio reſtat, ut ad ſubtiliationem, & inciſionem alterius materiæ deueniamus: Hic eſt oppoſita intentio ſcilicet humectandi, quæ conuenit ratione materiæ ſiccæ, & febris, & uti rebus ſiccis, ratione inciſionis, apertionis, & ſubtiliationis, hæc enim fieri debent cum rebus ſiccis, imo humida eorum virtutem retundunt, & ſic quum principalis intentio ſit, incidendi, aperiendi, & ſubtiliandi, quod habet fieri cum rebus ſiccis, ſicca magis conueniunt, vnde Gal. primo ad Glauc. in hac cura non dicit, quòd debeamus uti humidis, ſed ſubtiliantibus &c. licet ſecus dicant omnes moderni. Crederem tamen quod ſcilicet primo debemus permiſcere humida, ne materia nimium terreſtrificetur. Poterimus ergo facere hæc, & cum decoctionibus, & cum ſyrupis, incipiendo a debilioribus, & mitioribus, primo laudat Auicen. mel roſatum, & ſyrupum acetoſum, ideo poterimus ſic formare, Rec. ſyrupi acetoſi, vnc. j. Mellis roſati vnc. v. Aquarum cichoreæ, & lupulorum ana unc. 1. & ſem. Poterimus cum iſto ſyrupo per aliquot dies procedere, poſt venire ad fortiorem, vt Rec. ſyrupi de pomis, vel de epithimo, vel de fumoterræ unc. 1. ſi aliqualiter etiam ſit intentio educendi, oxymel: ſimpl. vnc. 5. aquarum tamariſci ſcolopendriæ & fumoterræ vnc. 1. Miſce pro ſyrupo. Poterimus quoque digeſtiuum in forma decoctionis conficere, ut Rec. Radicum capparum, polypodij ana unc. 1. foliorum tamariſci & ſcolopẽdriæ ana. M. 5. ſeminũ anethi, & ameos ana unc. 1. Paſſularum unc. 2. decoquantur in ſufficienti quantitate aquæ uſque

ad conſumptionem medietatis aquæ,& deinde fiat colatura, & accipiat ſummo mane vnc.6. Cum iſtis igitur digeſtiuis procedendo,ſi non habeat beneficium ventris, non deficiemus a clyſteribus,ſemper faciendo eos fortiores, quanto magis ad ſtatũ erimus proximi, pariter dabimus cibos, & medicinas, vrinam prouocantes: Apparentibus autem ſignis completæ digeſtionis, inciſis humoribus, apertis vijs, tunc eſt dandum pharmacum, quod atram bilem poſſit educere, & quoniã ſæpe humores qui peccant ſunt difficilis eductionis, ſic quod vna die educi non poſſunt, ideo dicit Gal.primo ad Glauc. de cura quartanæ, eſt iterandum medicamentum. Gal. ibi dat elleborum album, nos ipſo non vtimur, poſſemus tamen ſecure vti elleboro nigro, ſic formando medicinam, Rec. Radicis ellebori nigri minutim inciſæ ʒ.i.infundatur in aqua mellis:decoctionis anethi,& ameos ana ℥.iij.florum viol.borag.& nenuph. ana.℥.ij. maneant in infuſione per diem integrum, & inde fiat leuis ebullitio,& collatura: quæ detur in aurora, poterimus in ea diſſoluere vnc.j. & ſem.mannæ,vel ʒ.v.caſſiæ,& ſic dare:Medicamentum autem dabimus in vna die infebricitationis, poſt dicit Gal.poterimus dare theriacam puta ʒ.j.vel Mithridatum,vel diatrion pipereon, vel piper cum aqua quotidie,& ſic confortabimus membra, & iuuabimus digeſtionem poſt cum prouocantibus vrinam, & ſudorem, cum exercitijs debitis curabimus, vt reliqua reſoluantur. Quo vero ad ſex res non naturales : Aer non ſit frigidus, ſed declinans ad caliditatem,quia ſic abbreuietur quartana:vnde ſecundo Aph.25.dicit Hypp.æſtiuæ breuiores. Cibi debent eſſe ex rebus optimis,non ex flatuoſis,& tenacibus. Vnde dicit ipſe arcendi ſunt à carnibus porcorum,& ſimilibus,ſi eſt poſſibile dicit Auic. ſtet per primas tres hebdomadas ſine carnibus, poſt poſſumus eas dare,poſt tamen quanto magis verſus ſtatum procedemus, plus debemus ſubtiliare, dicit Galen.quòd ſi non poſſit tolerare tantam carnium inediam,& ſi oportet dare carnes ante tres ſeptimanas, dandæ ſunt carnes paruorum animalium in diebus infebricitationis: dicit Auic. ſic tollitur quædam contradictio,quæ videtur eſſe in eorum dictis. Abſtineant a cibo in die paroxyſmi. vtatur ergo pro carnibus,& pullis gallinaceis,& alijs volatilibus quæ ſunt boni ſucci,& ſimilibus. Concedant cibos incidentes & calefacientes,vt ſynapi, cappares,& ita

utantur

vtantur cibis tenentibus mollem aluum, maxime ſi ſint ſoliti, vt vtendo brodijs carnium; rebus conditis cum oleo: piſces quoque comendant qui ſunt facilis digeſtionis, & mollium carniũ, vinum autem bibant tenue, album, & mediocriter calidum. q; ſi bibat aquam ſit decocta cum radice apij, fœniculi, capparũ &c. Iſtis autem cibis vtendo ſeruent regulas vniuerſales iam ſuperius datas. Somno vtantur moderato, vigilia moderata. Quo ad motum, & quietem vtantur dicit Gal. frictionibus, quòd ſi ſit acceſsio breuis, diebus interpollatis vtantur ſolitis exercitijs in ſanitate, curent vt ſuperflua omnia excernantur, fugiant omnino triſtitiam, quia eſt vna de cauſis humorum melancholicorũ: ſtent læti, & viuant in choræis, audiant cantantes, & pulſantes inſtrumenta auditum delectantia, audiant tantũ quæ delectant, hæc quantum ad regimen, in ſex rebus non naturalibus: quo vero ad correctionem accidentium tria ſunt membra, quæ præcipue læduntur in quartana, ſtomachus, ſplen, & hepar, & quoniam ſtomachus expellit, ſplen nutritur, hepar generat humorem melancholicum, ideo de eis habenda eſt cura, ſtomacho sũt applicanda confortantia cum rebus calidis, ſicuti applicando abſynthium, Maſticem, ſpicam, aloen, roſas, uel ex eis faciendo ceratum: ſi uolumus magis confortare, addenda ſunt cydonia. xiij. de ing. cap. 9. Sic ergo confortamus ſtomachum cum exterius applicitis, & interius cum eis, quæ dicta ſunt poſt exhibitionẽ pharmaci, ideo ipſe melius poteſt digerere, & ſi ſint mali humores in eo, expellere. Splen, & hepar de facili indurantur. xiij. de ing. cap. x. hepar quidem quia tunc continet ſanguinem groſſum, lien vero quia ipſum trahit ad ſe. Ideo per intus debemus dare res abſtergentes, aperientes, & euitare viſcoſas hæc quæ ſint, quantum ad medicinam, dictum eſt in loquendo de digeſtiuis: Quantum ad cibos, loquendo de cibis. exterius oportet applicare res calefacientes, & mollificantes, oportet tamen ſemper addere res confortantes, ut abſinthium. xiij. de ing. cap. nono & decimo, & quoniam iſti ſunt triſtes ſunt applicanda cordi, vt flores boraginis, & ſimilia quæ ſpiritus habent confortare, & hæc procura quartanæ periodicæ.

De cura Quartanæ Continuæ.

QVartana continua, ſit ab humore melancholico, contento in uenis, ideo eaſdem habet cauſas, & eadem ſigna: quæ habent interpollatæ, differunt tamen ſecundum magis,& minus,& iſta nunquam ad infebricitationem terminatur: in cura quoq. dicit Auic. non differt ab interpollatis, tantum differt, quoniam in continua non debemus vti rebus adeo calidis ſicuti in interpollata & in continua quoniam materia eſt intra uenas,eſt magis neceſſaria phlobotomia,& non æque debemus vti carnibus in continua,ſicut in interpollata quia eſt breuior,& egemus ſubtiliore dieta.

De cura Quintanæ, Septenæ, & Nonanæ.

CIrca has febres videtur eſſe aliqualis diuerſitas inter Hypocratem & Galenum. Hippocr. in primo epid. ſectione tertia, dicit dari iſta febres: Galen. ibi dicit quod nunquam uidit ſeptenam, & nonanam,& quòd quintanam nunquam vidit maniſeſtam,ideſt durantem in ſuis paroxyſmis, ſed aliquando occultam, ideſt mutantem paroxyſmos, ſic quòd veniebant aliquando duo paroxyſmi quintanæ,poſt mutabantur, & ſi uenit ſeptena non eſt dicendum quòd id ex terminato humore ſit, ſed ex inordinato regimine, vt ſi adueniat vnus Paroxyſmus, qui amplius de ſe non rediret, & quòd æger vtatur inordinato regimine, poteſt eſſe in alia ſeptena alius reuertatur paroxyſmus. ſed id non eſt ex natura humoris, ſicut videtur dicere Auic. nam ſic eſſet ex humore apto pro quartana ſed pauciori,quare ſicuti datur, quintana, ſeptena, & nonana, ita non datur ſextana, octena,& dena? ſecundum quòd erit maior, vel minor quantitas materiæ.

Item tunc non videtur quòd ſeptena ſit ſalubrior quintana, quia ſic in ea erit maior aduſtio, non poſſumus ergo dicit Galen. ratione decidere iſtam quæſtionem: ſed eſt decidenda experimento. Credendum eſt quidem Hypp.qui dixit quòd datur, ſed ego eas non vidi,& quoniam hoc tantum experimento comprobari poteſt, ideo ex me non poſſum dicere quod dentur: ſicuti

ſicuti Gal. in totum negat has febres, nec contradicit Hippo. Sed conuenit quòd ex ſe non poteſt dicere quòd dentur, & quoniam hoc eſt decidendum experimento, non ratione, & quoniã ipſe eas vnquam manifeſtevidit ideo non poteſt dicere, quod dentur, credendum tantum eſt Hyppocrati, qui dicit quod dentur. Quintana ergo dicit Hyppo. eſt mortalis, & reperitur cum phthiſi. hoc Galen. dicit eſſe uerum vniuerſaliter, Auic. indefinite. Septena eſt longior, ſed non mortalis: nonana iterum eſt longior. Secundum Galen. ergo non poſſumus dicere, ex qua materia fiant iſtæ febres, & earum curam nullo in loco poſuit. Ideo ſecundum ipſum earum curam non poſſumus explicare. Auic. autem quum velit quòd fiant ex eadem materia, ex qua quartana maxime phlegmatica, ideo dicit, quòd eius cura eſt ſicuti cura quartanæ phlegmaticæ: ideo quantum ad cibum debemus primis tribus diebus ſubtiliare regimen, poſt iterum ingroſſare, & demum, quandò verſus ſtatum procedimus, ſubtiliare. Cibi autem debent eſſe boni nutrimenti: & uelocis digeſtionis, non groſſi, & uiſcoſi: ita in alijs rebus non naturalibus, debent regi, ſicuti in alijs quartanarijs dictum eſt. Quantum ad medicinas, debemus procedere. Primo cum digeſtiuis, & ſimilibus iam dictis, & poſt uti educentibus, & maxime per uomitum, & poterimus cum hieris appropriatis educere humorẽ peccantem: poterimus poſt exhibere theriacam, & in reliquis uti eis, quæ diximus in cura quartanæ.

De cura Febris hectica.

TRES ſunt corporis particulæ ſpiritus ſcilicet, humores, & pars ſolida, quod ſi febris eſſe debet in aliquam partem in calefacto eſſe, poſitum, eſt eſſe neceſſarium, primo de differen. febr. primo quòd ſi ſit illa, caliditas in parte ſolida impreſſa. tunc eſt febris hæctica. primo de diff. feb. octauo, uerum eſt quòd, qm̃ hæctica dicitur, ideſt habituata uel habitum occupans primo de diff. feb. ſeptimo, qñ eſt in ipſo principio, & adhuc ipſum habitũ non firmiter occupauit, dicitur potius ſchetica, 8. de ing. primo, qñ occupauit dicitur hectica: calor ãt ille in ſolidis exiſtẽs, uel tm̃ ponit humores & humiditates, in ebullitionẽ, & tũc dr̃ principiũ, uel exiccat mẽbra ſolida, & tũc di-

citur tabes, vel quoniam ut dicitur ſexto de ing. ſeptimo, decimo de ing. vltimo, exiccationes ſic procedunt, quòd primo exiccentur humiditates, & hoc duobus modis, vel illæ quæ ſunt adhuc in paruis venis, vel quæ ſunt extra venas, vel adipem & pinguedinem, vel membra ſolida, ſi exiccatio fiat non in membris ſolidis, ſed in alijs eſt medium, ſic in tres partes diuiditur iſta febris a Gal. primo de diff. febr. nono. Iſta autem quæ in medio eſt habet latitudinem, ſecundum quod fiunt diuerſæ exiccationes. Illa in qua exiccantur humiditates inuenis eſt proximior principio, poſt in qua exiccentur, quæ ſunt extra venas per ordinem, poſt illa in qua exiccentur, & adeps, & caro, & iſta eſt proximior tabi, vera ergo tabes eſt in qua corruptæ ſunt humiditates nutrimentales, & exiccantur humiditates radicales, & iſta eſt penitus incurabilis decimo de ing. vltimo, primo de differ. febr. octauo, principium facile curatur, medium facilius & difficilius curatur, ſecundum quod magis accedit ad tabem, quæ enim eſt proximior tabi, eſt difficilioris curæ. Quum tamen omnes humiditates, excepta radicali, quæ eſt membrorum ſolidorum, ſint reparabiles: ideo omnes partes hecticæ, in quibus tantum conſumuntur humiditates nutrimentales, ſunt curabiles, & quoniam humiditas radicalis reparari non poteſt: (aliter enim eſſet remedium morti.) Ideo tabes exquiſita eſt incurabilis, hæc omnia colliguntur, ſeptimo de ing. ſexto, decimo, & vltimo, ſic ergo diuerſificatur hæctica, quam ſecundum ſpeciem diſtinxit Auic. hæctica poteſt fieri incipiendo primo de differ. febr. octauo, tertio, de prognoſt. ex pulſu, tertio, ſed fit cum ephemera, quando eſt fortis cauſa primo de diff. febr. octauo, per ſe ſola fieri non poteſt incipiendo, in prineipio tamen cognoſci poteſt minime, quia habet ſigna etiam ephemeræ. ſic intelligere Gal. debemus ſecundo, de Criſi. vltimo, ſi ergo fiat incipiendo habet omnes partes, verum ſi ſequitur putridas, ſicuti in plurimis eſt, primo de diff. febr. octauo, non eſt neceſſarium quod præcedat principium, nec omnes partes per ordinem, ſicuti ibi oſtendit Gal. Aduenit autem non in complexione humida, ſed ſicca, maxime ſi ſit iuncta caliditas, ſi vita ſit in laboribus, in vigilijs, in curis, cum victo pauco, in æſtate, ac ſtatu cœli calido, & ſicco, regione pariter calida, & ſicca, & loco ſimili, & iſta febris maxime ſolet inuadere ex ira, triſtitia, hæc oīa

haben-

habentur,primo de diff.feb.nono.Signa hecticæ quando adhuc non eſt tabes,ſunt ſimilia præcedentibus cauſis procatarcticis, facientibus caliditatem,& ſiccitatem, ut eſſet ira, triſtitia &c.& æger febris,& eo tranſacto die caliditas nec augetur, nec minuitur,& ariditatem repræſentat,tunc ſuſpicandum eſt de hæctica, quod ſi permanſerit vſque ad quartam diem,& nihil pariter fuerit immutatum,& permaneat ariditas cum caliditate: quæ primo tactu appareat mitis, poſt acris,mordax,& arida, tunc certe eſt dicendum quod eſt hæctica, ſi calor poſt cibum per horam,aut duas augeatur,& pulſus fiant maiores,& velociores,ſic quod uidetur noua acceſſio,tunc eſt ſignum indubitatum hecticæ tertio, progn. ſexto.Item caliditas eſt æqualis ſine excreſcentijs, excepta illa quæ eſt poſt cibum, pulſus eſt debilis, paruus, durus,& frequens,caliditas eſt maior in arterijs,hæc ſunt ſigna hecticæ a Gal. collecta primo de diff. febr.nono,quod ſi tranſeat in tabem, tum oculi ſunt immodice concaui, exhauſto eorum liquore,ſicci, flos vitalis extinctus , ſiccitas immoderata , habent inopiam vigilandi nec vere dormiunt,collapſa ſunt tempora, ita apparent in viſceribus, & inteſtinis, & tandem nihil aliud ſunt quàm pellis & oſſa,cutis eſt arida, pulſus tenuis,durus, debilis,& frequens , caliditas mordacior apparet quanto magis tangitur,& ſic ex iſtis ſignis tabidos facile cognoſcimus, hæc Gal.primo de diff.febr. nono,de hæctica,quoniam tantum calor ſit cum ſiccitate in membris ſolidis impreſſus ſine humoribus. Si pura ſit : ideo in ea a cauſa nulla ſumitur indicatio, omnis igitur indicatio, in eius cura ab ipſa ſumitur febre , febris autem eſt morbus calidus,& ſiccus primo reg.acut.42.Ideo in ea eſt tantum indicatio de frigiditate, & humiditate.x.de ing. ſeptimo, complexio autem, & aer indicant de applicatione rerum magis,uel minus frigidarum & humidarum,nono de ing. 14. Res autem frigidæ & humidæ quibus utimur in cura hecticæ,uel ſunt exterius applicandæ uel interius ſumendæ, exterius applicandæ ſunt,aer medicamenta,& balneum, interius autem ſunt quæ eduntur,& bibuntur, & hæc ſunt in ſecunda differentia uel ut cibi uel ut medicinæ: hæc non exprimit Gal. ſed colligitur ab Auicen.& Aetio. in ijs ergo dicit Gal.x.de ing. octauo,eſt omnis cura hecticæ. Cæterum vt dicitur de ing. ſeptimo, quoniam humida non tranſeant ſecundum gradum, quinto de

 ſimpl.

ſimpl. ſic ſunt minoris actiuitatis quam frigida, ideo eſt maius periculum in infrigidando, quam in humectando, ſed citius inducimus frigiditatem: ideo cum maiori cautela debemus applicare frigida, tertio, de ing. octauo, ſed quum ſemper ſit intentio de infrigidando, & humectando, debemus curare ut quæ dãtur ſint frigida, & humida, quod ſi frigida ſint & ſicca debemus miſcere humida, ſi humida, & calida debemus miſcere frigida. Dicendum ergo de his ſex rebus ab exterioribus, & primo ab aere ſicuti facit. Gal. decimo de ing. octauo, exordiar. Aer ſi temperatus ſit dicit Gal. debemus cum talem eligere, & ſi ſit nimium calidus vel frigidus eum corrigere, ſi ergo nimium calidus ſicuti æſtate eſſe ſolet, tunc eligendæ ſunt domus ſubterraneæ, tranſpirabiles: aſperſæ aquis, & rebus frigidis, arcendo turbam hominum, & faciendo omnia pro infrigidatione eius, ſicut inſuperioribus dictum eſt, quod ſi ſit aliqualiter frigidus, eum debemus eligere, ſi uero nimium frigidus conuenit quidem ratione tranſpirationis, quia ſic refrigerat cor, maxime, ſi principalis cauſa ſit cor. nocet tamen ratione cutis, cui ſi occurrat eã conſtipat, & uaporum exhalationem prohibet, maius tamen eſt iuuamentum nocumento, quòd ſi volumus etiam illud euitare nocumentum, poterimus aliqualiter alterare illam intenſam frigiditatem, quæ tamen ſolet eſſe in hyeme, accendendo ignem leuem in camera, uel quoniam ille aer multum conuenit, ſi uolumus eum eligere, debemus cooperire corpus, excepta facie cũ pannis calidis, & prohibere, ne ille aer ita frigidus occurrat corpori. hæc omnia habet Gal. x. de ing. 8. poſt aerem ſunt applicanda per exterius, ut inunctiones, cataplaſmata emplaſtra, aquæ, iſta dicit Galen. decimo. de ing. nono, poſſunt refrigerare, & humectare ſine aſtrictione, ſed difficile eſt talia reperire, optimum ergo quod applicari poſſit, eſt vnguentum, quod dicitur infrigidans, Gal. modo ordinatum, ſicut decimo, de ing. nono ordinat Gal.

Multa alia ſunt, ut ſumendo ſuccum herbarũ frigidarum ſicuti polygoni, lactucæ, intybi, & roſarum, cũ polenta, uel per se, itẽ oleum roſatum ex oliuis immaturis: hæc oĩa applicari poſſunt, & ea miſcendo, & ſeparatim, & quoniam ut dicitur de ing. octauo, ſæpe hæctica habet originem ab aliquo membro particulari: ut a pulmone, & ſtomacho: ideo hæc remedia non omni

corporis

corporis parti ſunt applicanda, ſed parti illi:a qua procedit hæctica decimo de ing. nono, debent autem talia remedia actu frigida eſſe, non miſcendo res calidas, ſicut patet ibi a Galen. & quando ſunt calfacta a calore febrili, oportet ea remouere, & iterum illa, uel alia eiuſdem virtutis applicare, & indifferenter poſſunt applicari membro ſiue principali, ſiue non, ſeptimo, de ing. vltimo. Aduertendum tamen eſt ne membrum propinquum lædatur ſicut Galen. accidit, ſeptimo de ing. octauo & refert ipſe decimo de ing. nono. Tertio ſunt balnea: quibus, & ſi non ſunt in vſu in ſanitate, ſi oportet, vti debemus: Nam ēt tempore Hippocr. non erant in vſu, tertio regim. acut. 42. & tamen eis ipſe vtebatur, tertio reg. acut. 59. & quoniam, quod maxime conuenit in hæctica eſt balneum, decimo, de ing. decimo, ideo balneis etiam tempore noſtro in hæcticis, licet non ſint in vſu, vti debemus, & licet etiam aliquando balneare ægrũ etiam aqua frigida, niſi periculum ſit nimiæ iufrigidationis. tamen dicit Gal. ex thucididis ſententia, decimo de ing. decimo, quando unica eſt ſpes ſalutis, melius eſt ea vti cum periculo: quã relinquere ægrum ſine remedio mori. Sunt autem balnei ſecũdum quòd antiqui eis utebantur, ſedes quatuor, decimo de ing. vltimo, prima eſt aeris calidi, quæ uirtutem habet calefaciendi, liquandi, & æquandi materiam, relaxandi cutem, & multa retenta euacuandi, ſecunda, ſedes eſt, aquæ calidæ. hæc humectat & calefacit, tertia eſt aquæ frigidæ iſta refrigerat, cutim denſat, & uirtutem roborat, quarta eſt in qua fit ſudoris abſterſio, & iſta corpus per ſudores euacuat, ſedes omnes balnei conueniunt hæcticis, ſecundum omnes uirtutes excepta calefaciente, quæ repugnat, omnibus febribus, iuuamenta autem, quæ ex balneis ſequuntur, ſunt quod quicquid fuliginoſum, & fumidum eſt, educitur: caro, oſſa, & cutis, in naturali diſpoſitione ponuntur: ariditas ſolidorum membrorum corrigitur, calor præternaturalis remouetur, quòd ſi hæc a balneis ſequuntur iuuamenta, (quis eſt qui balnea hæcticis non concedat?) cõuenit tamen maxime lauacrum aquæ frigidæ, & ſine ipſo fere nihil facerent cæteræ virtutes: nec ſecus ſanari poteſt hæcticus ratione balnei, ut ibi oſtendit Galen. verum quoniam in hæcticis eſt parum ſanguinis & eſt carne nudus, pinguedinis expers. Ideo ſi foret iuuenis cauſone laborans, poſſet ſubito in bal-

neo

neo aquæ frigidæ lauari, debet tamen ipſe prius poni in aqua calida poſt in frigida. Sic enim corpus poſt aquam calidam magis reſiſtit frigiditati, nec membra ſolida, & eorum uirtutes adeo læduntur, ſunt ergo omnes hectici, ſi non ſit putrida, uel phlegmone in partibus interioribus, balneandi, ponit Gal. xi. de ing. ultimo modum, quem ſeruare debemus in Balneis, circa omnes ſedes, quoniam ut dicit ipſe ſeptimo, de ing. ſexto, omnes fere diuites ſuis temporibus habebant balnea domi, ſed quoniam noſtro æuo nec domi, nec alibi habentur omnes ſedes balnei, ideo crederem, quod non pænitus omittendum tã ſalubre & tam neceſſarium medicamentum, ſic poſſumus procedere, uentre uacuo, in camera ægri reddito aere temperato, uel magis ad calidum declinantæ, ut ſit ſimilis prime ſedi, debent portari duæ tineæ plenæ aqua, una calida altera frigida, & quoniam in aqua Gal. nihil concoquit, ideo eam puram reciperem, poſt facerem ut quatuor homines in uno linteo uerſus calidum uergente ægrum ſumerent & ipſum a lecto leuiter pertractando leuantes facerent, ut in aquam calidã immergerent, maxime ſi uterque ſit fortis: curarem poſt ut æger ibi ſtaret aliquantulum. Galen. tamen in ea ſede ſtare permittebat donec caro intumeſceret, ſeptimo de ing. ſexto, quia erat tantum intemperies ſicca, nec erat periculum propter caliditatem aquæ ſicut eſt in hectica. Quum æger poſt aliquantulum temporis in ea tina ſtetiſſet, facerem, ut eum in aqua frigida immergerent, & tantum ibi ſtare permitterent quantum uirtus ſufferret, quod cognoſcitur ex tolerantia ægri. Curarem poſtmodum, ut illi quatuor homines ægrum in lectum, qui debet eſſe proximus, & calidus portarent, & poſt primo cum ſpongia, deinde cum panno lineo leuiter, & blande pertractando ipſum abſtergerent, factaque deterſione cum oleo communi, uel alio appropriato eum inungerent, debet autem oleum eſſe tepidum, quia aperit, frigidum conſtipat, & hoc in iſto caſu eſſet pernicioſiſſimum, tertio regim. acut. 44. & ſecundo, de ſimpl. cap. 6. quod ſi timemus de uirtute, & corpus eſſet multum exiccatum, prima aqua debet ſumi tepida, alia aliqualiter frigida, ſed non pure frigida decimo, de ing. x. ſic quoque æger poteſt ſtare in utraque aqua ſecundum diſpoſitionem uirtutis: Poſſumus autem, uel bis, uel ter reiterare in die, ſi æger ſit aſſuetus, ſeptimo, de ing.

ſexto, forſan æuo noſtro eſt ſatis ſemel balneare, in mane ante prandium, propter inaſſuetudinem, quod ſi maraſmus eſſet cõfirmatus: tunc quoniam impoſſibilis eſt cura 1. de diff. febr. ix. x. de ing. x. morituri autem ſunt ſolis prognoſticis relinquendi, primo Aph. 8. aliter detur pamus medicamenta, quæ alteri poſſunt eſſe ſalubria. x. de ing. nono. Ideo in tali caſu nec balneis uti debemus, quod ſi eſſet ſecura mors, tamen aſtantes uellent ut aliquanto plus uiueret, tunc facta proteſtatione impoſſibilis ſanitatis, poteſt lauari, quoniam ex maraſino poteſt induci hectica ſenectutis, quam morbum ſenium Philippus appellabat: quæ licet etiam incurabilis ſit, tamen plus cum ea poteſt durare æger Galen. decimo de ing. ultimo dicit, ſe conſeruaſſe uiuum laborantem tali ægritudine, non tantum per dies, ſed per menſes. hæc de balneis, & ſic de rebus exterioribus. Reſtat ut ad res interius ſumendas deueniamus. Res omnes, quæ interius ſumi debent, oportet ut frigidæ ſint, & humidæ & ut ſint mediciñæ, uel cibi, & potus, uel aer, Gal. ſeptimo, de ing. ſexto, & decimo, de ing. decimo, non ponit medicinam quæ ualeat tantum ut medicinæ. Sed quæ ualent ut medicinæ, & cibi. Auic. tamen aliqua ponit quæ tantum inter medicinas adnumerari debent, ſequendo tamen Galen. quia ibi poſſumus cum cibis medicinalibus procedere tutius eſt quam cum puris medicinis procedere, naturæ enim ſunt magis conformes. Duo ſunt præcipua remedia in communi uſu quibus ad infrigidandum, utimur, & humectandum intus ſuſcipiendo quæ ualent ut medicinæ & ut cibi, & ſic ſunt cibi medicinales, Primo eſt aqua cancrorum, uel limaciarum, ſecundo eſt lac, licet Gal. nihil dicat de cancris in iſta cura: quia tamen Dioſc. lib. cap. 12. dicit quod cãcri decoctio ualet exhibita tabidis: & idem refert Auicen. in iſta cura, & ſunt in communi uſu. Ideo primo loquemur de cãcris, poſt de lactæ. Cancri quia ſunt frigidi, humidi, ideo hecticis conueniunt, maxime ſi ſunt phtyſici, quia uidentur habere proprietatem cum pulmone, eorum caro non uidetur conuenire: quia cibi pro hecticis debent eſſe facilis digeſtionis, & nõ groſſi nutrimenti ſeptimo, de ing. ſexto. Cancri autẽ Limaciæ, & ſimilia ſunt duræ carnis, & difficilis digeſtionis, ſicuti in capitibus propriis patet, tertio, de alim. quod ſi eſſet uirtus fortis forſan poſſumus dare contuſum de eis, eſt tamen melius facere

deco-

decoctionem ſic:accipere oportet caudam,& pedes, & euellere a toto corpore,& etiam,quoniam in cortice eſt ius exiccatiua, debemus eos excorticare,poſt cum aqua,ſale,&cinere ipſos bene lauare:deinde cum aqua pura,demum eos in ſufficienti quātitate aquæ ordei decoquere, & eam decoctionem colatam exhibere poſt balneum cum ptiſana,ſi non detur lac: Ita dictum eſt de limaciis : Poſſumus quoque dare deſtillatum factum ex eis , ſicut communiter fieri ſolet : & erit facilioris digeſtionis, quam caro,& in ea erit maior uirtus quam in decoctione : aduertenda tamen eſt uirtus exiccatiua: quæ acquiritur ex lambico.Poſt hæc eſt lac, quod eſſe humidum nulli eſt dubiū, quod ſit frigidum patet,quarto de ſimpl.med.16.& quinto,Aph. ſexto,quod ſi Galen.quinto de ſimp. med.dicit quod habet tepidā caliditatem, per tepidum intelligit mediocriter frigidum , ſicut patet,tertio de tuend.ſani.Quod ſi etiam, tertio,compl.ultimo, dicit quod eſt calidum, intelligit,quando eſt conuerſum in ſanguinem,Quum igitur lac frigidum ſit, & humidum facilis digeſtionis,& boni nutrimenti , ideo maxime laudatur in hecticis, ſeptimo,de ing. ſexto. Cibi enim qui in ea ſicca cerebri intemperie conueniunt,lac humanum eſt propter ſimilitudinē.Quod ſi non nelit æger ſumere lac humanum debet ſumere,quod ſit aliorum animaliū diuerſum ſecundum diuerſam hectici diſpoſitionem , quando uiæ ſunt magis apertæ conuenit groſſius, quando ſunt magis ſtrictæ ſubtilius in principio uiæ ſunt ampliores, poſt uero ſtrictiores , lac caprinum eſt ſimile multum cum humano,& eſt ſubſtantiæ aliqualiter groſſæ , ideo dari poteſt in principio. Lac aſininum eſt ſubtilioris ſubſtantiæ ideo dari poteſt, procedente ægritudine.Gal. ſeptimo de ing.ſexto, & decimo,de ing.x. maxime loquitur de aſinino . Debemus ergo accipere aſinam iuuenem , & ab ipſa ſummouere pullum, eam nutriendo cum herbis frigidis,& humidis, curando ut bene digerat poſt debemus curare,ut æger poſt balneum, uel ſaltem ieiuno ſtomacho ab eius uberibus emulgeat lac,quod ſi ipſe recuſat, hoc facere debemus , ducere aſinam in cameram ægri,& facere ut ſubito quando extractum eſt lac , ipſum bibat, primo autem debet bibere unum cyathum cum dimidio , & ſic procedendo ſemper debet augere doſim,ſed ad quam quantitatem aſcendere debet , determinari non poteſt ut Gal. dicit decimo,

mo, de ing. vltimo ſed id coniectura aſſequemur, donec ſcilicet non fluctuet in ſtomacho: & uirtus non grauetur, ſeptimo de ing. ſexto, uidere autem oportet an in ſtomacho corrumpatur, & hoc cognoſcitur ex pulſu, ſi ſit maior aut ualentior, ſignum eſt ꝙ non corrumpitur, ꝙ ſi timeamus de caſeatione addemus ei parum mellis, uel ſalis, licet iſta non conueniant, ratione febris in hecticis de ſe, ꝙ ſi uentris fluxus ſit, laudatur lac acetoſum, de hoc tamen, in hac cura nihil dicit Gal. poſt lactis aſſumptionem, debet æger quieſcere, & uigilare, debemus autem ſic procedere cum lacte, dicit Gal. primo de ing. ſexto, donec æger melius ſe habeat, poſt quando tendit ſanitatem uerſus debet regi æger, uit a conualeſcentis, & tunc poterimus omittere lac: hæc de lacte, quod conuenit ut cibus & ut medicina, de aliis cibis, loquendo de ſex rebus non naturalibus, dicemus. Sexto, erat aer qui inſpiratur, qui debet eſſe frigidus, & humidus, ſed de ipſo iam dictum eſt hæc igitur de illis ſex rebus, quibus præcipue uti debemus in hecticis ſufficiant. Quantum ad ſex res non naturales, de aere dictum eſt, cibi omnes quibus in hecticis uti debemus debent eſſe frigidi, & humidi, boni nutrimenti, nō groſſi, non uiſcoſi, nec duræ digeſtionis: & in eorum exhibitione debemus ſimul comparare earum naturam, et uirtutis diſpoſitionē, conuenientes ergo cibi ultra lac, ſicut ex Gal. patet tertio đ ing. ſexto, ſunt ſuccus ptiſanæ frigidus, halica, cum cremore ptiſanæ, decimo, de ing. decimo, panis in furno bene coctus: bene fermentatus, cum pauco ſalis in aqua infuſi: piſces ſaxatiles, ius album: teſtes gallinacei: perdices, paſſeres montani, et ſimilia, de uino Galen. decimo. de ing. decimo, nihil dicit in ſeptimo, de ing ſexto, dicit quod conuenit in illa diſpoſitione ſicca ſtomachi, modo non ſit febris, & aqua maxime uituperatur, quia multas parit noxas, & Galen. ibi, & Hyppocr. tertio, regim. acut. primo referunt per oppoſita, & maxime laudat uinum, quod plura producat iuuamenta.

Crederem ergo quod maxime, quando indigemus reſtauratione, uinum album aquoſum aqua permixtum conueniret: in dandis autem cibis plus oportet dare in ſero, quam in mane, parum pro uice, ſed ſæpius eſt tamen neceſſarium expectare quòd cibus prius datus ſit digeſtus, poſt cœnam non bibat, niſi facta digeſtione qua peracta, ſi ſitim tolerare non poſ-

ſit,

ſit, aliqualiter bibat, vtendum eſt autem cibis conſuetis, & naturæ indiuidui conuenientibus, hæc omnia ibi refert Gal. Quãtum ad ſomnum, & vigiliam debent mediocres eſſe, non eſt dormiendum ſtatim poſt aſſumptionem lactis, nec poſt prandiũ, quantum ad motum, & quietem, quies magis conuenit q̃ motus, leui tamen exercitio vti poteſt, ſi eſt poſſibile uacuo ſtomacho, & utatur debitis frictionibus: quæ tamen ſint leues & molles quantum ad inanitionem, & repletionem curari debet, ne nimis cibis repleatur, & ꝙ excrementa non retineat, omnia tamen blande facere oportet. Quantum ad accidentia animi, euitent omnia accidentia ſæua, maxime quæ calefaciunt, & exiccant ſicut eſt triſtitia, ira, dolor, ſed ſtent læti mediocriter, & cũ delectatione viuant: hæc quo ad ſex res non naturales. Reſtat modo, ut accidentia corrigamus. Accidentia quæ maxime ſequuntur in hæcticis ſunt ſyncope, & fluxus uentris, quo ad ſyncopim utendum eſt eis quæ dicta ſunt in cura ſyncopalis minutæ, quo ad fluxum, ſi fuerit fluxus, melius eſt uti lacte acetoſo, & in aqua hordei dicit Auic. ponatur milium torrefactum, & ſic procedere debemus cum illis, quæ uentrem ſiſtunt. Aduertendũ tantum eſt, ne ſit multum ſicca, & ſic miſcere poſſumus diuerſa remedia ſecundum diuerſitatem intentionum, & hæc pro cura hæcticæ febris.

De cura Hecticæ Senectutis.

HEctica Senectutis, ut colligere poſſumus decimo de ing. decimo, eſt ſiccitas inducta in membris ſolidis ſine febre de ſe, & ſenibus præcipue aduenit, ſeptimo, de ing. ſexto, aliquãdo tamen, & iuuenibus decimo, de ing. decimo, & eſt ſimilis diſpoſitioni naturali, quando aliquis moritur morte naturali, huius ſigna ſunt, ſigna maraſmi exceptis ſignis, qui ex febre procedunt, ratione caliditatis in ea enim non eſt febris: ideo dicit Auic. In tali hectica ſunt pulſus tardi, parui, & rari, & quandoque habent urinam albam, & ſubtilem, & in aliis diſpoſitionibus ſunt ſenibus ſimiles. Iſta diſpoſitio ſi confirmata ſit, ſcilicet ꝙ ſint exiccata membra ſolida, quia ipſa reſtaurari non poſſũt, aliter eſſet remedium morti, ideo eſt incurabilis, eius ergo curam aggredi non debemus, ꝙ ſi non ſit adhuc confirmata, id-

eſt:ſit tantum ſiccitas in prioribus humiditatibus,licet hæc uere hectica ſenectutis dici non poſſit:tunc eam curare,eſt poſſibile,quoniam ut dicitur ſeptimo de ing.ſexto, omnes exiccationes ea excepta,quæ in membris ſolidis eſt,ſunt curabiles. Quũ igitur talis diſpoſitio ſit ſicca tantum,ideo humidis, non frigidis vti debemus in eius cura,& quum tanta ſiccitas non reperiatur in membris,niſi cum defectu caloris naturalis, qui humido,quod eſt eius pabulum,deficiente,abſumitur.Humida igitur applicari debent,etiam debent eſſe calida: Seruandus eſt tamen ille ordo in iſta cura qui ſeruabatur in cura hecticæ febrilis, excepto ꝙ loco frigidorum uti debemus calidis . Aer ergo debet maxime eſſe humidus,uergens uerſus calidũ,applicandæ quoq. ſunt exterius medicinæ quæ debẽt eſſe humidæ , & mediocriter calidæ,ut eſſet oleũ deben,uel ſeſaminum dicit Gale.& debent applicari ſub actuali caliditate.Balnea multum conueniunt,ſed calida tantum,ſeptimo,de ing.ſexto.Medicinas per interius maxime ſoluentes debemus euitare,quantum poſſumus.Poſſumus tamen uti maxime ſi non ſit beneficium uentris,propter nimiã ſiccitatem,clyſteri,cum rebus calidis & humidis,ut cum cicere contrito cum melle,chamemelo,& ficubus faciendo decoctionem in debita quantitate aquæ addendo unc. 2. olei ſeſamini , uel de ben,& ſic conficiendo clyſterem, cibi debent eſſe humidi uerſus calidum uergentes, uinum etiam eſt exhibendum. Sed quoniam habito modo procedendum in hectica febre,habetur etiã modus curandi ſenium,non enim differunt niſi quia in ſenio non eſt caliditas febrilis, ideo hæc pro iſta cura ſufficiant.

De Cura febris Peſtilentialis.

MOrborum,vt dicit Hip.in libro de natura humana,quidam ſunt ſparſi,quidam communes, communium autẽ ut dicit Gal.primo epid.commento,primo, & primo reg. acut. nono,quidam ſunt epidemii ideſt publici, quidam endemii ideſt vulgaritergraſſantes,& horum,qui maxime exitioſi ſunt, peſtilentiales dicuntur,ut dicit,Gal.tertio epid. Ideo eorum Criſes,ut plurimum terminantur male,ſecundo Aph. xiii. eſt ergo febris peſtilentialis morbus communis populariter uagans , & exitioſus:fit autem,ut plurimum ex aere plurimum calido,ſi ei

ma-

maxime ſit admixta putredo, uel malitia, aliqñ ẽt ex humore intus acquiſita uenenoſitate putreſcẽte, primo de diff. febr. 4. Proprie tamen hæc febris peſtilentialis, peſtis debet dici tertio, de præſagio ex pulſ. cap. de pulſibus in frigidis intemperaturis. Cauſa tamen maxime cõmunis eſt aer, quam adduxit Hip. in libro de natura humana, poteſt tamen fieri ex aquis putrefactis, & uaporibus eleuatis a rebus putridis, & fœtentibus, primo epid. commen. primo. Sed quoniam, ut plurimum lædunt quando inſpirant aerem, ideo Hyp. cauſam omnium communiſſimam expreſſit, ut ibi excuſat Hyppocratem Gal. Poſſunt quoque eſſe in cauſa cibi mali ſemiputridi, ut legumina &c. Quoniam a pluribus comeſta habent rationem naturæ communis, ſic accidiſſe refert Gal. in lib. de euchymia, & cacochymia, & in commento ſecundo de natura humana. Sunt autem iſtæ febres uel putridæ, uel hæcticæ. Secundum quod uel infeſti ſunt humores, uel ſubſtantia cordis, tertio de præſag. ex pulſ. cap. de pulſ. frigidæ intemperature putridæ poſſunt aduenire etiam, quod corruptus non eſſet aer, & febres peſtilentiales proprie dicuntur: Hecticæ autem proprie fiunt ex inſectione aeris, & maxime pernitioſæ, & cõtagioſæ, & proprie peſtes dicuntur. Aduenit autem præcipue corporibus plenis, ſuperfluitatum, maxime ſi ſit obſtructio, uel plethoria, in uita ocioſa degentib., crapulis, uentrique immoderate indulgentibus, maxime ſi corpora fuerint calida, & humida, primo de diff. febr. quarto, febriũ peſtilentialium, ut dixi quædam ſunt hæcticæ, quædam putridæ, & putridarum quædam a ſanguinæ, quædam ab alio humore, qui humores aliquando in una parte, aliquando in alia putreſcunt, aliquando ad unam partem, aliquando ad aliam: aliquando ad nullam expelluntur: Hinc tot diuerſa apparent in eis ſigna & ſymptomata, quot enumerat Hyp. tertio, epid. & Galen. in lib. de euchymia, & cacochymia, & tertio, de præſ. ex pulſ. incipiendo ergo a putrida quia ſæpius euenit: tales febres ſunt ardentes, tertio, epid. & in lib. de euchymia aliquando magis acutæ aliquando minus, & ideo, aliquando calorem, & ſitim habẽt intenſiorem, aliquando remiſſiorem, pariter materia quæ putreſcit, aliquando eſt magis incluſa in partibus interioribus: aliquã do eſt per totum corpus diſperſa, aliquando magis acuta, & calida, aliquando cruda, & excrementoſa, ideo aliquando adſunt deliria,

liria,aliquando ſonnolentia,pariter aliquando,nullo modo expellitur, aliquando ad loca debiliora truditur: Hinc aliquando moriuntur antequam appareat aliquid in partibus corporis,aliquando ſequuntur phrenetis,ſomnolentiæ immobilitates,ſpaſmi inquietudines,horrores lippitudines, uitium uocis, puſtulæ in ore,tuſſes,phthiſes,deiectiones appetitus, dolores ſtomachi, ſyncopis,tenaſmones,lienterię, dyſenteriæ,alui perturbationes, ulcera ueſicæ,difficultates urinæ,aquæ inter cutem,puſtulæ diuerſorum colorum , per totam cutim ulcerationes diuerſimodæ,ſcabies,phagædenæ, carbunculi modo in pudendis modo, in aliis partibus,ſecundum quod materia, ad caput, ad neruos, ad oculos,ad os,ad pulmonem,ad ſtomachum,ad inteſtina, ad ueſicam,ad hypochundria,ad cutim per uniuerſum corpus , ad partem exteriorem determinatam demandatur, & ſic aliquando horum unum,aliquando plura,apparent , ſecundum quòd materia ad unam partem uel ad plures truditur , uerum hæc omnia,quoniam etiam cum aliis febribus non peſtiferis,aliquãdo apparent,ideo poſſumus diſcernere per ea ab aliis , niſi habeant occultam malitiam,ultra peccantem humorem, ſecundũ ſuam naturam quæ naſcitur ex uenenoſitate eius adiuncta,propter quam ut plurimum ægri moriuntur.Vnde dicit Hipp.tertio epid.quòd tales ægritudines,uel non iudicant,uel ægre.Criſes enim in peſtilentibus ſunt malæ ut plurimum,ſecundo,Aph.13.& ideo ut plurimum peſte laborantes moriuntur , urinam habent,qui hac febre laborãt ut plurimum turbidam, multam,malam,crudam,nihil diſcernentem,acrem,& graueolentẽ, egeſtiones crudas,multas,tenues,& fœtentes.pulſus, ut plurimum dicit Auic.frequentes,& parui,in nocte magis vehementes,quando ergo plura horum ſignorum apparuerint, & cũ occulta malitia communiter inuadunt, febrem peſtilentialem putridam eſt dicere,ſi autem ſit hectica peſtilentialis,dicit Gal.3. de præſ.ex pul.cap.de pulſ.intemperiei frigidæ, febres habent remiſsionem,aliquando ab ægro non perceptibilem,vrinam in colore, & ſedimentum ſimile ſanis , pulſus quoque propter aliqua frigida contra caliditatem cordis cooperantia,ſimiles moderatis, tertio , de præſ. ex pulſ. cap. de pulſu. quando arteriæ frigidæ, & cor calidum , & tunc cognoſci debent ex fœtore anhelitus , ſi etiam admouetur manus pectori , cognoſci-

tur febrilis caliditas,ſed hæc ſigna non faciũt pro medico, quoniam hæc febris eſt contagioſa primo,de diſt.feb.ſecundo,ꝙ ſi urina appareat,conturbata aquoſa & tenuis, certiſſimum eſt ſignum hecticæ peſtilentialis: poſt balneum cibum reſpuunt qui hac ægritudine laborant, ſitiunt præter modum & frigidã poſtulant,eorum oculi inter lauandum ſunt calidi, & flammei. Quum ergo dicit ibi Gal.talia ſigna apparuerint,certe dictum eſt,quòd adeſt peſtis,& per ea vt ibi patet,intelligitur de hectica peſtilentiali,quæ proprie eſt peſtis, non enim fit ex putredine humorum,ſed ex aere inſpirato venenoſo, ſubſtãtiam cordis corrumpente,tertio de præſ.ex pulſ.cap. quando cor eſt calidum,& arteriæ frigidæ:hæc ſunt ſigna,ex diuerſis locis Hipp. & Gal. collecta,quibus febres peſtilentiales cognoſcere poſſumus. Veniendum modo eſt ad curam,Gal.decimo de ing. ultimo,promittit ponere harum febrium curam,id tamen ſaltem non expreſſe exigit,niſi dicamus quòd cura in iſtis febribus nihil plus ſit,quàm uenenoſitas ultra ea quæ de aliis febribus dixit,& ponendo curam aliarum febrium, & oſtendendo quæ venenoſitati reſiſtunt,earum etiam curam poſuerit,Hanc igitur præcipue ex dictis Hippocratis,& Galen. colligendo ab intentione curatiua exordiar, in febre peſtilentiali ſunt omnia quæ ſunt in aliis febribus,ſed ultra eſt etiam uenenoſitas,ideo intẽtio ſumitur a febre,& a uenenoſitate, a febre autem putrida, de ea enim præcipue loquar in curando. Nam de hectica parũ eſt dicendum,quoniam incurabilis eſt. Nam ut inquit Galen. tertio de præſ.ex pulſ.cap.quando arteriæ ſunt frigidæ, & cor calidum, quando ſubſtantia cordis eſt a putredine occupata, quis medicinam,ad eam putredinem tolerandam excogitabit? quod non eſt dicendum de putrida,ut ipſe aſſerit. Quum igitur putrida ſanationem admittat,ideo ad eius curam ſic me accingam. In hac febre ut dixi ſumitur indicatio ab ipſa, & a uenenoſitate,in febri putrida duo ſunt, a quibus ſumitur indicatio,putredo ſcilicet,& febris,ſicut ſupra de mente Galen. decimo de ing.x.dictum eſt,eſt quoque uirtus,a qua maxime ſumitur indicatio in iſta febre. Quatuor ergo ſunt,quæ principaliter indicant:febris ſcilicet,putredo,uirtus,& uenenoſitas,febris indicat de frigidis,& humidis,putredo præbet duplicem indicationem, ut ſcilicet quod putrefactum eſt,remoueatur,&quod

eſt futurum, fieri prohibeatur, hæc ut plurimum fiunt cum aperientibus & incidentibus: quæ calida ſunt, maxime indicát de frigidis, uenenoſitas indicat de prohibentibus eam, & talia ſunt ſtyptica, acetoſa, & ut plurimum frigida & ſicca, ideo de frigidis, & ſiccis indicat. uirtus autem de ſui conſeruatione indicat, ideo ratione uirtutum, debemus dare cibos & cætera uirtutem conſeruantia, quæ ſint ſimilia ætati, regioni, & complexioni. Quum igitur iſta fere omnia contraria ſint & de ſe ægritudo ſit pernitioſa, ideo raro curari poteſt. Videndum tamen eſt quod magis urget, & ei eſt attendendum altero non neglecto: ſicut ex regulis Galen. ſupra in aliis dictum eſt, ut tamẽ per ordinem procedamus primo de illis dicam quæ conueniunt, indicatione ſumpta a putredine, aliis non neglectis. Materia illa quæ iam putrida eſt de ſui deductione indicat, ſed prius de inciſione, attenuatione, & apertione. Primo igitur quoniam ut plurimum ſunt multæ materiæ corruptæ in inteſtinis, optimum eſt præmittere clyſterem, poſtmodum ratione ſumpta a materia ſimpliciter, quæ febrem putridam facit eſſet intentio de phlobotomia. Verum quoniam in libro de euchymia dicit Galen. quòd merito medici ſui temporis in ea peſte phlobotomiam propter uirium reſolutionem abhorrebant: ideo uidetur, quòd in febre peſtilentiali propter defectum uirtutis phlobotomia non conueniat. Crederem tamen quod in totum nõ eſſet abhorrenda, ſi maxime ſanguis peccaret, uirtus conſtaret, & ætas maxime pateretur: licet non multum copioſa, tamen cõueniret, quòd ſi principaliter non peccat ſanguis, tunc uirtus non conſtat, eo caſu abſtinere debemus, nec eſt mirum ſi in ea peſte, quam ponit Gal. in lib. de euchymia non erat fienda, quoniam conſonum eſt, quòd propter illos malos cibos, quibus homines propter penuriam utebantur: illi laborantes, non ſanguine, ſed malis humoribus eſſent repleti, quod egrediens ſanguis oſtendebat. Ideo uirtus, ut plurimum non conſtabat, facta igitur phlobotomia, ſi eſt fienda, ſeruatis omnibus conditionibus, quæ in cura tertianæ puræ, & cauſonidis, dicta ſunt, uel ẽt ſi fieri non poſſit, ad medicamenta ſoluentia non eſt ſubito deueniendum, materia enim indigeſta etiam quòd eſſet uenenoſa, modo non ſit furioſa, non eſt educenda, quum de ea nihil dixerint. Hipp. & Gal. Primo enim quum pharmaca omnia ſoluen

tia,quæ fortia ſunt, uenenoſitate participent, morbi malitam augent: &quum digeſtio non ſit facta,nec humores diſſecti, nec uiæ apertæ,conſonum eſt quòd nihil educetur, uel cum maximo labore,& uirtutis proſtratione, &tam de bono, quam de malo educetur.Huc accedit, quod quum cauſa principalis, ut plurimum ſit aer, quo lædimur,ideo cauſam non auferimus, experimento quoque patet,quoniam dicit Hyp.tertio,epid. quod multos offendebat & ſubito moriebantur, quod ſi dubitemus, ne æger moriatur,melius eſt ipſum ſinere mori,ex vi,&malitia morbi quam medicum, & medicinam deturpare, medicamento ſolutiuo mortem accelerante. Poterimus tamen uti medicamento ex aloe,myrrha, & croco, uel loco croci ponere ammoniacum, ſicuti ponit Paulus. Hoc enim medicamentum non eſt uenenoſum nec multum agitat.Regiones nanq. hepatis non tranſcendit & cum hoc exiccat,& uenenoſitati reſiſtit, aliquas materias peccantes educit, his peractis, ſi eſt poſſibile,intentio ſumpta a putredine iã facta indicat de eius eductione,ſed prius de inciſione,& apertione,poterimus ergo tunc uidere quid magis urget,an putredo,an uenenoſitas,ſi putredo,debemus uti aperitiuis,ſi uenenoſitas,ſtypticis,&acetoſis. Verum quoniam cõdenſant,& conſtringunt, & ſic prohibent intentionem ſumptã a putredine,ideo uidendum,an materia magis peccat quantitate,uel uenenoſitate: & ſemper urgentiori magis eſt attendendum,altero non neglecto,ſed de iſtis diffuſius(loquendo de rebus non naturalibus)infra dicemus.A uirtute quia ut plurimũ in iſtis febribus obruitur uirtus maxima ab ea ſumitur indicatio,& indicat de ſimilibus ætati,complexioni,& regioni, prohibendo quæ eam deſtruunt, & dando quæ roborant. Sed quoniam quæ conueniunt magis apparent percurrendo per ſex res non naturales, ad eas eſt deueniendum. Aer eſt maxime conſiderandus in febribus,nono de ing. 14.ſed maxime in iſtis, quia eſt earum potiſſima cauſa,ut ex Hypp.de humana natura, & Galen. primo epid. commento primo clare liquet, ſi ergo peſtis ſit ex infectione aeris, uidendumeſt an ſit infectio ab influxu cœleſti, ſicut uolunt medici, uel ab alia cauſa inferiori, ut ex putredine cadauerum, uel ex uaporibus eleuatis ex aliqua alia re putrida, ſi ſit a cauſa ſuperiori indifferenter fere omnes morbo corripiuntur, ſicuti in

lib.

libr. de natura humana refert Hypp. unde credo quòd multum ſit difficile ei reſiſtere, ſi uero ſit a cauſa inferiori, tum eſt facilius, primo remouendo cauſam infectionis, ſi eſt poſſibile, deinde corrigendo infectum: Corrigendo autem, uel intendimus præſeruare, uel iam laborantem curare, ſi uolumus præſeruare in tali correctione, ut dicit Galen. in de Ther. ad piſ. debemus ſeruare quod dicit. Hipp. mutare ſcilicet aerem quia præſentem euitare non poſſumus, quod ſi id fieri non poſſit, debemus præſentem corrigere, incendendo magnos ignes cum lignis & unguentis odoratis, accipiendo quæ calida ſunt, & ſicca, ut ignem faciendo, ex iunipero, cupreſſo, & lauro: ponendo poſt in ignem thus, ambram, moſchum coſtum, & ſimilia quæ enumerat hic Auic. Si uero ſit actu æger, debemus alterare cũ frigidis, & odoriferis, ut cum camphora, ſandalis, roſis, corticibus granatorum: Myrtho, Cydonijs, & ſimilibus, ſemper curando ut aer inalteratus non occurrat, ſiue in præſeruatione, ſiue in cura, quod ſi ſit febris tantum ex infectione humorum, alterato aere, uel præſeruañdo, uel curando, debemus curare ut pori ſtẽt aperti, ut calor naturalis euentetur, & a putredinali non corripiatur, primo de diff. febr. quarto, de cibo & potu Hypp. tertio, epid. dicit, quòd omnes fere, in quos eo tempore incidit, faſtidiebant cibum, unde Gal. in commento refert, quòd ſuo tempore hoc etiam euenit, & ſubiungit quòd fortiſsimi uiri, qui ſibi uim intulerunt, & cibum ſumpſerunt, omnes fere ſuper ſtites fuerunt: reliqui mortui ſunt: Curandum eſt igitur omni ingenio in hac febre in qua uirtus proſternitur, ut cibum ægri ſumant, non tamen in maxima quantitate, ſed quãtum conſeruari põt uirtus, & quoniam principalis fere intentio eſt reſiſtere uenenoſitati. Ideo debemus ſemper admiſcere aliqua acetoſa, ut acetum, ſuccum citri, agreſtam &c. in potu uinum non conuenit rõne febris, ſi tamen maxime neceſsitas roborandæ uirtutis urgeat, forſan uirtuti attendendo non eſſet malum, dare parum uini pauciferi, & ſiti urgente, poterimus facere aquam coctam cum rebus confortantibus, & uenenoſitati reſiſtentibus. In cæteris procedendum, ut dixi in cura cauſonidis. Vigiliæ, & ſomnus moderate conueniunt & quoniam ſæpe cum iſtis febribus iunguntur continuæ uigiliæ, debemus applicare ſomnifera, ut tẽpore debito dormiant, uon tamen debemus declinare multum ad

aliquod horum, vigiliæ enim virtutem debilitant, ſomnus humiditatem (quæ nocet in iſto caſu, generat. Motus ſi aer ſit infectus, animo eſt fugiendus, quia in eo fit maior inſpiratio, quòd ſi aer non ſit infectus, debemus curare ut in declinatione, tempore debito, ſi ſit poſſibile, moueatur: vt calor naturalis excitetur: Quantum ad inanitionem eſt procedendum, ſicuti in alijs putridis, curare ſcilicet vt omnes ſuperfluitates excernantur. Accidentia animi omnia immoderata fugienda ſunt, quia virtutes proſternunt ſi tamen aliqua ſint cum lætitia, ſint & moderata, hæc de ſex rebus non naturalibus, quæ omnia hic in medico explicuimus, vt quæ ſunt illa, quæ indicatione ſumpta a virtute conueniunt, enarremus. Reſtat modo pro complemento curæ, vt ad ea quæ ſunt exigenda ratione febris, & venenoſitatis deueniamus, febris iſta aliquando non eſt multum intenſa, tertio, epid. aliquando ſic, in lib. de enchymia ſi ſit non multum intenſa parum indicat: ſi multum: tunc poterimus applicare epithemata frigida cordi: aduertendum tamen ſi natura tunc expellit, ad partes cutaneas, eo caſu talia frigida non eſſent applicanda, non laudant Paulus, & Auic. potum aquæ frigidæ, & alia frigida, quæ in ſermone ſex rerum, non naturalium diximus. Veniendum eſt modo ad venenoſitatem. Venenoſitas quum ſit præternâlis indicat, ut quod eſt venenoſum educatur, & quod eſt futurum, fieri prohibeatur, quod eſt factum, educitur cum educentibus humores putridos, quod eſt futurum, cum reſiſtentibus venenoſitati. Gal. 9. de ſimp. c. de terra ſigil. in fine dicit, quòd in ea peſte, quæ ſuis euenit temporibus ſimilis ei de qua Thucid. loquutus eſt, permulti ſanati ſunt ex aſſumptione boli armeni. Debemus dicit Gale. ſi non adſit febris, vel pauca dare cum vino albo tenui modice diluto: quod ſi adſit febris intēſa, cum magis aquoſo, poterimus ſic ſecure dare unc. 4. aquæ roſatæ unc. 2. uini albi unc. j. boli armeni: medicamentum illud ex myrrha, aloe, croco uel armoniaco ualet: & quia humores putridos educit, & quia exiccando, uenenoſitati reſiſtit. Gal. in libr. de Theriaca ad Pis. dicit theriacam calorem naturalem roborare, & uenenoſitati reſiſtere, unde in caſu iſto, ſi eam bonam haberemus maxime conueniret, & Mithridatū. Laudatur betonica: cichorea, termentilla, & ſic intentione ſumpta a uenenoſitate, poſſumus uti rebus ſiccis, ſtipticis, & acetoſis, & ſic rōne diuer-

ſarum

ſarum intentionum diuerſas poterimus admiſcere medicinas, ut in proceſſu ægritudinis, quoniam eſt intentio incidendi aperiendi, rõne putredinis, reſiſtendi uenenoſitati, ratione venenoſitatis. Poterimus vti ſyrupis accipiendo, ſyrupos, & aquas incidentes, & aperientes, & uenenoſitati reſiſtentes ut addendo ſyrupos iã dictos in alijs febribus qui incidunt, & aperiunt ſed moderate, ut ſyrupum de ſucco acetoſæ, de ſucco bugloſſæ, uel de acetoſitate citri, pro aquis, ſumendo aquam bugloſſæ, boraginis, cichoreæ, ſi uolumus uti decoctionibus cum herbis, & radicibus incidentibus, & apperientibus ponemus bolum armenum, terrã ſigillatam, cortices citri, & eorum ſemina, acetum, boraginem bugloſſam, cichoream, & ſimilia, ſic procedendo ſi natura uincit morbum, & tentat, aliquam expulſionem tẽpore debito, quam tñ non poſſit in totum perficere in declinatione ſi uirtus conſtabit, peterimus dare aliquod pharmacum fortius educens mãm peccantem, poſt cum confortantibus, cum reſiſtentibus uenenoſitati erit procedendum uſq. ad perfectam ſecuritatem, & ſanitatem aquiſitam, poſt cum debitis exercitijs niſi infectus ſit aer tenendo poros apertos, & euacuando ut calor nãlis euentetur, prohibemus ne alia putredo, & uenenoſitas generetur. Reſtat modo ut de accidentium correctione dicamus. Iſtam febrẽ, ut dixi ſequuntur phrenitis, dyſentiricæ: Carbunculi &c. quæ dicta ſunt, loquendo de ſignis. Sed horum cura eſt in proprijs curis explicanda: tantum eſt aduertendum quòd quando ſequuntur febrem peſtilentialem, ſunt cum maiori malitia, & ut plurimum deducunt ad mortem, & quod dicitur de iſtis ẽt eſt dictum de uariolis, & morbillis, quæ ſunt expulſiones febris ſanguineæ. Ideo ſicuti aliorum ſymptomatum, non ponitur particularis cura ideo Gal. loquendo de febribus de earum cura loquens, nõ meminit. Quare, & nos, qui omnia hæc fere a Gal. extrahimus febris tantum curam explicantes, uariolarum, & morbillorum curam pertranſibimus.

De cura Febrium compoſitarum.

FEbrium. Quædam ſimplices, quædam compoſitæ ſunt, ſecundo de Criſi. nono, ſimplices ſunt, quando unius tantũ ſigna apparent. Compoſitæ uero quando plurima ſigna appa-

rent, uel æqualiter uel alterius eorum ſignis præterualentibus, 2. de Criſi. xij. Duobus aũt modis componuntur febres, uel cõplicatæ, uel confuſe ſecundo, de Criſi. 7. complicatæ, quando diuerſa hora inuadunt, confuſe, quando eadem hora ſecundo, de diff. febr. ſeptimo. Componuntur autem uel quæ ſine inflammatione ſunt, cum illis, quæ ab alicuius membri inflammatione procedunt, & inter eas, quæ ab inflammatione ſunt ſimul cum his quæ ſunt a diuerſitate loci apoſtematis, & de earum compoſitione habetur ſecundo de Criſi. decimo ſed de febribus apoſtematum non eſt præſens ſermo. Quæ autem ſunt ſine inflammatione, complicantur ſimul quæ ſunt eiuſdem generis, uel diuerſæ, uel eiuſdem ſpetiei ſecundo, de Criſi. ſeptimo, & aliquando plures ſimul complicantur tres tertianæ, ſecundo, de Criſi. 9. tres quartanæ ſecundo; de Criſi ſeptimo, & ſunt eiuſdem ſpetiei. Complicatur ſimul tertiana cum quotidiana ſecundo, de Criſi. ſeptimo, & ſunt eiuſdem generis, diuerſæ vero ſpeciei: & quando horum quædam ſunt interpoſitæ, quædam continuæ ſecundo, de diff. febr. vltimo complicantur continuæ cum interpoſitis, vt tertiana continua cum tertiana interpollata, quæ ſunt eiuſdem ſpeciei, & tertiana interpollata, cum quotidiana continua, quæ ſuut diuerſæ ſpeciei, ſecundo, de Criſi. nono. Item interpollatum ſimul diuerſarum ſpecierum, vel eiuſdem ſpeciei, ut tertiana interpollata, cum quotidiana interpollata ſecundo, de diff. febr. ſeptimo, vel tertiana interpollata, cum quotidiana continua ſecundo, de Criſi. nono, vel duæ continuæ ſimul, ut tertiana continua, cum quotidiana ſecundo, de diff. febr. 8. & ſecundo, de Criſi. nono, & quando dicitur quòd continuæ ſimul copulantur, intelligendum eſt non de vniformibus, quarũ putredo eſt in toto, vel in uaſis magnis, ideo dicitur, quòd duæ complicari non poſſunt, copulantur quoque diuerſi generis, ut putrida cum hæctica primo de diff. febr. decimo, & iſtæ ſunt diuerſi generis proximi: febres iſtas compoſitas difficilius eſt cognoſcere, quam ſimplices, maxime in prima die ſecundo, de Criſi. nono oportet ergo primo cognoſcere naturam ſimplicium, ſecundo, de Criſi. ſeptimo, & poſt exercitatus medicus aliquando in prima die, ſed ſi nõ in prima, ſaltem in ſecunda, uel tertia vel ad plus in quarta cognoſcet naturam compoſitarum: ſecundo de Criſi. nono: ipſas autem, vel oportet iudicare ex modo periodi-

riodicandi,ſecundo,de diff.febr. ſeptimo, ſine ex modo inuadendi ſecundo, de Criſi.nono. Quoniam igitur erunt duæ diuerſæ febres,uel plures diſtinctæ ſimul,ſi in diuerſis horis inuadunt confuſe in ea hora apparebunt ſigna principii earum febrium,&ſic de aliis temporibus. Qui ergo habet exacte ſigna febrium ſimplicium,ſi ei occurant aliquae compoſitae,non cũ difficultate eas cognoſcet ſecundo,de Criſi.nono. ſicuti autem ſigna febrium compoſitarum ſimul complicantur: ita etiam intentiones curatiuae,&ſi ſicuti ſi una praeualuerit,eius ſigna magis apparent,alterius ſignis non omnino occultis, ſi autem æqualiter miſcentur,aequaliter ambarum ſigna apparent, aliquãdo autem ſortiores,& intenſiores ſecundo de diff.febr. octauo, ita in cura,ſi una praeualet,magis ei attendere debemus, altera non neglecta. Si uero aequales ſint, aequaliter utriuſque, cura habenda eſt. Poterimus ergo cognita natura febrium compoſitarum ex ſignis ſimplicium,quae omnia adducta fuerunt in propriis curis,curare eas per intentiones dictas in curis ſimpliciũ, & uti remediis complicatis.primo Aph.16. Ad ea ergo quæ dicta ſunt de curis ſimplicium,eſt recurrendum, uerum ut compoſitarum cura magis pateat,adducemus curam hemitritæi, ſicuti omnes faciunt doctores, quia magis eſt cum periculo, & ſæpius euenit.

De Cura Hemitritæi.

FEbres Tertianæ, cum quotidiana quatuor modis complicantur ſecundo de diff.febr.ſeptimo,ſecundo de Criſi.9.Nã uel ambæ ſunt continuæ, uel ambæ interpollatae, uel tertiana continua cum quotidiana interpollata, uel tertiana interpollata cum quotidiana continua.Quando autem ſimul iungitur tertiana interpollata cum quotidiana continua, tunc ſecundum Gal. fit hemitrithaeus,non quia ſit media tertiana,ſed quia pro medietate eſt tertiana,ſicut dicitur ſemideus,qui pro medietate eſt Deus,ſecũdo de diff.febr.ſeptimo,uel dicitur hemitrithæus, primo epid.commento tertio,quia non omnia habet accidentia tertianae, non enim ad perfectam terminatur infebricitationem,non incipit cum rigore,non terminatur cum excretione, nec diem ſecundum habet integrum, fit autem duobus modis, uel incipientibus febribus ſimplicibus in diuerſis ho-

ris vna anticipante alteram, non ſic ꝙ vtraque in vno paroxyſmo, ſimul inuadunt, ſicuti eſt in exemplo illius iuuenis, de quo Gal. ſecundo de diff. feb. ſeptimo, uel fit ambobus febribus ſemper ſimul inuadentibus, & in acceſſione ſemper apparent ſigna utriuſque febris. Iccirco quoniam prope hemitrithæus fit quando ſimul inuadat ambæ febres, & in primo tantum ſit una acceſsio, in qua ſimul inuadunt, in ſecundo, plures, ideo in ſecundo modo proprie dicitur hemitrithæus, ſecundo de differ. feb. ſeptimo, poſſunt autem iſtæ febres ſic ſimul complicari, ꝙ cholera ſuperabundet, & tunc magis apparent ſigna choleræ, uel pituita, & tunc magis pituitæ, uel æqualiter miſcentur, & tunc æqualiter ambarum ſigna conſpicimus, & ſemper dicitur hemitrithæus: proprie, tamen eſt hemitrithæus, quando æqualis eſt mixtio, ſecundo, de diff. feb. octauo, eſt ergo hemitrithæus proprie, febris compoſita ex tertiana interpoſita, & quotidiana continua, quando eodem tempore inuadit tertiana ſignis, quo, & quotidiana, non magis apparentibus vnius, eo paroxyſmo, q̃ alterius, & eſt illa febris de qua Hipp. primo epid. ſectione prima, & ſecunda loquitur, quando dicit: inuadebant febres continuæ quæ magis uno die affligebant: aduenit autem dicit Auic. corpori, quod uſum fuerit diæta generante pituitam, uel contra, eius ſigna ſunt dicit Gal. ſecundo de diff. feb. octauo, quæ ponit primo epid. ſectione prima, & ſecunda, & ſunt quòd eſt febris horrifica, ideſt quæ non habet horrores, tantum in principio, ſed durantes per maiorem partem acceſsionis, dicit Gal. primo de diff. feb. octauo, & per maiorem partem augmenti, dicit Gal. primo epid. ſectione ſecunda, eſtq; non intermittens, una die grauior, alia leuior, in dies acutior inuadens, dicit Hippoc. primo, epid. ſectione prima, tales febres ſunt uiolentiſsimæ longiſsimæ, & laborioſiſsimæ, leues a principio, & increſcentes, & quanto diebus decretoriis accedentes, tanto deteriores, aliquando remittunt, & poſt peiores redduntur, dicit Hipp. primo epid. ſectione ſecunda, Rigores habent inordinatos, ſecundum quòd cholera inualeſcit, etiam uidetur tendere ad ſummũ poſt vincente pituita extrema refrigerantur, horrores ueniunt ſummiſsiores: & cutis refrigeratur, ſicut uideatur noua acceſſio. Iterum uincente cholera calor augetur, & caloris accidentia, uincente autem pituita, eius ſigna quoque uincunt, & ſic i-

ſta inæqualitas uſque ad ſtatum durat, ſtatus aduen t citius quàm in pura quotidiana, tardius quam in pura tertiana, ſecun do de diff. feb. octauo, & ſic tandem ſimul commixta apparent ſigna pituitæ, & choleræ, eſt præterea lethalis iſta febris, adueniens his qui longis morbis laborant, dicit Hipp. primo epid. ſe ctione tertia. Veniendum eſt modo ad curam, Gal. primo Aph. 16. dicebat, ſimplices ægritudines, ſimplicibus ægere curationi bus quòd ſi compoſitæ ſunt, tantum curatiuæ ſunt miſcendæ indicationes, quantum commixtæ ſunt ægritudines, quòd ſi æqualiter mixtæ ſunt ægritudines, æqualibus utendum eſt remediis, & utranque ægritudinem reſpicientibus, quòd ſi una ſuperat, ei eſt attendendum, altera non neglecta. febris igitur iſta eſt compoſita ex duabus, ex phlegmatica ſcilicet, & cholerica. In cu ra igitur debemus miſcere intentiones, quòd ſi æquales ſint, æqualiter utendum eſt dictis in cura quotidianæ, & tertianę, ſi pi tuita, magis, his quæ dicta ſunt in cura quotidianæ, altera non neglecta. Ideo ut ex Paulo colligitur, fere eſſet ſuperfluum om nia medicamenta, quæ ibi fuere adducta, recenſere, maxime ꝙ iſta ægritudo fere eodem modo curatur, quo & tertiana notha. Ideo, & ego remedia non repetens, tamen per uniuerſalia percurrens, ordinem medicinarum recenſebo. Primo igitur ſi, quã do incipit febris, ſint fæces retentæ in inteſtinis, ordinabimus clyſterem, & ſi ſunt aliquæ cruditates in ſtomacho, lenitiuum in ſequenti mane: in ſero poſtea, ſi uirtus ſit fortis, & ætas patiatur curabimus, ut mittatur ſanguis in pauca quantitate, propter nimiam abundantiam aliorum humorum, qui rationabiliter in laborante tali ægritudine reperiuntur, poſt ſi natura tentet uo mitum, poterimus uti leuibus uomitiuis, & forſan exhibendo uomitiuum, non erit neceſſarium lenitiuum, forſan oportebit utroque uti, poſt erit accedendum ad digeſtiua, prouocantia urinam, & ſudorem & apertis uiis, refectis humoribus, apparentibus ſignis completæ digeſtionis, ſi natura ipſa non euacuat, uel imperfecte, dabimus pharmacum, quod educat choleram, & phlegma. Demum rectificando membra principalia, ſi aliqua ſint læſa, corrigendo accidentia, ſi aliqua adſint notabilia, ordinabimus regimen in ſex rebus non naturalibus, ſicuti ordinauimus in cura tertianæ nothæ, ſemper tamen habebimus maiorem curam de hemitrithæo quàm de aliis, quum ſit lethalis,

lis, nec ſine periculo . Materiam medicinarum & ciborum, habes in cura tertianae purae : in cura tertianae nothae & in cura quotidianae , quae omnia miſcebis ſecundum magis & minus , ut dominium peccantis humoris exigit, & haec pro cura hemitrithæi, & omnium febrium ſufficiant.

FINIS.

INDEX

Eorum omnium quæ obſeruatu digniora in toto hoc opere de Febribus continentur,

A.

ACtiones læſæ à febre quæ ſint an omnes an aliquæ quæſtio. pagina. 7.

Acetum in febre quartana vitandum eſſe. 198.

Acronis Agrigentini remedium contra aeris uitium. 221.

Aer quomodo ſit cauſa febris. 6

Aerem attendendum eſſe in febribus. 16.

Aer maximè accommodatur ad refrigerandum, & humectandum febricitantes. 18.

Aer putris quomodo humores putrefaciat in corpore humano. 66.

Aer in febre putrida curanda qualis debeat eſſe. 120.

Aer eſt cauſa communis febris peſtilentis. 212.

Aer duplici nomine poteſt humores noſtros putrefacere. ibidem.

Aer calidior quo pacto poſſit ꝑ ſe humores in nobis corrumpere quæſtio. 212.

Aeris vitium quomodo ſit corrigendum. 221.

Aer quot modis alterari poſſit. 293. & 315.

Aer qua ratione tanta polleat vt in communibus morbis procreandis. 304.

Aer quot modis morbidus, & popularium morborum cauſa efficiatur. 305.

Aer vt peſtilens fiat qua ratione à cauſis id efficientibus diſponatur. 309.

Aer ex ſententia Ariſt. non putreſcit vera putredine. 310.

Aeris inquinamentum an in occulta proprietate, & venenoſo contagio ex occulto, & maligno ſyderum aſpectu prodeunte conſiſtat quæſtio. ib.

Aeris inquinamentũ hoc an ex quali

qualitatibus manifeſtis proue niat. ibid.
Alexandri Aphrodiſei ſententia de febrium generibus. 25.
Alexander Trallianus quādo dat aquam calidam febricitantibus. 131.
Alexipharmaca quando & quomodo adminiſtrari debeant. 359. an ſola, an ſimplicia, an miſta cum alijs. ib.
Alexipharmaca non eſſe indiſtinctè adminiſtranda, ſed maximo iuditio. ib.
Alexipharmaca cuius conditionis eſſe debeant ibidem; cibis eſſe admiſcenda non potionibus. ibid.
Alexipharmacorum genus duplex eſſe 360. & alexipharmacorum primi generis Catalogus. ibid.
Alexipharmaca ſecundi generis quæ ſint. 361.
Alui adſtrictioni quomodo ſit ſubueniendum in febre. 148.
Alui fluor qua ratione in febre tolli debet. 149.
Animi defectus quomodo tolli poſſit. 151.
Andreæ Matthioli anthidoti contra venena compoſitio. 224.
Analogiſmus quid ſit. 358.
Aqua copioſè exhibita maxime conuenit febricitantibus. 19.
Aqua hordei ſitim extinguit. 19.
Aqua vbi largè ſumitur vim habet medicamenti, & quibus febricitantibus conueniat. 21.
Aqua parum uires reficit. 128.
Aqua frigida potui data efficaciſſimè refrigerat, & humectat. 131.
Aqua frigida habet rationē magni auxilij. ib.
Aqua frigida vt tuto & cum vtilitate detur plures requirit cōditiones in febricitante, & quæ ſint quæ obſtant. ibidem & 411.
Aquæ frigidæ potionem liberaliter eſſe dandam. 132.
Aqua frigida tantum conuenit apparente coctione. 132.
Aquæ frigidæ potionem in febre peſtilenti curanda conuenire. 225.
Aquæ tepidæ larga potio conuenit in febribus peſtiferis quādo non licet frigidam propinate. ib.
Aquæ deſcriptio quæ aduerſus peſtem ualet. 227.
Aqua frigida in febre hæctica quando bibenda. 262.
Aquæ ſtillatitiæ conuenientes in febre maligna quæ ſint. 354.
Aromata quomodo febrem procreare poſſint. 5.
Ariſt. cor animæ domicilium eſſe voluit. 7.
Archigenis coniecturam in febribus cognoſcendis plurimum valere. 169.
Arſenici vtilitates in febre peſtilenti quæ ſint. 224.

Auerrois

Auerrois opinio de læſione actionum in febribus. 7.
Arbores peſtem quandam propriam aliquando pati. 290.

B.

BAlneum aquæ dulcis plurimũ madefacit & quibus conueniat. 21.
Balnei vires quæ. 50.
Balneum aquæ frigidæ quibus prodeſſe poſſit & quibus nocere. 132.
Balneum aquæ dulcis moderate calidum poſt acceſſionem eſt vtile ad ſudorem ciendum. 144.
Bilis in febre tertiana intermittente putreſcit effuſa in ambitu totius corporis. 168.
Balneum aquæ dulcis hæcticæ febri maximè aptatur. 262.
Balneum quomodo debeat adminiſtrari in febre hæctica. 263.
Barbari quomodo vocent exhanthemata. 287.
Balnea in omni febre ephemera conueniunt & quomodo ſint adminiſtranda, & in defectu balneorum quid ſit faciendũ. 389. quid poſt balneum ſit agendum. 390.

C.

CAlor in animantibus duplex innatus & aduentitius. 2.
Calor innatus duplex inſitus & influens. 2.
Calor innatus & aduẽtitius ſub eadem ſpetie compræhendũtur. 2.
Calor febrilis ad igneum accedit. 2.
Calor eſt principium omnium operationum. ibid.
Calor febrilis eſt medius inter innatum & igneum. 2.
Calor in corpore humano à quibus cauſis augeatur. 5.
Cibus febricitantium qualis debet eſſe. 18.
Cibus copioſus ſicut ſanis robur ita febricitanti morbum auget. 19.
Colchitum herba cur ephimerõ dicta ſit. 28.
Cauſæ euidentes mouent eas quæ abditæ ſunt. 98.
Cibus infebricitãtibus febre putrida qualis debeat eſſe, & quæ ſunt contemplanda pro eo præcipiendo. 121.
Cibi quantitas quæ conueniat. 122.
Cibi ſubſtantia quæ futura ſit. 123.
Cibi qualitas. ibid.
Cibandi modus qualis ſit. 124.
Conſuetudo plurimum ualet. 125.
Cibandi tempus quod ſit opportunum. ibid.
Coctio quid ſit. 133.
Coctio à quo fiat. 135.
Coctio quibus inſtrumentis perficiatur. ibid.

Compoſita non poſſunt cognoſci niſi cognitis ſimplicibus. 200.
Contagio quid ſit. 220.
Corpora quauia reddi talia poſſint ut renitantur vitio aeris. 221.
Cauſa cur ferueat calor. 235.
Calor hæcticæ febris qua de cauſa poſt cibum augeatur. 245.
Cauſa morborum venenoſorũ peſtilentium & contagium habentium quæ ſit. 291.
Contagio quid, & quotuplex ſit. 295.
Contagio qua ratione corpora afficiat ibid.
Contagio cuius ſit propria paſſio. 296.
Contagio an omnis ſit lethalis. Ibidem.
Contagij quot ſint differentiæ. ibid.
Contagio quod principium habeat. 297.
Contagio quomodo generetur. ibidem.
Cauſarum febris malignæ tractatus à Ludouico Mercato. 303.
Cauſa morborum communium quæ ſit 304.
Cauſæ vniuerſæ omnium morborum quot ſint & quæ. ib.
Cœlum quomodo concurrat ad aeris corruptelam. 310.
Cœlum an poſsit venenoſam & contagioſam qualitatẽ in hæc inferiora influere. 311.
Cœlum ſuapte natura citra manifeſtam aeris alterationem peſtem aut contagium immittere in hæc inferiora non poſſe probatur. 313.
Cibi faſtidium eſſe inſeparabile ſignum febrium malignarũ, & à qua cauſa producatur. 328.
Curatio febrium malignarum. 343.
Cucurbitularum ſcarificatarum vſum in febre maligna eſſe neceſſarium maxime. 350.
Cucurbitularum ſcarificatarum utilitates & quando conueniant 351. & quibus ibidem, animaduerſio in modo ſcarificandi ibidem, quo loco ſint affigendæ, ibidem quantitas ſanguinis euacuanda. ibid.
Crurium ſcarificatio quando cõueniat. 352.
Cornu Monocerotis uites. 364.
Cornu Cerui vites. ibid.
Carbunculi ſpeties quid ualeat. ibidem.
Cordi quibus remedijs in febre maligna ſit ſubueniendum. 369. ſacculi deſcriptio ꝓ corde ibidem, Deſcriptio inunctionis quæ plurimum poteſt cordi opitulari 370.
Conſilium Ludouici Mercati cõtinens ſummã præſagationis, & curõnis in febre maligna cũ maculis rubeſcentibus. 378.

D.

DIfferentiæ febrium à quo ſumendæ ſint. 8.
Diſtinctio febrium in morbos & ſymptomata à veteribus facta non rectè facta eſt. 23.
Diaria febris nō habet cauſam continentem. 31.
Diariæ febris differentiæ. 36.
Duriora minus putreſcunt quā quæ mollia ſunt. 63.
Dulciora magis putreſcunt quā amara. ib.
Differentiæ febrium putridarum. 73.
Dolor capitis quomodo tolli debet. 150.
Delirium quo remedio remoueri poſſit. 151.
Diogenis vita qualis fuerit. 222.
Diuiſio febrium hæcticarum in tres ſpeties reprobatur. 245.
Differentia febrium peſtilētium ab alijs febribus putridis in quo conſiſtat. 292. & 301.
Differentiæ inter febres verè peſtilentes, & non verè peſtilentes quæ ſint. 300.
Decocti optimi deſcriptio ad p̄parandos humores. 354.
Dolori capitis quando & quib⁹ remedijs occurrendum ſit. 372.
Dolor totius corporis qua rōne tolli poſſit. 373.
Delirio imminenti, & præſenti qua induſtria & arte ſit prouidendum. 375.

E.

EXtremæ partes cur in principio acceſſionum frigidæ ſentiantur. 4.
Euentus morborum triplex eſſe poteſt. 12.
Eraſiſtratus prohibuit potionē aquæ frigidæ in febribus & cur. 65.
Euentus febris ardentis ex pituita ſalſa qualis ſit. 191.
Electuarium Mattioli aduerſus peſtem. 227.
Exanthemata quid ſint & quomodo diſtinguantur ab alijs maculis. 287.
Epidemicus morbus quid ſit. 290.
Endemius morbus quis dicatur ibidem.
Ex ſyderum & planctarum aſpectibus ac coniunctionibus quoſdam eſſe alijs præſtantiores & vſui humanæ vitæ commodiores probatur. 312.
Excrementa è corpore prodeuntia quomodo febrem malignā ſignificent. 329.
Epithemata frigida extrinſecus appoſita in febribus malignis improbantur. 362.
Electuarij de bolo armena deſcriptio. 366.
Electuarij eiuſdem alia deſcriptio. ib.
Eiuſdem electuarij tertia deſcriptio. ibid.

F.

Febris tractatio uniuerſalis debet præcedere particularem. fol. 1.
Febris eſt morbus vulgaris & grauiſſimus. ibid.
Febris nomen, & definitio ibid. & 386.
Febris cùm ſit morbus eſt res mutata. 3.
Febris eſt ex numero permanentium. 3.
Febris eſt qualitas ignea inchoata & nondum abſoluta. 3.
Febris quandoq; ſanat neruos reſolutos. 3.
Febris an ſub uno genere ſcilicet ſub calore igneo tantum cōpræhendatur, an etiam ſubſiccitate quæſtio. 3.
Febris vt generetur neceſſe eſt vt cor incaleſcat. 5.
Facultates proximè læduntur à febre. ibid.
Febrium genera tria ſunt. 24.
Febris genus an ſit tantum vnū, cum actiones quæ læduntur ad partes ſolidas tantum ſpectat quæſtio præclara. 24.
Febris cuiuslibet generis an poſſit perſe incipere non antecedente altera quæſtio. 25.
Febris diaria an plures habeat ſpeties. 29.
Facies Hippocratis qualis ſit. 36.
Febris putridæ definitio. 60.
Frigus internum ad efficiendam putredinem concurrit ex ſententia Ariſt. 62.
Fames quid ſit. 126.
Febris ortæ à ſanguine putreſcente curatio. 161.
Febris tertianæ intermittentis eſſētia cognitio & curatio. 168.
Febris ardentis eſſentia cognitio & curatio. 174.
Febris tertianæ continuæ curatio. 180.
Febris pituitoſæ eſſentia & curatio. 181. & 184.
Febris epialæ eſſentia & curatio. 187.
Febris ardentis ex pituita ſalſa curatio. 190.
Febris ardentis tres eſſe ſpeties ibidem.
Febris quartanæ eſſentia ſigna, & curatio. 193.
Febris tertiana intermittens ſpuria quæ ſit qualiſuè ſit ipſius curatio. 201.
Febres compoſitæ quomodo cognoſci & curari debeant. 206
Febres quæ peſtilentes ſūt. 210.
Febres non vere peſtilentes quæ ſint. 210.
Febre peſtilenti correptus quomodo ſit curandus. 224.
Febris non verè peſtilentis eſſentia cauſæ cognitio & curatio. 230.
Febrium quib⁹ ſuperueniūt maculæ cutis cognitio, & curatio. 231.
Febres quibus puſtulæ ſuperueniunt inter peſtilentes numerantur.

rantur. 234.
Febris peſtilentis cum peticijs dẽfinitio. 288.
Febris peſtilens hæc quomodo in principio ineruditos medicos decipiat. 288.
Febris hæc peſtilens qualis morbus ſit. ibid.
Febres malignæ cum peticulis ob quam rationem vehementius brumalibus, ac rigidis tẽporibus furere videantur & cum maiori periculo. 307.
Fracaſtorius notatur. 341.
Febrium malignarum remedia an per indicationem inueniri poſſint. 358.
Frigidæ potus ſufficienter contagium.
Febrium malignarum extinguere poteſt. 362.
Frictiones uniuerſales an & quomodo conueniant. ib.
Febris ephemeræ curatio. 388.
Febris putrida quid & quotuplex ſit. 391.
Febris tertiana pura quid ſit quomodo cognoſcatur, ac qualis ſit illius curatio. 392.

G.

Galenus in definitione febris abuſus eſt nomine conuerſionis. 2.
Gregorij carauitæ oleum optimum in febre peſtifera. 226.
Galeni defenſio contra nonnullos qui eum iniuria repræhendunt. 244.
Genus febrium peſtilentiũ quotuplex ſit. 299.
Gẽmas plurimum valere aduerſus veneficam qualitatẽ. 364.
Galenus concedit dari febrem à ſanguine putreſcente. 418.

H

Humida præſidia quomodo proſint febricitantibus. 15.
Habitus duo importat. 24
Hectica febris an primo & per ſe poſſit incipere nulla antecedente alia febre. 26
Humores præter ſanguinem niſi putreſcant non poſſunt febrem excitare. 30. & 59.
Humidiora citius putreſcunt 63
Horror quid ſit. 69.
Horror qũo differat a palpitatione. 70.
Horror quomodo differat a rigore & a frigore ibidem.
Horrori quomodo ſubueniendum. 152.
Hemitriteon quid ſit. 206.
Hemitritei cauſa quæ ſit. 207
Hemitriteon quomodo cognoſci & curari poſſit. 208
Hemitriteon plerunque hominẽ abſumit. 209
Hippocratis regula. 225
Hectica febris cur ita nominetur. 242
Hecticæ febris ſubiectum ibid.
Hecticæ febris calor qualis ſit. 243.

Hectica febris calor an ſit. Aequalis a prĩcipio ad finẽ. 243
Homo febre hectica detentus iudicat ſe non febricitare & cur 243.
Hectica febris an ſit unius tantũ ſpeties, quæſtio, & pars affirmatiua tenetur. 245.
Hecticæ febris tres ſpeties poſuere ueteres medici qui repræhenduntur ibidem,
Hectica febris caret cauſa continente. 248
Hecticæ febris ſigna. 255.
Hecticæ febris prognoſticũ 257
Hecticæ febris curatio. 260.
Hyſtoriæ quædam laborantium febre maligna cum periculis referuntur ex libris epidemiorum, quibus probatur Hipp. cognouiſſe has febres. 303
Hippocratis laus. 308.
Horripilatio in febre maligna quid ſignificet. 331.
Hyrudinum vſus quando conuenit. 352.
Hœmorrhoydæ quando aperiẽdæ. ibidem.
Homines rurales quomodo ſit tractandi. 356.
hydrargiri uires in febre maligna 364.
hyacinthi cõfectionis deſcriptio 365.

I

IVuenes abundant calore aduẽtitio magis quàm pueri. 2.
Iuuenes obquamuis cauſam febricitant. 5.
Inedia quomodo febrem procreet. 6.
Indicatio quid ſit. 14
Influxum cœlitus ad febres peſtilentes procreandas eſſe neceſſarium probatur. 311.
Indicatio deſumpta ab apparatu morboſo quæ ſit in febre maligna curanda. 346.
Inũctiones ex oleis factæ ac præſertim inunctio Aetii an conueniat & quomodo ſit uſurpanda. 363. quibus & quo tẽpore ibidem.
Inteſtinis qua ratione proſpiciẽdum ſit cum humor in maligna febre ad ea delabitur plurima excitãs ſymptomata. 370
Indicationes in febribus a quibus deſumuntur. 388. & 393
In curandis febribus a quo debet medicus incipere. 405.
Katastates, quid. tractatu 2o. f. 307.

L.

LActis potio an febricitantibus conueniat. 19.
Locus ubi putreſcunt humores qui febrem excitant quis ſit. 65.
Locus in quo reſidet febris eſt cor, & propterea uniuerſum corpus. 80.
Linguæ exaſperationis ob febrẽ curatio. 147.
Locus ubi putreſcunt humores qui febrem peſtilentem excitant qualis ſit. 212

Lactis uires & uſus in febre hectica. 262
Lac quando nocet in febre hectica ibidem.
Lingua arida & ſcabra quid ſignificet. 328.
Lingua tremula quid ſignificet. 339.
Lapidis bezohar uires quantitas & modus utendi. 365.
Linguæ ſcabricies quibus remediis mitescenda eſt 370.

M.

Methodus ꝓponitur tractãdi febres. 1.
Morbus eſt proprie partium ſolidarum. 2.
Motus qũo febrem procreet. 5.
Methodus cognoſcendi febres. x.
Methodus curandi febres. 13.
Medicamenta σηπτικὰ quomodo putrefaciant. 66.
Methodus cognoſcẽdi febres putridas in genere. 84.
Methodus cognoſcẽdi cauſas & ſymptomata febrium humoralium. 84.
Methodus prognoſtica in febre putrida. 93.
Methodus curandi febres putridas in uniuerſum. 116
Mulſa quid iuuet. 128.
Modus dãdæ potionis qualis debeat eſſe. 128.
Motus quomodo proſit & quomodo noceat febricitãtibus 130.
Medicamẽta quæ propriam uim habent aduerſus uenena quæ ſint. 222.
Medicamenta quæ urinam mouent qualia debent eſſe in febre peſtifera 226.
Morbillorũ nomine quid ſignificetur. 234.
Maraſmus quid ſit. 264.
Morbi habẽt uiciſſitudines. 286
Medicamenta ſeptica quomodo partes putrefaciant. 292.
Malignæ febres quæ ſint et quos inuadant.
Mercurii triſmegiſti ſentẽtia de cœli in fluxu. 313
Malignæ febres quid habeant cõmune cum Febris Peſtilentis cauſis 316.
Morboſus apparatus quid & quo triplex ſit. 319.
Maligna Febris quid proprium & peculiare habeat 320.
Malignæ Febris mira uarietas Ibidem.
Maculæ rubeſcentes ſunt ſigna Pathognomonica Febris malignæ. 322.
Maculæ rubeſcentes in Febre maligna apparentes quid ſignificent. 332.
Maculæ hæ cur potius propè dorſum appareant 333.
Maculæ rubeſcentes quæ & quando ſalutem pollicentur. 341.
Malignarum Febrium curatio 343.
Medicamenta leuia an poſſint pur-

purgare humores uenenoſa contagione affectos 357.

N.

NAturæ robur ſpettari oportet 94.

Natura eſt facultas gubernans noſtrum corpus Ibidem.

Naturæ robur non cadit ſub ſenſum, ſed mente colligitur Ibidem.

Natura Febrium quæ ſpuriæ ſunt 201.

Natura febrium peſtilentium quæ ſit. 291.

Naturalis uirtus an in Febre maligna labefactetur, & quæ ſymptomata oriantur, 327.

Naturæ motus quando, & quomodo ſint adiuuandi 396.

Natura quomodo procedat in digeſtione 409.

O.

OBſtructio quomodo Febré producat 5.

Obſtructio plerunquè Putredinem excitat 66.

Opus quod febris poſtulat duplex eſt refrigerare ſcilicet & madefacere 117.

Opus quod à putredine requiritur quale & quotuplex ſit Ibidem.

Ordo cibandi qualis debeat eſſe. 126.

Oximellis vites. 128.

Ordo in danda potione qualis tenendus ſit. 128.

Obſtructio ceſſat obſtruẽte cauſa remota. 145.

Obſtructio quomodo ſit in febre tertiana tollenda. 173.

Oleum de ſcorpionibus iuuat in febre peſtifera. 226.

Oleum magni ducis Aetruriæ. Ibidem.

Odor malus vrinæ quid ſignificet. 331.

Obſeruatio quid ſit. 358.

Oleum Matthioli quas vtilitates præſtet & quomodo ſit adminiſtrandum in febre maligna apparentibus maculis. 363. & quandiu illo ſit vtendũ. 364.

P

PVeri magis abundant calore innato quàm iuuenes. 2.

Pulſus febricitantium cur aliquã do inæqualis fiat. 4.

Perturbationes animi quomodo febrem excitent. 5.

Putredo quomodo ſit cauſa febris ibid.

Prohibita expiratio quomodo febrem producat. ib.

Plato in Tymeo poſuit tres ſpecies ignis. 23.

Partes noſtri corporis tripliciter diducuntur, aut ſolidæ ſunt aut humores aut ſpiritus. ib.

Principia ex quibus conſtamus tria ſunt ſanguis ſpiritus & ſemen. 24.

Putredinis definitio ab Ariſt. obſcurè

Purgari nõ licet ~~ante~~ post 7. diem. 357.

ſcurè propoſita aperitur. 61.
Putredo opponitur procreationi. 62.
Putredinis cauſa propoſita ab Ariſt. examinatur. 62.
Putreſcentia cur extrinſecus humidiora appareant. 63.
Plato ſolam putredinem in ſenio confectis naturalem eſſe dicit. 64.
Putredo quomodo excitetur in corpore humano. 66.
Prohibitus perſpiratus proxima putredinis cauſa in corpore noſtro ſtatuitur. ibid.
Potio qualis conueniat in febre putrida. 126.
Potio requiritur à morbo vt medicamentum. 127.
Potionis ſubſtantia quæ conueniat. ibid.
Potionis qualitas. ibid.
Potiones quibus veteres vtebantur in febribus quæ fuere. ib.
Purgatio in febre putrida quando conueniat. 140.
Purgationis menſura à quo indicetur. ibid.
Purgatio non conuenit in febre Epiala. 189.
Pituita ſalſa à quibus cauſis gignatur. 190.
Peſtilentes febres quæ. 211.
Peſtilentia Attica deſcripta à Tucidide. ibid.
Peſtilentis febris cauſa proxima quæ ſit. 211.
Peſtilens febris quomodo cognoſcitur. 217.
Puſtulæ apparentes in febre peſtilenti quales ſint. 218.
Peſtis impendens qua ratione p̄ſagiri poſſit. 219.
Pillulæ aduerſus peſtem. 222.
Purgatio humorum an conueniat in febre peſtilenti. 225.
Pulſus in febre hæctica qualis ſit. 255.
Popularis morbus quid ſit 289.
Popularis morbi cauſa quæ ibi:
Peſtilens morbus quis cenſeri debet 290.
Popularium morborum differētiæ Ibidem
Peſtis quid ſit 291.
Peſtilens conſtitutio an dari poſſit citra Febrem 292.
Putredo an poſſit reperiri citra Febrem Ibidem.
Putredo ut contagioſa efficiatur quid requiritur 297
Putredo an ſit neceſſaria in omni contagione 298.
Populares morbi quomodo diſſident ab endimiis morbis 305.
Platonis ſententia de Cœli influxu 313.
Pleuritidis ſigna pathognomonica quæ 322.
Pulſus Febris malignæ quales ſint 325.
Pulſus qui ſalutem ſignificant quales ſint 339.
Potus in Febre maligna quales conueniant 345.

potio

Potio gratiſſima & ualdè utilis in Febre maligna quæ ſit deſcribitur Ibidem.
Purgans medicamētum in febre maligna quale, & quo tempore conueniat. 356. & 357.
Parotides quid ſint & quam curationem requirant. 378. 377.

Q

QVi plurimum habent innati calidi leui etiam de cauſa ſæpè incidunt in Febrem 5.
Quæ calida non ſunt quo pacto uim habeant calefaciendi. 6.
Quicquid calorem & febrem excitat aut calidum eſt aut aliquo pacto ad rem calidam refertur. ibidem.
Quomodo calor poſſit a calore interimi cum omnia conſeruentur a ſimili. 62.
Quæ non ſunt calida & humida an poſſint putreſcere cum in putredine intereat internus calor in humore. 62.
Quietis vtilitas, & damnum in febricitantibus. 130
Quartana febris quandoq; alia mala ſoluit. 196.
Quartana febris omnium longiſſima eſt. ibidem.
Quid aduerſus malam qualitatē agendum ſit in curanda febre maligna. 358.
Quid ſit faciendum a medico in omni ægritudine curāda. 393
Quando ſit purganti medicamēto euacuandum. 395
Quantitas ſanguinis mittendi a quo deſumenda ſit. 408
Quantitas aquæ frigidæ in febre adente quæ debeat eſſe. 411.

R

RObur naturæ ex quo intelligi poſſit. 12.
Robur morbi ex quo colligitur 12.
Rerum putrium contactus putrefacere humores poteſt. 66
Rigor quid ſit. 70.
Rigoris cauſa ibidem.
Rigor quomodo ſanādus ſit 152
Romæ hæmitriteon frequēs eſt 208.
Rigores a quo concitentur 288
Ratio ueræ peſtis in quo conſiſtat 295.
Robur uitale in maligna febre cum periculis plurimum laborare. 326.
Reſpiratio difficilis quid ſignificet. 327.
Renibus in febre maligna dolētibus quibus remediis occurrendum ſit. 373.
Res conſiderandæ a medico in alicuiꝰ ægritudinis cura quot & quæ ſint. 405.
Res præternaturales quot ſint ibidem.

S.

SVbiectum febris ē corpus humanum uniuerſum. 4
Senes aut non incidunt in febrē aut non in acutam, aut non

niſi a maxima cauſa.5.
Symptomata febricitantibus ſu peruenientia quæ.7.
Senes dum febricitant an magis refrigerandi ſint quàm iuuenes.16.
Spiritus uitales in diaria febre accendi.28.
Sicciora maxime putredini reſiſtunt.63.
Symptomata quæ ſociantur febrem putridã qualia ſint.67.
Symptomata quando rapiunt cõſilium curantis.118.
Sitis quid ſit.126.
Somnus quas utilitates afferat & quomodo febricitans eo uti debet & quando.129.
Sanguis poteſt mitti etiam ubi cauſa febrem faciens cruda eſt.132.
Sanguinis miſſio quomodo febricitantem refrigeret. 133.
Sanguinis miſſio quando requiritur. 138.
Sãguinis miſſionem eſſe magnũ remedium & idcirco non eſſe neceſſariũ niſi ubi magna ſit febris uel magna expectetur. 138.
Sanguis an ſit mittendus in febre tertiana exquiſita. 138.
Sanguinis miſſio debet ferri à viribus & ab ætate. 138.
Sanguinis quantitas euacuanda à quo indicetur 139.
Sanguinis miſſio quando eſt facienda. ibid.
Sudorem mouentia quando & quomodo ſunt adminiſtrãda in febribus putridis.143.
Sitis curatio. 147.
Sudoris copioſi curatio.150.
Sanguinis fluor è naribus auerſio. 151.
Spirandi difficultati ſubueniri quomodo poſſit.151.
Singultus curatio. 152.
Sanguinis miſſio an cõueniat in febre pituitoſa. 186.
Symptomata febris pituitoſæ quæ ſint. 187.
Sanguinis miſſio an cõueniat in febre Epiala.185.
Salſedo à qua cauſa oriatur.190
Sanguinis miſſio quando conueniat in febre quartana,& quæ ſint obſeruanda inſanguine dùm exit. 199.
Symptomata quæ ſequuntur febrem peſtilentem plura & ſæuiora ſunt.216.
Sanguinis miſſio per venam cubiti in febre peſtilenti conuenit.225.
Signorum febris malignæ tractatus. 321.
Signa diagnoſtica febris malignæ. ibid.
Signa malignæ febris ab his quæ ſubſtantialiter inhærent deſũpta. 323.
Signa malignæ febris à læſis actionibus demandata. 325.
Sitis ad quam potentiam reducatur. 327.

Sudor

Sudor cui fœtor adiunctus ſit in febre maligna quid ſignificet 331.
Sanguinis è naribus ſtilla quid ſignificare poſſit in febre maligna. 333.
Signa prognoſtica febrium malignarum cũ maculis quæ ſint. 335.
Surditas ſi laboranti febre maligna ſuperuenerit bonum eſſe ſignum. 342.
Sanguinis miſſio an conueniat in febre maligna quæſtio. 347
Sanguinis miſſio per quam partem fieri debeat in febre maligna. 348.
Sanguinis miſſio per venam ſectam quo tempore eſt moliẽda. ibid.
Sanguinis miſſio per venam ſectam an conueniat apparentibus maculis in febre maligna. 349.
Syrupi conuenientes pro præparatione humorum. 353.
Symptomatum quæ febres malignas comitantur correctio. 366.
Sitis qua ratione miteſcenda ſit 370. & 371.
Somnus quibus remedijs conciliãdus ſit ſomnus profundus quibus medicamẽtis tolli poſſit. 376.
Scopi mittendi ſanguinem quot ſint & quales. 408.

T.

TEmperatura calida, & ſicca maxime obnoxia eſt febrib⁹, quidue de aliis ſtatuatur. 5.
Theophraſti ſententia de malis punicis quæ facilius putreſcãt dulcia analia. 63.
Thomas Cornachinus medicus ardente febre laborans fuit liberatus larga potione aquæ calidæ cum non licuerit frigidam ei propinare. 132.
Tuſſis infebricitantibus qua ratione leniri poſſit. 149.
Tempus quo finitur tertiana breue eſt. 171.
Tertiana febris intermittens proprie indicatur à rigore qui initio acceſſionis vehemens percipitur. 170.
Tertianæ febris pulſus initio acceſſionis qualis ſit. 170.
Tabes quid ſit. 265.
Tabis gradus. ibid.
Tabis cauſæ quæ. 266.
Tabis ſymptomata quæ. 269.
Tabis ſigna. 270.
Tabis curatio. 277.
Tractatus de febre peſtilenti cũ peticulis Ludo. Mercati. 285.
Tempora anni quotuplices morbos poſſunt producere. 306.
Tremoris manuũ in febre maligna cauſa quæ ſit. 334.
Theriacæ vſus an & qũo conueniat in febre maligna. 361.
Thamar. viridiũ pulpã plurimũ valere in febre maligna. 362

Tempo-

Tempora febriũ quot ſint 386. & penes quid debent conſiderari. 387.
Tempora particularium febriũ quot ſint ibidē : & quomodo cognoſcantur. ibid.

V.

Victus humidus oı̃bus febricitantibus conuenit. 15.
Vigiliæ quomodo exiccent. 19.
Vinum in vtre nõ pleno agitatũ magis putreſcit quàm quod in vtre pleno non dimouetur & quam ob cauſam. 63.
Vires cùm ſint digniſſimæ ſunt conſeruandæ. 118.
Victus ratio in febre putrida quæ debeat eſſe. 119.
Vires non ſolùm præſentes ſunt conſiderandæ ſed ẽt quales futuræ ſı̃t ſpettare oportet. 122
Vini vtilitates. 127.
Vigilia quid ſit, & quomodo iuuet.
Vrinam euocantia quando conueniant. 140.
Vigiliarum quæ ob febrem proueniunt curatio. 148.
Vrinæ ſuppræſſio quomodo tollenda ſit. 148.
Vrina copioſè effluens quomodo auerti poſſit. 150.
Vomitus curatio. 152.
Via qua finitur febris tertiana quæ ſit. 171.
Venæ ſectio in febre tertiana intermittẽte ã ſit neceſſaria. 172
Veſtes etiam putres vapores excipere poſſunt. 213.
Vrinæ in febre peſtilenti ferèna turales ſunt. 218.
Variolarum nomine quid ſignificetur. 234.
Variolæ qũo generentur. 235.
Variolarum cauſæ. ibid.
Venenoſitas quid ſit. 292.
Victus qualis morborum peſtilentium cauſa exiſtat. 295.
Vulgariũ medicorũ error. 318.
Vrina in febre maligna cum peticulis qualis ſit. 329.
Vrina quæ ſalutem quæuè mortem præmonſtret. 339.
Vrinæ ſuppræſſio quid ſignificet. ibid.
Vict⁹ cõditio qualis debeat eſſe in febre maligna cum maculis. 344.
Venæ tali ſectio in febre maligna quantum proſit. 352.
Ventriculo qua ratione ſit ſubueniendum cum in febre maligna laborat. 368.
Vigiliis qũo occurrendum. 374 373.
Vinum an conueniat in febre. 399.

Errores

Errores in impreſsione commiſſos ſic corrigas.

pagi.	1.	*qui eſt febribus*	*lege qui eſt de febribus.*
	2.	*proprie*	*lege propriè.*
	3.	*ad*	*lege ac.*
	ibid.	*labefactatur*	*labefactantur.*
	4.	*ſuquentia*	*ſequentia.*
	7.	*funbuntur*	*funguntur.*
	8.	*depronuntur*	*depromuntur.*
	17.	*malefaciendum*	*madefaciendum.*
	ibid.	*interieſto*	*interiecto.*
	40.	*impulſu*	*in pulſu.*
	120.	*puibus*	*quibus.*
	190.	*uitrex*	*uitrea.*
	220.	*nabile*	*habile.*
	288.	*committetur*	*comitetur.*
	290.	*inſol eſcitq;*	*inſoleſcitq;*
	293.	*ita qua*	*itaq;*
	294.	*inuit*	*innuit.*
	328.	*facultata*	*facultate.*
	342.	*adingere.*	*adiungere.*
	352.	*æmorrhoidibus*	*hæmorrhoydibus.*
	357.	*uitiliſsimum*	*utiliſsimum.*
	365.	*alui*	*albi.*
	373.	*degenerauit*	*degenerabit.*
	379.	*ueneremur*	*uenaremur.*
	380.	*uirum*	*uirium.*
	382.	*ſunctus*	*functus.*
	401.	*iniungere*	*inungere.*
	411.	*ſorſan*	*forſan*
	417.	*tempores*	*tepores.*
	418.	*uerom*	*uerum.*
	421.	*curationem.*	*curatione.*

F I N I S.

Superiorum Permiſſu.

[illegible]

[illegible]	[illegible]
[illegible]	[illegible]
[illegible]	[illegible]
[illegible]	[illegible]
[illegible]	[illegible]
[illegible]	[illegible]
[illegible]	in pulſu.
[illegible]	[illegible]
[illegible]	[illegible]
[illegible]	[illegible]
[illegible]	[illegible]
[illegible]	[illegible]
[illegible]	[illegible]
[illegible]	[illegible]
[illegible]	[illegible]
[illegible]	[illegible]
[illegible]	[illegible]
[illegible]	[illegible]
[illegible]	[illegible]
[illegible]	degenerabit.
[illegible]	[illegible]
[illegible]	[illegible]

[illegible]